

D. ANDREAE

ALCIATI  
MEDIOLANENSIS,  
IVRECONSULTI CLARISSIMI, LVCV-  
BRATIONVM IN IVS CIVILE ET  
PORTITECTVM

Tomus Secundus,

Qui quid contineat, proxima pagina ordine  
recensetur.



BASILEAE. ANNO M. D. LXXI.




D. ANDREAE

ALCIATI  
MEDIOLANENSIS,  
IVRECONSULTI CLARISSIMI, LVCV-  
BRATIONVM IN IVS CIVILE ET  
PONTIFICIVM

Tomus Secundus,

Qui quid contineat, proxima pagina ordine  
recensetur.



BASILEAE. ANNO M. D. LXXI.





T O M V S   S E C V N D V S  
C O N T I N E T

Dispunctionum	Lib. III.	col. I
Annotationes in tres posteriores Iustiniani Codicis libros: videlicet	{ X. XI. XII.	91 104 121
Prætermittorum	lib. II.	140
Parergon, seu Obiter dictorum	lib. XII.	173
De magistratibus, ciuilibusque & militaribus officiis lib. I.		495
<i>&amp; huic adiectum</i>		
<i>Indicem dignitatum ciuilium militariumq; in Oriente:</i>		504
<i>item &amp;</i>		
<i>Indicem dignitatum tam ciuilium quam militarium in partibus Occidentis.</i>		507
De ponderibus & mensuris	lib. I.	520
<i>cui propter argumenti similitudinem additur</i>		
CL. GALENI Pergameni de Ponderibus & mensuris liber, ANDREA ALCIATO Interprete.		530
Orationes tres: habita est autem earum	{ I. Auenione. II. Ticini. III. Ferrariae.	537 543 548
Annotationes in Cornelium Tacitum.		553

Clarissimo & optimo uiro Dn. Ioanni  
Seluæ regij senatus Mediol. præfidi,  
And. Alciatus Iuricons. S. D.



*V* M in omni disciplina maximo nominis sui periculo hi agant, qui uetere et multis seculis probata lectione immutata, nouas ipsi res substituunt: tum illi nobis uidentur temerè magis facere, qui in sacrosancta Iuris ciuilis uolumina id moliri ausint: quippe cum in cæteris ferè artibus, si mystica & medicinam demas, nullo humani generis incommodo peccetur (nec enim multum refert, in emendatus circumferatur alicuius historici, poetæ, musici, astronomi, huiusq; professionis autoris quiscumq; liber) in legibus ipsis si quod uerbum uel excidat, uel malè percipiatur, maximum in humanis opibus detrimentum affert. quapropter quæ mei muneris partes esse deberent, satis hoc ipso admonitus, non sine summatrepidatione quicquam innouare ausus fui, etiam si certissimis ferè rationibus adducerer, donec emendatissimis quoq; codicibus nostras annotationes comprobari posse cognouissem. Cum igitur & plura à nobis collata exemplaria fuissent, cum item Hætruscorum Pandectas obiter, ceu per transennam, legere mihi datū esset, decreui pauculas aliquas de multis, insigniores tamen, in codicillum obseruationes redigere, mediastinisq; seruolis, qui in alienum locum impudenter obrepserāt, de familia eiectis, ordinarios restituere, & quantum in me esset, in libertatē asserere. quod num satis legitime à nobis factū sit, id omne, uelim nolim, ad lectoris iudicium pertinet: in cuius notione cum tergiversari nequeam, solum illud relictum est, ut facilem candidiq; pectoris sortiri desiderem: qua in re optima me spe plenum, merita certè nostra constituunt. cum enim nō ambitioni opus id scripserim, cum & superbiæ multò minus à me tribuatur, quid est quòd dubitem, ne non humanum modestumq; habere contingat? cum item delator ipse neminem in ius uocem, famæq; aliorum per me nihil detractum sit, non est quòd uerear, ne crabrones dicar excitate. Accedit his minimè ampulosus titulus, demissæq; sub illum disputatiuulæ, quas etiam si uiderit Momus, minimè operæ precium facturum est: si uerum est, summa petere liuorem, & rapidissimis uentis inconcussa radice stare arundines. Nō hic magnam eruditionem quisquā requirat: minusq; à leguleio sermonis nitorē, & styli candorē expectet: rebus solum ipsis pugnamus, idq; ne frustra membranæ occuparētur, quanto paucioribus uerbis fieri potuit. Nō opistographa, et uel in tergo (quod ille ait) Orestem scriptū multi facimus: agellus noster minor est & qui uilioribus solum holusculis luxuriat. Desideret quisquā lepidum dicendi chara cterem, exquirat eruditionem (nō nostrū hoc onus) is alios adeat, uel certè miscellaneis immoretur. Exoptet nescio quis plurimarū obseruationū ingentem syluam, res ipsas curet, stylum quāuis ineptū non auer setur, poterit & hoc ab aliquibus accipere. Exierunt & dignæ lectu aliæ annotationes, in quibus & bonam frugem colligere studiosi possunt, & recentium autorū ingenia admirari: eos ipse imitatus in Iuris ciuilis disciplina cōposui, quæ illi in alia professione facilitauerāt: sed in eo mihi durius certamen fuit, quòd nemo est tam infelicis ingenij, qui non paucos apud quemcūq; autorem locos possit, uel emendare, uel diuerso à cæteris sententia interpretari & id etiam, si dijs placet, sine ulla præuaricationis noxia: at qui de uno codice id ipsum faciat, nō passim (ut opinor) reperietur. Extiterunt qui ante nos paucas quasdam notulas hoc tractatu uulgauerint, sed illi quidem, non dicam aridi & ieiuni (quandoquidem id à nobis etiā ultrò affectatū est) sed nullius planè iudicij literaturæq; fuerūt: ut nō iniuria temeritatem damnes, ea quæ ipsi ignorāt, publicæ editioni mandantium. Contra et alios cernere est perq; eruditos, qui tamen quod ferè omnia ad humanitatis studia deflectant, Iuriconsultis ipsis non æquè magno sunt usui. Verum hoc in re literaria frequens uitium est: quòd uidelicet cæca ambitione omnes ducamur: neq; est quisquā, quem nō in aliqua re uidere Suffenum possis: quamobrem et fortasse nos, nostraq; suspēdet naso aliquis, præsertim cū tam liberè ausus fuerim, etiā

# Epistola nuncupatoria.

præiudicij præscriptione reiecta, annotatiuiculis hisce nostris, cōtra receptas à maioribus sententias pronūciare: sed hi uelim sciāt, quæ à nobis affirmantur, nō eo animo dici, quod lectore etiam reluctātem in nostram sententiā uelimus pertrahere: liberū unicuiq; iudiciū sinimus: et uelut in apparatissimo cōuiuio plurima fercula apponūtur, ex quib. quod magis sapiat, uocati eligant: ita et honestioris ocij studiosis pro ferculo hic exhibetur liber, quē is demū legat, probetq; ad cuius stomachū hęc lectio fecerit. Ego quidē ad utrāq; subeundā aleam paratus, constanter qualecūq; iudiciū tulerō: ut si fortē populari aura exceptus, multorūq; manibus tritus fuerit, nō idcirco exultem, cristā mue tollam, cū plures malos Bias existimauerit: uel è cōuerso si rarissimū quēq; eius lectio retinuerit, hac causa mihi displiceā, cū deserto ab omnibus auditorib. discipulo, Antigenidas musicus, *Mibi, dixerit, et Musis cane. cuius exemplū imitatus Augustus, cū omniū cauillis obnoxiiū Tiberiū ipse approbaret, & uoi, inquit, u; τὰς μὲν σπᾶται τῶν Τιβερι: ut meritō, quacūq; huius nostri cœpti se alea uerterit, etiā clariss. uiro rum exēplo habeā, unde causam tueri possim: et his quidē ipse satis aduersus caninā facundiā firmū me præparauit. Minus certē negocij exhibebūt, quos togatos uultorios uerē appellaue ris, qui non alio fine Iuri ciuili assiduam dant operā, q̄ ut assidui fiant, hocq; potissimū studio sint locupletes. nam hi ut plurimū solis interpretū uulgatissimorū scholijs immerst, cū latinē tria uerba effari nō possint, non est quod dubitē aduersus illos etiā intra teli iactū nudus progredi. Intendi animū iandiu, in diesq; et horas hoc ipsum ago, ut Bartoli, cæterorūq; sentētijs optimē teneā: quo in studio nec recētiōrū uolumina auerfor: adlubescūt mihi ea omnia, autoresq; ipsos ob ingenij quandā perspicaciā, acumenq;, non modica in ueneratione habeo. Cæterū uix æquo eos animo possum ferre, cum optimē Iuriscons. responsa interpretaturos prædicantes, omnia potius cōmimiscūtur, q̄ quæ ad Dionysiiū, ut in prouerbio est, faciāt: quos tamē nō dubito, si nostras hasce pauculas interpretationes uidissent, de sua sententiā nostram quandoq; trāsīturos. quod minimē nostrates isti recētiōres facturi sunt, qui ubi paulō elegātiōrē libellū uiderint, attoniti, tanq; ueteres illi barbari, Romanā aciē uix oculis sustinēt. quin etiā ueluti magica manibus deturbāt. quod etsi mihi cōtingat, nō iniquo tamē animo laturus sum: quando quidem Lucilij exemplo, qui Tarentinis, Siculis & Cōsentinis solū se scribere attestatus est, ipse humanitatis studijs insignibus tantū Iuriscons. scribo, & nō aliter q̄ à deorum mysterijs, profanos omnes, impiūq; uulgus hinc arceo. Explodāt ergo, reijciant, deturbent: id nō secus boni cōsulam, q̄ si rem nihil ad se pertinentē, ne attingere quidem: uelint: quanq; et mihi satis fuerint paucorū consensus, nō omnino nostras lucubrationes aspernātiū: nec enim eō temeritatē mihi progredi licet, ut librū hunc protinus approbari, et ceu Phidiacū opus in Mineruæ arce statui uelim: quapropter nō nisi multorū, & præsertim consultijs. uiri Iacobi Minutij cō uicio ferē debellatus adduci potui ut in apertū, tanq; insignem tabulam referre: cœssi tamē plurimorū iudicio, maluiq; nimis facilitatis, q̄ morosæ cuiusdā cōtumaciæ reus describi. Postq; igitur uela uentis permisimus, aurā (quod ille ait) soluētibus bene precemur: ne ea, ut *Vlyssis* socijs accidit, utre dilapsa, in *Lestrygonas* Circeūq; littus nostrā penē disiectā ratem impingat. Id autem periculi ut audacius pertransēā, tutelare aliquod numē deligendū fuit: quā personam tu ampliss. pater, senatusq; nostri columē Ioannes ut sustineres, cū etiam atq; etiā de siderarē, posse id assequi mihi uisus sum, si opus hoc, qualecūq; est, tibi dedicarē: quod ut facerē, et egregia merita tua, et clarissimi illius uiri Antonij à Prato, qui tibi primariū hunc locum demādauit, autoritas impulerūt. Si enim summā integritatē, sapientiā, æquanimitatē iurisprudentiā perspicere uoluerimus, nō aliud clariū exemplū etiā inter ueteres inueniri poterit. rursus si animo aduerterimus, quāta cū dignitate principē hunc in senatu locū tue aris, uerē te summi illius uiri personā sustinere nō diffitebimur. Sed hęc aurib. tuis iam nimis perstilla ta sunt, qui cū quotidie benefacere nō desistas, in cōmuneq; amplissimæ huic urbi consulere, plurimas quoq; de te laudes audire cōpelleris: quandoquidē hoc uel maximū uirtutis præmiū est, laus et gloria. Accipe igitur, cōsultissime uir, Dispūcliones hasce nostras, ea lege, ut arbitrio tuo uel stent, uel cadāt. autorēq; ipsum iādū tibi addictū, cōmendatū habe. Bene uale.*

Locum Tran-  
quili.

Locus Quinti-  
liani.

# D. ANDREAE ALCIATI Iurisconsulti Dispunctionum liber primus.

PRO O E M I V M.



1  
VM PROPTER imminentia Insu-  
bribus bella, no-  
strorumq; tempo-  
rum in ea regione  
calamitatē, col-  
libuisset pauxillū  
secedere, Bono-  
niamq; fortē ad-  
uenissem: nescio  
quo pacto in manus meas incidit uenale Di-  
gestorum uolumen antiquissimū, membra-  
nis scriptum, tam pulchris characteribus, ut  
pridie eius diei notatū uideretur, qua ad me  
delatum esset. In eo nulla Accursij interpre-  
tatio, nullius paraphrastis glossēmata cerne-  
bantur: sola erant in regulas Iuris cuiusdam  
antiqui expolitoris scholia, quæ eruditione  
& Latinæ linguæ elegantia, cum ipsis Iure-  
consultis certabant: & quod non minorem  
codici gratiam comparabat, autorum inscri-  
pta aderat nomenclatura, tam diligens, ut nu-  
merum librorū titulosq; unde responsa excer-  
pebantur, contineret: tum non uulgarib. pro-  
tritisq; tomis diuisa uolumina, sed in duas  
tantum partes, & posterior à Trebelliano se-  
natusconsulto exordium accipiebat. quæ res  
abundē mihi exploratissimum fecit, ineptam  
esse recentium dubitationem, dum potissimū  
ambigunt, cur secundum Digestorum uolu-  
men, Infortiatum dicatur, quasi non barba-  
ra hæc uox sit, & nullius sensus, ab indocto  
aliquo literatore primū facta, quem dein-  
de alij æquē indociles secuti sint. Igitur cū  
sparsim & inordinate eos libros quodammo-  
do delibassem, annotaui insigniora quædam  
errata in uulgatis codicibus esse: quæ si cum  
antiquo illo conferantur, poterunt cognosci,  
& de omni albo uel induci, uel circumscribi.  
Et quoniam, quo anno hæc prodebat, tracta-  
tum de acquirenda possessione celeberrimi  
quicq; professores declarabant, libuit à prima  
eius tituli lege auspiciari. Et cum in promulga-  
tis exemplaribus sic legatur:

Vnde possessio dicta sit, & declarata

l. j. de acquir. possess. CAP. I.

20  
PAULUS: Possessor appellata est à pedibus  
ut & Labeo ait, à pedibus, pedum quasi  
positio &c. in eo ueteri libro sic inscribitur:  
Paulus lib. LIII. ad edictū: Possessio appel-  
lata est à fedibus, & ut Labeo ait, quasi posi-  
tio: quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei insi-  
stit, quam Græci *ὑποπόδιον* dicunt &c. Vulga-  
tam enim lectionem falsam esse, literatum, pu-  
to, neminem latebit, cum possessio in etymo  
uocabulū nihil commune cum pedibus ha-

2  
beat: imò grammatici omnes norunt, possi-  
dere, assidere, considerare, residere, disidere,  
ab hoc uerbo sedeo omnia formari. quapro-  
pter Baldi, Pauli Castrensis, Iasonisq; qua-  
estiones quis laudauerit, dum id maximē scire  
fatagūt, cur possessio magis à pedibus, quàm  
ab alia corporis parte denominetur? Sed &  
quis Accursij argumentum probauerit, pos-  
sionē propriē in rebus mobilibus dici ne-  
gantis quoniam in earum possessionem pe-  
dibus nō eamus? ut illud mirum in eo sit, qui  
cum meliora uiderit, id quod deterius fuerat  
maluerit sequi. Quòd autem dicitur, quasi po-  
sio, allusio uocabulū est: quandoquidem et-  
iam dicimus, ponere sedes.

Inemendatā. l. si paterfam. de hæred. instit.  
nūtiūq; suo modō restitutam, ut amplius optima quæq; inge-  
nia non habeant, quo se in eius explicatione torque-  
re possint. CAP. II.

20  
ALIUD subsequitur maius erratum, ut  
Amaximi quique Doctores ualde se ob  
eam rem torserint: id in titulo, de hæredibus  
instituentis, est, in quo ex Marcelli respon-  
sis ita traditur: Si paterfamiliās Titii, quem  
ingenuum esse credebat, hæredem scripserit,  
eiq; si hæres non esset, Sempronium substi-  
tuerit: deinde Titius, quia seruus fuerat ius-  
su domini adierit hæreditatē, potest dici Sem-  
pronium in partem hæreditatis admitti &c.  
ut in hoc casu duo semisses fiant, ita ut alter  
semis inter eum qui dominus instituit hære-  
dis fuerit, & substitutum, æquis portionibus  
diuidatur. Dubitauit hic Accursius, & ferē  
omnes, cur computatio hoc modo fieri de-  
beat: itemq; quid de semisse, qui superest, sit  
agendum: & cum longissimi tractatus hac de  
re centuriati sint, nihil attinet tantam molem  
confutare. In antiquo codice is Sempronius  
Titio cohæres traditur, hac scriptura: Si pa-  
terfam. Titium quem ingenuum esse crede-  
bat, hæredem scripserit, eiq; si hæres non es-  
set, Sempronium cohæredem substituerit &c.  
ut plenissimē pateat, si cohæres Titio Sēpro-  
nium fuit, prius duos semisses constituendos  
esse, ut alter ad Sempronium, alter ad Titium  
pertineat: deinde propter patrisfam. errorē,  
rursus semissem illum Titij cum Sempronio  
æquis portionibus diuidendum. quod & Tri-  
bonianus in Institutionibus asserere uidetur,  
qui in partem admitti debere substitutum re-  
fert: partis autem appellatione de dimidia in-  
telligendum est. Nec quicquam obstat, quòd  
Iuriscons. de semisse integro, Sempronio dan-  
do, expresse non loquatur: nam cum princi-  
palis tractatus sit de errore testatoris, nihil  
pertinuit diutius immorari in Sēpronij por-  
22 3

tionem, cum id scrupulo omni careat, & ita in facto euenisset, ut etiam cohæres esset. accidit autē fictis nominibus: nam res in Parthenio Titi Imperatoris seruo reapse contigerat. Is autē est Parthenius, cuius & Martialis meminuit, conscius cum Entello & Stephano necis Domitiani: cuius rei Tranquillus & Dion sunt autores, ut facilis deprænsu sit error, cum in Digestis Tiberius tradatur, quem in Institutionibus Titium castigatus appellant. Quod autem dicitur, Sempronium in partem hæreditatis admitti, intellige eam partem hæreditatis, quæ Titio applicanda erat: alioqui Sempronius suum semissem omnino habiturus erat, tanquam cohæres.

*Subrepta ciuitati pecunia, quæ actio competat: conciliata duo responsa, quæ aduersari simul uidebantur.* CAP. III.

**M** Arcellus quoque in titulo, ad l. Iuliam <sup>20</sup> **M**peculatus: Qui, inquit, de re ciuitatis aliquid sibi surripiat, constitutionibus cauetur, peculatus crimen committi, & hoc iure utimur &c. Cui responso contrarium asseritur aliud Papiniani: Qui ob pecuniam, inquit, ciuitati subtractam actione furti, non crimine peculatus tenetur. quos obices dum remouere querit Accursius, mera ægotantium somnia affert. In antiquo exemplari ita refertur: Ob pecuniam ciuitati subtractam, actione furti, necnon crimine peculatus tenetur. Cessat itaque hic omnis dissensus, & concors fit Marcello Papiniano.

*Ex Græce uocis defectione Caius, qui absurde loqui uidebatur, restitutus.* CAP. IIII.

**S**ed & Caius libro trigésimotertio, ad editum adducitur, in l. licet. de uerb. signif. Qui, licet, inquit, inter gesta & facta uideatur quædam esse subtilis differentia, attamen nihil inter gestum & factum interest, &c. Quæ, quæso, differentia hæc est? qui modus loquendi? In eo codice Græca dictio textui inseritur, hoc modo: Attamen *οὐ διαφέρει*, nihil interest inter factum & gestum. significat autem illa uox, quod abusiue dicimus: & hoc uel maximè propter leges municipales est notandum.

*Supellex unde dicta, emendatum* **Vlpiani responsum.** CAP. V.

**V**lpianus de supellectili legata: Labeo ait originem fuisse supellectilis, quod olim his, qui in legatione proficiscerentur, locari solent, quæ supellectilis usui forent. In emendatus est codex, quæ ex insigni nota uidetur Iurisconsultus inepte loqui: quamobrem cum ueteri nostro codice reponas, locari solebant, quæ sub pellibus usui forent: ut ea sit supellectilis etymologia. Quo autem sensu capiendæ sint hic pelles, neminem latebit, qui Iulium Cæsarem in commentarijs legerit.

*Deesse integram legem in tit. de probat. qua propter à nobis in integrum restituta.* CAP. VI.

**I**nultima lege, titulo de probationibus, quæ lex Iuriscons. Seruidio Scauolæ tribuitur, deest in fine huiusmodi responsum, quod paragraphum uulgo dicimus. Si ancilla fuerit, ad libertatē perductam non uideri, neque fideicommissi relicti sibi probationem, nec quod alimenta sint uti nutritici præstita. Subsequitur deinde alia lex hoc modo. Idem lib. 11. ad Masurium Sabinum: Cōmemoratiōnem in chiro grapho pecuniarum, quæ ex alia causa deberi dicantur, factam, uim obligationis non habere. Quæ uerba cum apponere dubitasset, ne maledicendi ansam præstarem calumniatoribus ut adscriberem, perpulit, quoniam ita quoque scriptam esse in antiquissimis Florentinorum Pandectis, quidam mihi retulerunt.

*L. nō hoc. C. unde legit. hæcenus regulis iuris repugnasse, nūc à nobis emendata, nō æquè.* CAP. VII.

**C**elebratissima est Imp. Diocletiani & Maximiani Constitutio, in tit. qui in Codice Iustin. est, unde legitimi, & unde cognati, quæ in uulgatoribus lib. his uerbis annotatur: Non hoc, an tenuerit quis res hæreditarias, nec ne, sine uoluntate acquirendæ sibi hæreditatis, quærendum est, sed an admiserit hæreditatē, uel bonorū possessionem. Quod quidem rescriptū, si ita legatur, non satis idonea ratione adduci uidetur, dum potissimum negat id esse inquirendum, an quis res hæreditatis tenuerit sine uoluntate sibi acquirendæ hæreditatis. nam cum hæreditas adeatur uel solo animo, qui extrinsecus ex aliquo facto innotescat: si probeatur aliquem res hæreditarias tenere cum animo acquirendæ hæreditatis, nōne satis constabit eum esse hæredem? sicut ex contrario, si probabitur abesse uoluntatem adipiscendæ hæreditatis, probabitur ex eo actu non adiuisse. cur igitur non quærendum est, cum idem sit, uel id querere, uel illud an admiserit hæreditatē, bonorū ue possessionem? Quamobrem cum de ueræ lectionis incolumitate dubitarem, consului antiquos codices: & non solum, quem habebam ipse, id genus unum, sed etiam alios, qui mihi paulò uetustiores Accursio uiderentur: in his reperi aliter legendum esse illud rescriptum, & uerba illa, sine uoluntate acquirendæ sibi hæreditatis, esse cancellis inducenda, quoniam superfluant, & abundant: quippe existimauerim pro glossamate ab aliquo Iurisperito superapposita, quæ dein ab imperitis in ipso contextu recepta fuerint. Cæterum nō uulgatæ solum lectioni, sed & nostræ huic declarationi obstat Bartoli, aliorumque argumentum, quo probare contendunt, responsum id iure non consistere: siquidem si delatam Titio hæreditatē dicamus, probato eum res hæreditarias tenuisse, constabit esse hæredem: quod si non delatā dicamus, etiā quod admiserit, non sequetur uerè esse hæredem. Curationi, concordi omnium interpretū consensu respondetur, ita textum accipi debere, ut principium in eo intelligamus, cui delata non sit hæreditas: finem uerò legis contra, in eo uidelicet, cui sit delata. quæ portenta sunt hæc: quæ cauillationes? ipse certè totam legem, cum delata est hæreditas, accipiendam puto: nec id admiserim, idcirco quod quisque res hæreditarias retinuerit, in dubio existimandum adijisse, nisi fortasse is sit filius, qui uel ipso iure est hæres: quo casu lex ista non procedit, cum ex rubrica constet, de legitimis & cognatis hunc titulum principaliter loqui, non de filiis. Itemque, nisi cum alio is de re hæreditaria contraxerit, ne scilicet ullus captioni sit locus. Et ita quandoque disputando defendi.

*Bart. l. gerit.*

*L. cum putarem. famil. ercisc. declarata aliter, quam alij existimauerint.* CAP. VIII.

**I**n lege, cum putarem. familiæ erciscundæ, sub ipsius responsi finem Paulus Iurisconsultus de cohæredibus loquens, quorum alter falsò cohæres existimabatur: Planè, inquit, si sine iudice diuiserint res, etiam condictionem est earum rerum, quæ ei cesserint, quem cohæredem esse putauerit. In antiquo meo exemplari fidelior hæc lectio reperitur: Planè si sine iudice diuiserint res, etiam condictionem ei, qui fuit hæres, competere dici potest: non enim transactum inter eos intelligitur, cum ille cohæredem esse putauerit. Ex quibus uerbis colligitur, si transactum intelligeretur, nullius partis condictionem dari: & tamen Accursius plerumque in hac fuit sententiā, in diuisione hæreditaria, in qua transigi uidetur, pro parte euinci posse, & pro parte condici: quod meritò reprobatum est, nam & nostræ huius legis generalibus uerbis conuincitur: dum enim dicitur condictionem dari, quis æquo animo coartationem hanc admittat, ut intelligamus pro parte tantum dari, pro reliqua uerò rei uendicatione? Nec me mouerit Accursij ratio, asserentis, cum rem meam quasi tuam trado, non transferri dominium: quoniam qua ratione pro dimidia transfertur, eadem & pro tota transfertur, cum in diuisione uniuersitatis altera res in locum alterius succedat: & quod unus hæres habet, ex seipso habere, non à cohærede creditur: quod & Bartolus annotauit.

*L. eam quam. C. de fideicommiss. hucusque non uero sensu declaratum: quare emendatur, uti debuit.* CAP. IX.

**T**ractatus fideicommissorum in Iustin. Codice hoc rescriptum habet: quod ut breuitati consulerem, non ut uulgo legitur, sed ut in antiquo meo codice extat, referre operæ precium duxi. Eam quam frater tuus instituerat, siue quæ sita, siue non quæ sita hæreditate decesserit, cum tantum simpliciter antequam duodecimū annum ætatis impleisset,

uerbis precatiuis, testamento facto, nonnullos ei uoluerit substitutos, nihil prohibet fideicommissum petere, uel ab ipsius hæredibus, qui bona intestati tenent: tunc enim locum habent, quæ regulariter traduntur, ea quæ in testamento relinquuntur, si ex testamento non adeatur hæreditas, non ualere, quum uerbis relicta directis adiri potuerit hæreditas, non quum illa ipsa sic data est, ut esset etiam ab intestato successoribus postulanda: quod rescripsimus sequentes adseuerationem tuam, quasi scripta hæres non fuerit iure adoptata: alioqui si in familia relicta, hæres facta decessit, consequenter ipsius hæredes petitioni fideicommissi respondere coguntur. Ponendus autem ita est in facto casus: Titius habens adoptiuam filiam, solam hæredem instituit: & præterea prælegauit etiam fideicommissum, in quo fideicommissio substituit & quosdam hæredes, si moreretur ante duodecimū annum: queritur quid iuris? Et respondent Imp. siue filia adeat, siue nō, fideicommissum deberi. nam cum testator solam eam instituit hæredem, & præterea prælegauit, illud prælegatum, ea aduente hæreditate, esset nullum: quia à nemine sibi ipsi legatur. quapropter uidetur eam fuisse defuncti uoluntatem, ut eo casu ualeret, cum non adiretur hæreditas: igitur filia competit fideicommissi persequutio. Sed ponamus eam adiuisse hæreditatem, uel fuisse hæredem ipso iure, & decessisse intra duodecim annos, num substituti admittentur? Videbatur non admitti, quia fideicommissum à principio est inutile. contra respondetur: quoniam uel sola uoluntas ex coniectura in fideicommissis sufficit. Determinatur itaque in hac constitutione duo mehercule pulcherrimi casus, & ualde dubitabiles, qui etiam ex uulgate exemplari colliguntur, si ubi legitur peti, petere corrigamus: alioqui cæteræ interpretū expositiones, salua Latini sermonis ratione, non consistunt. Quod autem in principio dicitur, siue quæ sita, sine non quæ sita hæreditate, deflecte ad fratrem, ut is perierit, ex cuius testamento uel quæ sita, uel non quæ sita fuit hæreditas. uel si respici filiam matris, intellige, decesserit: non tunc quidem, cum petit fideicommissum, sed postea: ut id uerbum, decesserit, tractum habeat.

*In definitione furti, quædam uerba superfluo addi, aliæque corrupta esse.* CAP. X.

**L**egem primam de furtis, quæ Iurisconsulti Pauli est, ex antiquo codice libet in mediū afferre. ea legitur hoc modo: Furtum à furuo, id est, à nigro dictū Labeo ait, quod clam & obscure fiat, & plerumque in nocte: uel à fraude, ut Sabinus ait: uel à ferendo, seu auferendo: uel à Græco sermone, qui *φάρα* appellant fures: imò & Græci dixere *ἄρπάζειν* &c. Dein paulò inferius: Furtū est contractio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia: id est, uel ipsius rei, uel etiam usus eius,

*l. fideicommiss. §. sc. fid. de legat. iij.*

*Bar. in d. §. duo fratres.*

*§. subtilius. in l. dedi. de condic. ob causam.*

*l. j. de reprob. hæred.*



In l. inter omnes. §. penult. defur.

possessoris ue, quod lege naturali &c. Operæ precium autem idcirco existimauit prædicta referre, quoniam uulgò in definitione additur, furtum fieri solum inuito domino: quod usquequaq; uerum non est: nam si domino uolente, cum existimè eum nolle, quicquam furripiam, Pomponius ait furem me esse: quod & ratione non caret: ex delinquentis enim animo maleficia pensantur, nõ ex alio rum uoluntate. Sed & de incolumitate ueræ lectionis Accursium non latuit, qui ea uerba, inuito domino, tam in Digestis, quam in Institutionib. subaudienda existimauit: tam etsi ab impressoribus glossema in textu institum perperam nunc legatur.

L. Antiochensium. de priuileg. cred. emendata. et nouo sensu clarior reddita. CAP. XI.

IN titulo, de priuilegijs creditorum, Papi niano tribuitur responsum quoddam corruptissimum, ita ut nullo pacto construi, & salua ueterum loquendi ratione intelligi possit. Id nos ex antiqua lectione sic reponimus: Paulus lib. x. respon. Antiochensium Coelefyriæ ciuitatis, qui de lege sua priuilegium in bonis debitoris defuncti accepit, in ius persequendi pignoris durare constituit. ut sit sensus Antiochenū quencuncq; qui ex lege sua municipalī præfertur cæteris creditoribus, si iure legis agat, non idcirco minus posse propter anteriorem hypothecā agere, cum illud ius sibi saluum remaneat, & lex illa quicquam de ciuium iure non detrahat, sed accumulēt potius. Est autem Antiochia Syriæ metropolis, & omnium Orientis urbium ut Herodotus scribit, longè pulcherrima: cuius fortasse utilitati concessum erat, ut ciuium Antiochenū in bonis debitorum potior causa esset, hiq; cæteris aliarum urbium ciuib. anteferrentur. *περι τοῦ πρῶτου* id priuilegium appellari, Plin. Cæcil. in epistolis ad Traianū Cæs. ostendit. Sanè quæ Accurs. & Bartolus hîc scribunt, uerbis legis non quadrant: alioqui, salua uulgatiore lectione, sic posset construi: Constitit ius pignoris persequendi durare, quod ciuitatis Coelefyriæ Antiochensium priuilegium de lege sua ipsa scilicet ciuitas, in bonis debitoris defuncti accepit. Sed alius hîc est quàm à cæteris tradatur sensus, & minime uerissimilis: non enim solent Iurifconsulti scribere, lex aliqua municipalis duret, uigeatq; an id minus, cum de facto non respondeant, sed de iure quod factum sequitur.

In tit. de publicanis, quoddam responsum antiquæ lectioni restituendum esse. CAP. XII.

APud Paulum in l. licitatio. de publicanis, principiū legis aliter in exemplari nostro fideliori legitur, quàm in alijs soluat: nimirū his uerbis: Locatio uectigalium, quæ calore licitantis ultra modum solitæ conditionis inflatur, admittenda est &c. Quibus uerbis nihil iuuatur Philelphi in epistolis sen-

tentia, ex uulgatæ lectionis argumento existimantis, licitatore pro proxeneta accipi. Sed & ferè incontinenti sequitur: Ad conducendum uectigal inuitus nemo cõpellitur: & ideo impleto tempore conditionis, ea alijs locanda sunt. Reliquatores uectigalium ad iterandam conditionem &c. Hæc autem quantum non in uerbis, sed in re ipsa ab alijs dissideant, qui Accur. ibi legerit, cognoscat.

Paragraphū. Augerius. in l. qui Romæ. ff. de uerb. obli. non satis hæctenus intellectum: sed et in ead. §. Seia. corruptū circūferri. Cap. XIII.

UM uulgatissimam legem, qui Romæ. de uerborum obligationibus, perlegerem, & impressa cum manu scriptis codicib. conferrem, animaduerti ex duobus responsis, quæ paragrapho signantur, alterū, quamuis corruptum non circumferatur, uulgò tamen rectè non intelligi: alterum uerò ob scripturæ labeculam erroris causam Accursio, deinde Aretino dedisse. Is est huiusmodi in §. Seia. Quærat, si Seia, quæ sortem transactionis causa, usurasq; hæredi promiserat, cum hæres, transactioni ne stare, diu litigasset, teneatur usuras eius temporis præstare, quod interim lapsus est, dum iniuste hæres litigat. Et Scauola respondit, Si Seia non cessasset ex stipulatione pecuniam offerre, iure usuras non deberi. Ex quibus uerbis Accursius, Aretinusq; existimarunt, necessariam fuisse oblationem, alioquin usuras deberi, Bartolus & alij frequentiori consensu consentaneum iuri id non existimant, sed tamen uerbis legis expressim aduertantibus. idonea responsione non satisfaciunt. Igitur ex antiquo meo codice ita legendum est: Respondi, & si Seia ante cessasset ex stipulatione &c. non autem, si Seia non cessasset. Quod uerò responsum rectè non percipitur, hoc est: In paragrapho Augerius. traditur talis casus, non quidem ut Doctores referunt, sed ut ipse arbitror: Augerius seruo Mæuij promisit, se soluturū quicquid patrem suum debere constitisset. patre defuncto, & alio hærede instituto cum Mæuius egisset cū hærede & constitisset, quæritur num Augerius teneatur, & id potissimū ratione eius temporis, quod intercessit ab eo tēpore, quo stipulatio concepta est donec constitit. & respondet Iurifconsultus, si conditio non extitisset, stipulationem non esse cõmissam: & consequenter cum respectu accessionum, & debiti interea temporis aucti conditio non extitisset: & ubi extitit, solum referat ad tempus, quod stipulationem præcessit, non quod secutum est, meritò ob illud non tenetur: ratione uerò ipsius sortis, & summæ quam cõstitit tempore stipulationis conceptæ debitam, tenetur. Negant id ex communi intellectu Doctores & ut colligitur, tribus rationibus. Prima Roglerij hæc est. nam cum Augerius promiserit, quicquid patrem debere constitisset, nisi constet eo uiuente, post mortem euane-

pulatio: quoniam pater amplius non debet, sed debuit: igitur constabit patrem debuisse, non debere: quo quidem modo cõcepta sunt uerba stipulationis. quæ ratio leuior nescio, an absurdior sit. cū enim in stipulatione conditio ubi euenit, retrahatur ad tempus, quo concepta est, & illud considerandum sit: certè eo obseruato, tum debebat, non autem nunc debuerat, nam & cum stipulatio ad hæres transeat, hæres ipse qui patris personam fictè refert, non solum non debuit, sed nunc debet. An in stipulationum uerbis cauillamur? cognouit certè Paulus Castrensis abesse id à naturali ratione. Secunda ratio affertur, iniquum esse, ut declaratio debiti facta cum hærede, qui forsitan instructus non est, præiudicet filio: sed & hoc leuissimum est cum calculis ducatur ex rationib. quæ nunc tam præstò erunt hæredi, sicut patri futuræ fuerant, nec probabiles sit suprascripta præsumptio. Quapropter ineptas esse has rationes animaduertens Iason, tertiam hanc addidit. nam etsi constet quid, quantumq; debuerit pater, non tamen constat cum Augerio, & idcirco in eius damnum non dicitur constare, nec committitur stipulatio. Sed & hoc non probauerim, cum Augerius hîc non differat ab intercessore fideiussore: quapropter res inter alios acta, quamuis alijs nõ præiudicat, tamen si actum sit in principali, id fidem facit respectu accessorij: quod pluribus exemplis in tractatu rei iudicatæ confirmat Alexander. Omitto, communem hunc intellectum non nisi per cauillum accepto contextu procedere. quid enim aliud est ita interpretari, si cõditio non extitisset, id est, quia conditio nõ extitisset? Igitur dubitandum non est, quin nostra sententia sit probabilior. Dum ergo in textu dicitur, quæsitum est an Augerius teneatur, intellige uerbum, tenetur, generaliter, non solum respectu fortis, sed etiam auctarij à tempore conceptionis ad euentum conditionis. Et dum sequitur, respondi si conditio nõ extitisset, &c. declara eatenus, quatenus extitit conditio, committi stipulationem: extitit autem respectu fortis, & accessionū usq; ad tempus conceptionis, post nõ extitit: priore igitur casu est commissæ, posteriore non æquæ. Respondit autem Scauola succinctè & breuiter, more suo, & uerba contulit directe in eum casum, quo conditio nõ extitit, id est, usurarum: quia is casus magis dubius fuerat. Ratio autem decisionis ea est, quoniam Augerius non promisit nisi quod constitisset: igitur donec constat, non est in mora: non debet ergo soluere seu fructus, seu usuras medij temporis, quæ solent deberi propter moram, cum ipse se nequaquam in eam incidit. Et ita disputationis causa differebat Alciatus.

l. Papin. §. si ex causa. ff. de inof. test. Alex. in l. sepe in vj. charta, de re iudic. glos. in l. de unoquoq; ff. de re iudic.

Glos. in uer. certis. §. j. prima const. Cod.

Titulo, de fideicommiss. libert. responsa quedam correctæ. CAP. XIII.

DE fideicommissarijs libertatibus sic legitur apud Celsum: Scauola Claudius

cum tibi iussum fuerit manumittere, utiliter datur fideicommissaria libertas. Sed ex nostro peruerterî codice aliter legendum esse admonemur, nimirum hoc modo: Celsus lib. xx. ad Sabinū Acciolam: Claudius, cum uisum tibi fuerit, manumitte, utiliter datur fideicommissa libertas. Sed & eodem titulo in lege generaliter. uersiculo, cogetur. dum dicitur, Si hoc maluerit is, qui rogatus est manumitti: su perfluum est uerbum manumitti, ex antiquo codice: & hic non feruus accipiendus est (quod fecit Accursius) sed ipse hæres. Et paulò inferior: Sed potius ab eo ad libertatem peractus, qui erat rogatus manumitti. In antiquis legitur, manumittere, quod magis placet. Quin. etiam in l. fideicommiss. lib. ita dari. dum legitur uulgò, si te meruerit, corruptus est codex: quia Latine non dicimus mereo te: quapropter legendum, si de meruerit, ut hæc præpositio in compositione augeat, quæ quandoq; minuere solita est.

L. Imperatores. de appell. in emendatam circumscribi: et propterea à nobis tractatum, quomodo restituenda uideatur. CAP. XV.

IMperatores Seuerus & Antoninus rescripserunt, appellationes, quæ retrò ad principem factæ sunt, omisis his ad quos debuerunt fieri, ex uno ordine ad præsides remitti. Lex hæc in tit. de appell. corruptè circumlata, maximū Accursio negotium fecit, dum unum ordinem nunc interpretatur referri ad clarissimos, nunc ad ordinem, qui sit ut à minore ad maiorem prouocetur: & utrumq; non cõuenit. non quidem prior, cum præsides ipsi clarissimatus dignitate fungantur, nec de clarissimo ad clarissimum appellatur. sed nec posterior, cum deficeret rescriptum in eo, quod maximè intererat referre, uel delicta à quibus iudicibus prouocetur. nec enim passim uerum est, à quibuscuncq; iudicibus retrò prouocetur, ad præsidem negocium remitti. Igitur ex antiquo codice ubi legitur retrò, reponere recto: ubi uno, imo. Appellauit autem imum ordinem, magistratus municipales, quorum ordo infimus est: & ab his ad prædes iure prouocandum esse, uulgò dicitur.

Alexandri Imp. rescriptum inter tractatus appellationum, hæctenus à nemine intellectum, nunc nostro Marte de Græco translatum, unicuiq; posse intelligi. CAP. XVI.

IN eodem titulo alia est lex Græca Alexandri Imp. ab aliquo in Latinum uulgò translata, qui se & Latine & Græcè nihil intelligere demonstrauit. ea rectius hunc in modum transducenda fuerat: Imperator Alexander uniuersis Græcis in Bithynia existentibus. Prouocare quidem qualiter quisquam ab ius dicentibus prohibeatur, non uideo: cum aliā uiam capessent, idem facere liceat, & ad me celerius deuenire. iniuria autem, & ui aduersus prouocantes uti, & custodiam militarem





filio, promnestriæ, quæ suaserat vt eius matrem duceret in vxorem. Igitur in hac rub. arbitror legi debere proxenetriis, vt intelligamus hic tractari de arrhis sponfalitiis, quæ videlicet dantur sponis & proxenetriis, quæ scilicet deponuntur apud proxenetrias: & hoc modo rubrica ita generalis nõ erit, quin possit comprædi ex his, quæ in tractatu dicuntur. Cæterum quod Accursius tradit, proxenetricum dici salarium proxenetæ, aduertendum est, quoniã Iurisc. in eius tit. lege vltima tradit ὄσπυλον ὁνομαστικὸν dici: quamvis in vulgatis codicibus Græca vox desideretur.

In l. ij. C. de vet. iur. enucl. quadam verba emendari declarari que debere. CAP. XXIII.

In posteriori constitutione, de veteri iure I. enucl. edicit Imperator, ne alicui liceat interpretationes in ius ciuile condere, ne ex his aliquid dubietatis infurgat, vnde iterum omne ius turbetur: quod edictum non modo palam contemnitur, longa iam interpretandi consuetudine ab Iherio cœpta, ab Accursio perfecta, à Bartolo, Baldo, ceterisque summis vsque ad nauream aucta: verum etiam, si diis placet, nemo laureola Doct. ratas insignitur, nisi cū hac præfatione, Damas tibi autoritatē glossandi: vt sicvt prima initia aduersus Iustiniani legem auspiciantur, ita discant in futurum in eadem corruptela perseverare, & in dies aliquid aduersus legumlatores conari. Libet Cæsaris ipsius verba referre, quoniam in vulgatis codicibus Græcarum quarundam vularum defectu sunt imperfecta. Nemo eorum qui iuris peritiã habent, audeat cõmentarios iisdem legibus adnectere: nisi tamen si velit eos in Græcam vocem trãsserre sub eodem ordine, eaq; consequentiã, sub quo Romanæ voces positæ sunt, hoc quod Græci ἡ τὰ πῶδα dicunt: vel si quis forsitan per titulum subtilitatē annotare maluerit, & ea quæ πῶδα πῆλα dicuntur, componere. significat illud per vestigia, quasi iisdem vestigiis inhærere, hoc verò, summaria quædam per titulos, quorum mentio quoq; in præcedenti constitutione.

L. Mænius. §. duorum. ff. de legat. ij. non rectè hæcenus perceptam, nunc posse intelligi, si quis tamen hæc quoque scripta legat. CAP. XXIII.

In l. Mænius. §. duorum, de legat. iij.

VERBA Iurisc. sulti ita se habent: Duorum testamentis pars fundi, quæ Mænij est, Titio legata est: non ineleganter probatum est, ab vno herede soluta parte fundi, quæ Mænij fuit, ex alio testamento liberationem obtingere: nec postea parte alienata revocari actionem semel extinctam. Sed si pars fundi simpliciter, non quæ Mænij fuit legatur, solutio prior non perimit alteram actionem, atque etiam hanc eandem partem aliquo modo suam factam poterit soluere alter heres: nanque plures in vno fundo dominium iuris intellectu, non diuisione corporum obtinent, etc. Accurs. hoc in loco non, nanq; plu-

res, vt vetustus meus codex habet, sed neque plures, legit: atq; exponere conatur duobus modis, sed mehercule tam alienis à uero sensu, quantum ipse à literatis literis fuit: fuit autem oppidò quàm longissimè. Igitur ne in his quæ minimè necessaria arbitror, confutandis tempus teram, sic in hoc responso fingendum esse casum opinor, atq; ita declarandum. Fundus, puta Trebatianus, cõmunis erat Mænio & Sempronio: fingamus duorum testamentis mihi legatam partē huius fundi, quæ Mænij est, hoc casu solutio prior perimit alteram actionem. Sed pone non esse dictum aliquid de Mænio, sed simpliciter legatam partē fundi Trebatiani, an hic idẽ erit quod superius: minimè verò: & ratio est, quoniam Mænius & Sempronius in eo fundo dominium habent iuris intellectu, non diuisione corporum. Cùm enim constet medium fundum vtriusq; esse, non tamen cõstet vtra pars alterius sit: igitur non habet dominium diuisione corporum, sed solo iuris intellectu, quo iure totus fundus illis communis est. Igitur si soluatur mihi pars huius fundi, ex quo possibile est, vt in diuisione ne spectet ad Sempronium, rectè soluta est: si iterum soluatur, rectè quoque soluitur, tanquam ferè eadem non sit, cùm iuris intellectu potuerit vel Mænij esse, ergo tanquam diuersa pendit. Idemq; iuris est hoc casu, cùm fundus est duorum atq; si res aliqua generaliter legetur, quæ potest rursus solui, licet diuersa ratio sit in homine generaliter legato. Cæterum his vltius insistere, præsentis nõ est instituti: non enim me præterit, q̄ dubitabilis hic sit intellectus, vt existimo tamen verus.

Restitutum Græcum responsum l. vlt. de act. & oblig. ex cuius ignorantia antiqui decepti, longè de linea aberrauerunt. CAP. XXV.

VLTIMA lex in tit. de actionib. & obligationib. circumfertur, quæ si eo legatur modo, quo in antiquis Digestorū voluminibus conspicitur, & emendatior erit, & non parum à vulgatoribus differens. Verba ita se habent: Procurator Sei admisit subscriptionem apud argentarium vascularium in verba infra scripta: Λέκκις Κλαύδιος ἐπέγραψεν καὶ τοῦ πρῶτου γράψαι, τὰ λοιπὰ παρὲς ἡμῖν ὀφειλόμενα. quæro an C. Seium obligare potuerit, etc. (nam quæ sequuntur, satis fideliter in impressis leguntur.) Cæterum nec interpretatio Accursij, qua nescio quis inuertit potius, q̄ Græcam illam subscriptionem convertat, admittenda est, quippe quæ nil commune cum vero sensu habeat, cùm in ea de exactiõne debitorum, nihil de vasculis conficiendis minus sit: sed hoc modo rectius dixeris, L. Claudius agnouit, prout adscriptum est, reliqua à nobis debita esse. Est autem L. Claudius procuratoris nomen, nec vascularius artifex quicquam ad argentarium pertinet. Non probatur itaq; vt Doct. opinantur, ex hac lege, confessionē procuratoris extra iudicium factam domino non obesse, sed potius procurator in calculo sub

lo subscribat, reliquatore se alicuius esse: si re uera non sit dominum nequaquam obligari. Non refero Accursij translationē: quoniam cum, ut dicitur, neq; cœlum, neq; terram attigerit; operæ precium non arbitror, talia chartis infarcire.

Pauli responsum tit. de adulterijs, hæcenus ineptè perceptum, ex mala unius Græcæ dictionis translatione. CAP. XXVI.

PAULUS libro primo ad legem Iul. de adulterijs, cuius responsum sub eodem titulo in Digestis relatum est: Lex inquit, Iulia stuprum & adulterium κατὰ χρηστικὸν ὄνομα appellat φθορὰν. Sed propriè adulterium in nuptam committitur propter partem ex altero conceptum, composito nomine: stuprum uero in uirginem, uiduam ue cõmittitur, quod Græci διακέρδουσι appellat. Igitur quod in vulgatis codicibus est, promiscuè, abradendum est: quandoquidem non id κατὰ χρηστικὸν ὄνομα significat, sed potius quod dicere solemus, abusiuius & magis impropriè. quod uel propter leges municipales notandum est, cæterosq; id genus tractatus, quibus per extensionem uerba nõ accipimus: & quamuis latius quoq; aliquando capiamus, uix est ut ad hunc maiorem abusum trahamus, nisi forsitan sit fauore testamtorum: pro quibus sustinendis non impropriè tantum, sed ut Raphaël Comensis ait, impropriissimè quoque uerba declarantur.

In l. cum filio, de leg. iij.

In l. Thais. §. sorore.

Scauolæ Græcum responsum aliud uulgata translatione significare quam debeat. CAP. XXVII.

REFERTUR & in fideicommissarijs libertatibus huiusmodi Scauolæ responsum. Sorore sua hærede instituta de seruis ita cauit: Βάλαμαι ὁ παρὰ καὶ λῶ γλυκυνταίτη με ἀδελφῆ, οἱ πῶδα καὶ τὴν ἑξῆς ἐν Σπίχον καὶ δάμαν τὸς με πρῶτα τῶν τῶν, ὅς ἐγὼ ἐκ ἐλθὼν θέρωσα ἀχρῆς ἐὰν εὖ ἴψος ἀχρῆς τὰς ἰσοσῆς, ἐὰν δὲ καὶ σοὶ ἀρῆσασιν ἐμῶν σοὶ τῶν γνάμω με. quæro, si paratis actoribus rationes reddere, hæres libertatē non præstet, dicendo eos nõ placere sibi, an audiendi essent. respondi, non spectandum quid hæredibus displiceret, sed id quod uiro bono posset placere, ut libertatem consequantur. Eas autem uoces Græcas, quisquis ille fuit, ita uulgò transtulit: Volo, & rogo dulcissima mea soror, in cõmendatione te habere Stichum & Damam meos actores, quos ego non manumisi, donec rationes redderent: si autem tibi placuerint, significauit tibi mentē meam. Quæ uerba utcunq; translata satis congruunt Græcis literis, referuntq; totius clausulæ sensum: ut quod inde sequitur, omnino sit abradendum: significauit tibi mentē meam, id est, ut redditis rationib. sint liberi. Postrema enim hæc uerba supra contextū Iurisc. sulti pro glossemate ab aliquo addita, deinde in ordinem ipsum ab imperitis relata crediderim: quæ quanti momenti sint, nemo certe non uidet: cùm longè dubitabilior sit is ca-

sus, quem simpliciter Græcè Iurisc. proposuit: alioqui si ea uerba in fideicommissis fuissent, nemo dubitasset hos boni iuri arbitratu fore liberos.

Iuliani sententiam quandam iure non subsistere, nisi menda de illius scriptis tollatur. CAP. XXVIII.

10 ANQUIT, nepotes ex consuetudine cognati appellantur, non propriè, sed per abusionem potius accidit. Quæ uerba si hoc modo legantur, id necessariò probant, cui nemo non, qui peritus sit, reclamaturus est, generis uidelicet uerbum per abusionem de specie dici: id enim falsum est. Nam cum cognatio, uox sit generalis, quæ agnatos contineat, non uideo cur nepos etiam post mortem testatoris cõceptus, non dicatur propriè fuisse illi cognatus. Quare & antiquum meum codicem, & eum qui Florentiæ sit, non dubito longè fideliores esse: in his ita propemodum est, non propriè, sed per abusionem, uel potius ἀναφορικῶς accidit. Significat autem uocula hæc, per relationem: & hic est sensus, ut cùm testator sit mortuus, non possit habere cognatū, tamen per quandam quasi abusum, uel potius relationem ad hoc tempus, si uiueret, dici cognatum. Illud ergo quod dixerat Iurisc. per abusionem, statim emendauit, insuper Græcā illam dictionē additãdo.

In l. item prætor. c. Rodoph. ubi Ab. de rescript.

Declaratus Iurisc. sultus, dum amphorarium uinum explicat, Græcamq; uocem Latine subrogandam. CAP. XXIX.

ULTIMA lege, de tritico, uino, & oleo legato: Quod si, inquit Iurisc. ita esset legatum, uinum amphorarium, Aminæum, & dulcia omnia: nihil inter dulcia, nisi quod portionis fuisset, putat Labeo & c. In antiquo codice non Aminæum legitur, ut sit species uini, cuius Vergilius & Ausonius meminerint (syllaba tamen in illo inemendata, sunt & Aminæa, pro sunt etiã Aminæa) sed potius Græcè ἀμεινωσ, id est, optimū quod quidem in iure non multum referret, nisi Comensis Raphaël in ea aduersus Bart. fuisset hæresi, ut si generi una tantum species adderetur, existimaret per speciem genus non restringi: si uerò post genus plures species annumerarētur, tunc coarctari. Cuius opinionis argumentum ex suprascriptis uerbis colligebatur: quasi non aliam ob causam dulcia omnia restringantur ad potiones, q̄ quia duæ enumeratæ erant potionum species, uinum scilicet amphorarium, & uinum Aminæum. sed, uti dixi, inemendatus est codex: non tamen diffiteor Raphaëlis sententiam longè mihi probabiliorem uideri, quàm Bartoli, qui hoc in tractatu ita distinguit, fecat, subsecat, minutiasq; rursus diuidit, ut in clarissima re chaos ipsum induxerit.

In l. questum. §. ff. de fundo instruct.

DN. AND. ALCIATI IURISCONSULTI MEDIOLANENSIS in secundum librum disputationum PRAEFATIO.



SCRIBENTEMME & hifce quisquilijs successiuas horas tribuentē, nihil æque ab incœproudeterret, quàm quod lectorum iudicium reformidē. Nam & eò magis id mihi pertimescendum est, qui maximis (his præsertim diebus) negocijs districtus, uix ocium studio suppeditare possum: quapropter non iniuria uereor, ne in nos studiosior aliquis genuinū meritò frangat, minimeq; eius audaciā probet, qui aliud agens, edenda, & per manus hominum itura, componat. Sed & his fortasse illud satisfecerit, quod non omni laude defraudandus sit ille statuarius, qui tamen ipsè poliendi ignarus, corpus tamen ipsum, marmorisq; uenas diligenter conspicatus, materiam peritiori exhibuit: sicut nec omnino illaudati rhetores, quod iugulū nudent, in quo excellentiores oratorum eloquentiæ aciem stringant. Sic enim & ipse defendi poterò, qui locos difficiles & mēdosos annotarim, & ceu digito indicauerim. Prodeat nunc eruditior aliquis, qui maiore eos ocio explicet, qui distringat, qui expoliat. Verum omnino ab his qui ista facere possunt, parū mihi metuendum est: sunt enim in literis fuci quidam, qui, cum ipsi uel Cirnæo melle amario ra congerant, doctos tamen naso suspendere non erubescunt: solumq; inde eruditos se arbitrantur, quod sibi tum maximè placeant, cum de peritioribus iudicant. His ego non aliud respondeo, quam sicut Solon existimauit, eos demum bene imperare, qui ipsi seruissent: ita eos demum de eruditis rectè pronuciare, qui ipsi uel æquè bene, uel melius componant. Quandoquidem meo iudicio is in literarū palestra solum aliquod nomen mereatur, qui πρὸς τὴν οὐράναις ualeat, sic antiquos, sic etiam recentiorum aliquos laudamus, qui nihil aliud quàm criticus est, is ut phreneticus meritò insputatur. Horum igitur cum uti Megarensiū, εὐδαιμόνιος sit, secundum hunc librum dijs auspici- 50 exordium duxi, quem uel sola nouitate plausibilē fore meritò suspicor, studiososq; hoc nomine ad eius lectionem prouoco: ex quibus fortasse aliqui in hisce Græcis uerbis maiorem sermonis puritatem requirunt: qui uelim sciant, in facto ita accidisse, ut eo modo conceptæ clausulæ proponerētur: nec id circo Iurifconsultos arguendos, qui non de castitate elocutionis, sed de iure responsitarerent. Cæterum & si quisquam nobis etiam alia obiecerit, is sibi hoc proponat, eum qui edere quicquam in publicum uelit, periculi magnitudinem non prospicere, at studiosorū humanitati diffidere qui nolit.

Celebratissimū quoddā Scauolæ responsum non rectè à glossematicis translaturum, declaratumq; CAP. I.

INstituto filio hærede, ex eo nepotib. emācipatis, ita testator cauuit: βόλομαι δὲ τὴν ἐμὴν οἰκίαν μὴ πωλεῖσθαι ὑπὸ τῆν κληρονόμων, μηδὲ δανείζεσθαι τῆν αὐτῆν, ἀλλὰ μόνον αὐτῆν ἀκέραιον αὐτοῖς καὶ ἰσοῖς ἢ ἐκ γόνου εἰς τῆν ἀπαντα χρόνον. εἰ δὲ τις βουλήθῃ αὐτῆν πωλεῖν ἢ μέρει αὐτῆν ἢ δανείζειν, ἢ αὐτῆν ὑπασίαν ἐχέτω πωλεῖσθαι ἢ συγκληρονόμω αὐτῆν καὶ δανείζεσθαι ὑπὸ αὐτῆν. εἰ δὲ τις παρὰ τούτων ποιήσῃ, ἔσαι τὸ χρηματισθῆναι ἀχρηστον καὶ ἀκυρον. Queritur cum filius defuncti mutuam pecuniā accepit &c. legendum hoc modo est Scauolæ responsum, non uti ex uulgata lectione passim circūfertur. nam & illud mirū, Accursiū præter morem suū, nō admonuisse lectorem Græca testatoris uerba in archetypis esse. Eorum trāslatio hoc modo faciūda erat his qui Latina barbaris antistare arbitrantur. Hæres meus domū meam ne uendito, neue creditoribus obligato, sed ipsa permaneant simpliciter in filijs, inq; nepotibus per omne æuum. si quis autem ipsorū uel uendere, uel creditoribus obligare partem suam uoluerit, id ei ut faciat, potestas esto, dum cohæredi uēdat obligetue, si quis hanc iusionem aduersus fecerit, quod ob pecuniā obligat, inutile & infirmum esto. Ex ueteri quippe translatione nō constat, an uoluerit testator alijs, q; fœneratoribus posse obligari domū, cum uerba illa simpliciter possint restringi ratione aliarum obligationū: & tamen Græcè dicitur μηδὲ δανείζειν, quod non solum ad creditores fœneratitios, sed ad quoscuq; qui pecuniā credunt, referri potest. His adde, quod uerbum illud, neq; fœnerari super eas, in uulgata trāslatione Latine non ponitur, cum fœnerari in passiuā significatione ueterū nemo dixerit. Dicet aliquis, quid istud ad Iuris ciuilibus professio- 40 nem attinet? cui ipse: non aliter, quàm totus titulus de uerborum significatione.

Græca lex, titulo locati, restituta: cum tamē ex interpretibus eam deesse hæctenus nemo animaduertit. CAP. II.

Libet referre Græcā legem, quæ in omnibus codicibus impressis ita desideratur ut neq; ullam interpretationē Latinā habeamus, ea in Pandectis Florentinis est in titulo locati, subsequiturq; legem, cui initiū est, si cui locauero. Modestinus lib. VI. excusationum: οἱ ἐπίτροποι γηρόμενοι ἢ κρεάτωρες πρὶν ἐκτίσαι τὸ πῶς μὴ δαμῶς, μὴ δωταὶ καὶ παρὰ τῆν ἰσοσύνην, καὶ αὐτῶν ἀποκρυψάμενοι ἄλλο πρὸς ἑαυτὸν μὴ δωτῆν τῆν καὶ παρὰ τῆν ἰσοσύνην, ὡς πρὸς ποιήσας κολάσει, ἄλλο ἐκείδουσιν ὁ ἀποκρέατωρ Σεβηρός, ἢ τὰ ταῦτα ἢ ἐχρησίζοντες ὑπὸ τῆν ἰσοσύνην, εἰς κενὴ κωλυμένοι μὴ δωταὶ ἢ πρὸς τῆν ταμίαν. Qui tutores facti sunt aut curatores, priusquam satisfecerint, conducere aliquid à Cæsare prohibentur: quod si quis dissimulans progrediatur, & agros Cæsaris cōducatur, uti contrā faciens 50 punitur, ut Imperator Seuerus cōstituit: secundum

Facil. j. c. m. tut. uel cura.

cundū hæc & qui tutorū uel curatorū officiiū iniungunt, ab illo conducere prohibentur.

Nō antiphona, sed antichresis, in duob. Digestis. responis legendum: ut eaq; interpretatione maiores nostros omnes hallucinatos esse. CAP. III.

In l. si pecu. de pigno. actio.

SI pecuniā inquit Marcellus, debitor soluerit, potest pigneratitia actione uti ad recuperandū antiphonam: nam cum pignus sit, hoc uerbo poterit uti. Accurs. hic, cum corruptum in codicem incidisset, meras nugæ effutiuit in declaratione huius legis. quæ & secutus Bartolus, existimauit hęc probari, pignus, quod sub alterius nomine datum esset repeti per pigneratitiam actionem. Sed nescio an maiora fuerint Pauli Castrensis somnia, qui nescio quid hęc de prætorio pignore intelligit: quod tantum ad rem facit, quantū crepidæ, ut dici solet, clauus trabalis. Itaq; legendum est non antiphonam, quæ ad hanc legē nullius sensus est, sed antichresin, ἀντίχρησις, ut ex etymo uocabuli conijcere licet, pignus est quod ita datur, ut eius usum & fructum pro usuris sibi creditor cōputer: puta, si tibi tradā fundū ea conditione, ut eum pignori habeas, donec tibi centum soluerim: & ut interim fructus colligas pro usuris, quas alioqui tibi præstare debuissim. uerbi gratia: Sex. uidebatur, quoniam id non omnino consuetam pignoris formam seruaret, non competere pigneratitiam actionem: quod Marcellus negat. Et hoc quoq; sensu hæc uox accipienda est in tit. de pignorib. ubi idē Iurifcons. Et si, inquit, ἀντίχρησις facta sit, & in fundum, aut in ædes alias inducatur, eousq; retinet possessionem pignoris loco, donec ei pecunia soluatur &c. ubi etiā de pignore prætorio Accurs. & cæteri intelligunt: qua expositione nil frigidius est. Eius autem sensus hic est: Si promitto tibi fundum Seianum in pignus dare, cuius fructus in usurarum compensationem tu capias, deinde non illum, sed aliū tradiderim, an retineas possessionē &c.

Restituta Græca uox Iurifconsulto, cum antea inutilis esset sensus. CAP. IIII.

IN lege, quæ Tuberonis, de peculio, unius Græcæ uoculæ defectus totum sensum tenebris inuoluit, & maculat. nam cum Iurifcons. dixisset, ut seruus peculū habeat, scientiam domini necessariam esse subiungit: scire autem nō utique singulas res debet ex necessitate, sed παχυμερές ὄρα & in hanc sententiā Pomponius inclinat. Significatio uox illa, pinguius. id alia declaratione non uidetur indigere, cum & ea in hunc sensum Aulus Gellius utatur, lib. XIII. cap. I.

Eudæmonis deprecatio nō satis fideliter uersa: quapropter hic de eius expositione disputatum. CAP. V.

Referenda nunc à nobis est Græca lex, quæ in uulgatis codicibus ita translata, ut sensum qualemqualem exprimat, qui

busdam interpretibus ineptitudinis, aut erroris ansam præstitit. ea est in titulo Digestorum ad legem Rhodiam, de iactu, in hæc uerba: Αἰθίσις Εὐδαιμόνιος Νικημένης πρὸς Ἀντωνίνον βασιλέα. κενε βασιλεῦ Ἀντωνίνε, ναύαρχος τῆν πάντες οἱ τῆν Ἰταλίαν, διηρηπάγημι ὑπὸ τῆν δημοσίως τῆν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκόντων. Ἀντωνίνος μὲν εἶπεν Εὐδαιμόνι. ἐγὼ μὲν τῆν κρημα κενε, δὲ ὁ νόμος τῆν θαλάσσης, τῶ νόμος τῆν Ροδίως κενε ὁ τῶ ναυλικῶ, οἷς μή τις τῆν ἡμετέρων αὐτῶ νόμος ἐπιταξῆται. ἔδοξεν δὲ αὐτῶ τῶ θεότατος Αὐγούστου ἐκεῖνοι. Eudæmonis Nicomediensis ad Antoninum Imperatorem supplicatio. Domine Imperator Antonine, naufragium facientes in Italia, direpti sumus à publicanis, Cycladas insulas habitantibus. Antoninus dixit Eudæmoni: Ego quidem mundi dominus, lex autem maris, qua lege Rhodiorum nautica iudicetur in his, in quibus nulli nostrarum aduersatur. Idem enim & diuus Augustus existimauit. Libuit hanc legem referre, ut duos interpretum nostrorum errores confutarem. & in primis dum Accursius & Bartolus, cæteri q; aiunt ita accipiendam, ut ualeat consuetudo, cui lex non aduersatur: cum nihil hęc de cōsuetudine dicatur: imò τῶ νόμος, inquit, τῆν Ροδίως κενε ὁ. id est, lege Rhodia indice. ἴσμεν enim apud Græcos, si proprie loquamur, legem scriptā magis significat: sicut θεσμός legem non scriptam, & quandam potius consuetudinem refert. Nam & Iurifconsultus ubiq; hanc Rhodiam legem appellat: ut non uideam, cur consuetudinem hęc intelligamus. Sed & dum dicitur, ego quidem mundi dominus, lex autem maris: quidem Gallici Doctores existimabant propter aduersatitiam, maris imperium ad Imperatores non pertinuisse: quod sanè perridiculum est: tamen Baldus & Iason hac ratione existimauerint Venetos Romano imperio subditos non esse. Sensus autem huius legis is est: Nam cum Imperator sit mundi dominus, certè non terra tantum, sed & mare ipsius legibus parere debuerat, & ipse in eis leges statuere: cum tamen in mari, non lege propria iudicet, sed Rhodia, quæ ab eo approbata est. Intellige ergo, dum dicitur, ego mundi dominus: quia orbem terrarum ex lege mea rego. lex autem, intellige Rhodia, maris: quoniam ex ea ius in mari reddit. Huic accedit, quod particula hæc δὲ, id est, autem, non ita aduersatur, ut præcedentiā semper excludat.

Ex Solonis legibus uerba quædam à Caio adducta suo loco restituenda esse, eorumq; interpretatio adiecta. CAP. VI.

Legem, quæ in titulo finium regundorum ultima est, fuisse maxima ex parte à Iurifconsulto Caio Græcè scriptam, nemo ignorat. eam in Digestis ex Bulgari translatione Latinam habemus, licet non sat politam: eiusmodi tamen ut sensum satis conuenienter exprimat, præterquam in fine, dum dicitur, alia autem ligna quinque pedes: nam

Ioan. Igneus in tract. Bald. in rub. de rerum diu. Iason in l. ex hoc iure.



scribendum erat, alias autem arbores duos pedes. Id ex Græcia ipsa Solonis lege constat, cuius Plutarchus quoque meminit. ea in hunc modum in Pandectis extat: *Εάν τις αίμασιαν παρ' άλλοτρίω χωρίω άρύξει τή άρομή διαβαίνεν, εάν τεύξει ποδά άπολείπει, εάν δ' οίκημα δύο πόδας, εάν δ' τάφορ ή βόθρορ άρύξει άσση το βάθος ή, ποσά τή άπολείπει, εάν δέ φρεαρ, άργυών, έλεαν δέ ή συνλω γένεα πόδας άρ' τή άλλοτρίε φυτύειν, τή δέ άλλα δ' άρ' άσση δύο πόδας.* Cur autē hic error inualuerit, non aliud in causa fuisse existimauerim, quā quod in Iustin. Codice, Valentis Imp. legē esse animaduertent, quæ, nescio quid, de quinque pedum præscriptione loquitur, sed ea alium sensum habet, ut ex Iunij Nipsi commentarijs alibi declaraturus sum, nam & mutatos quandoque in sepulchris fines apud Cicero- nem II. de legibus traditur. Sanē & quod uulgō translātū est passum, malim ulnam: άργυών enim id quoque mensuræ significat.

*Ex mala interpretatione l. Lucius. de seruit. rust. præd. quædam Bartoli, ceterorumque distinctiones adductæ, de albo tolluntur.* CAP. VII.

DE seruitutib. rusticorū prædiorum lex est Græcè scripta his uerbis: *Λύκιος τίτιος ταιώ Σείο τή άδελφώ πλείσα χαερή. άδ' άλος τ' έροντος ές άβελύλω τή κα πασ' άδ' άδ' έσαν φ' ιδ' άμ' άπο πα τ' ές με, άδ' άμ' άν ή χαερζομαι σοι άκ' άτ' ές τήν οίκων σα τήν φ' άδ' άμ' άν, ή άπο δ' άν βόλη.* Lucius Titius Caio Seio fratri salutem dicit plurimam. Ex aqua fluente in fontem, quem instruxit in Isthmo pater meus, do, & ob gratiam concedo tibi digitum, in domum tuam in Isthmo, aut quocumque uolueris. quæro an ex hac scriptura, usus quæ etiam ad hæredes C. Seij pertineat. & Paulus respondit, non pertinere. Huius rei rationem ego arbitror: quoniam non tanquam ius, sed in modum simplicis facultatis concessum erat, ut aqua duceretur. Item uerbum *χαερζομαι σοι*, id est, gratificor tibi, personam respicit: & ideo ad hæredes nil transmittitur. Vnde constat in textu qui Latinus circumfertur, legendum non esse, ius aquæ fluētis, ut passim habetur. nam cum Bartolus distinxisset ea ratione, ut cum uerba concessionis referuntur ad factum, concessio sit personalis: cum uerò ad ius, tunc ad hæredes trāseat: & huic opinioni cum ob- staret id responsum, quo dicitur, concedo tibi ius aquæ, & cætera: eò confugit, ut rursus subsecaret, an concessio terminata esset, uel ne. quæ quidem sunt meræ scholasticorum cruces: tantum refert, incidisse uel in depra- uatos, uel malè translatos codices. quapro- pter antiqua translatione abrafa, non dubi- to, quin æquissimus & doctissimus quisque pro nobis sit. Illud non prætereundum, Ac- cursium hic tam ineptè, digitum aquæ, intel- lexisse, ut planè constet, mechanicarū rerum nihil sciuisse: quandoquidem etiamnum uul- gō mensores & hydrometræ nō aliter aquarum mensuras colligant, quàm per digitos, palmos, pedes: quarum rerum rationem in

Iulij Celsi cōmentarijs, quos de arithmetica arte facit, legere memini: sed quoniam toga- tus aliquis uulturius exclamabit, *εδεν π' ές δύο νουα*, hic referre supersedeo.

*L. iura. ff. de legib. cum non sat rectè accipe retur, alio modo declarandam,* CAP. VIII.

Vra constitui oportet (inquit Iuriconsul- tus Pomp.) ut dixit Theophrastus, in his que *άδ' ή π' άλ' έσας* accidunt, nō quæ *εκ π' αλό γα*. Subsequitur deinde Celsus: Nam ad ea po- tius debet aptari ius, quæ frequenter & facili- quàm ad ea quæ perrarò eueniūt: quoniam, ut ait Theophrastus, *ή γαρ άπαξ ή δις π' άβαινεσι οι νομοθέται*. Has leges ita interpretatur recen- tiores Iuriconsulti, ut casus qui rarò accidāt, nō habendos in consideratione existimant: quod nequaquam ipse probauerim. Quare sciēdum est, nomothetas non simpliciter au- tores legum significare, sed ipsos qui princi- paliter leges promulgant: qualis apud Græcos Solon, Draco, Minos, Lycurgus: apud nos Pompeius, qui tulit legem Pompeiam, Iulius legem Iuliam, Cornelius Sylla legem Corneliam, & similes. Ipsi uerò Iuriconsulti Vlpianus, Paulus, Scæuola, non sunt νομοθέ- ται, sed legum interpretes: hi plerumque casus referunt, qui rarissimè eueniunt: quapropter de his in superscriptis responsis minimè in- telligendum est, ut uulgò fieri uidemus. Sed & rarissimos casus non considerari fatēdum est, raros tamen cōsiderari: uerbi gratia, Fœ- mina uel septenos parere potest, istud est ra- rissimum: potest & tergeminos, istud rarum, unum uerò uel duos, frequens. quod igitur statuendum: certè medium illud, tres posse nasci. quamobrem Paulus, Quia, inquit, fie- ri poterat ut tergemini nascerētur, quartam partem superstiti filio assignauerunt, *ή γαρ ά παξ ή δις*, ut ait Theophrastus, *π' άβαινεσι οι νομοθέται*. ideoque & si unum paritura sit &c. hoc enim modo legenda sunt Iuriscōsulti uerba, quæ in uulgatis codicibus tam peruerse cir- cunferūtur, ut nullum sensum accipiant: qui rei insignem errorem addidit Accursius, qui tergeminos interpretatus est sex.

*L. aduersus. de arbit. quorūdam temeritate corruptam circumferri.* CAP. IX.

ADuersus sententiam arbitri fit, si peti- tur ab eo à quo arbiter peti ueruit: qd ergo si à fideiussore eius petatur, an pœna committatur: & putat Iulianus committi, & ita Sabinus scribit: nam *τ' άδ' άμ' άν* à reo peti- tur. ita legenda sunt Iuriconsulti uerba. si- gnificant autē, cum à fideiussore petitur, per- quandam, ut ita dixerim, possibilitatem à reo peti, cum si fideiussor soluat, actionē habeat contra reum. Verba autē Græca non solum in Tuscorū celebri archetypo, sed & in alijs antiquis codicib. ita se habent, ut nemini du- bium esse debeat, quin quisquis ille fuit, qui uulgatam translationem induxit, longè ab- errauerit, imposturamque cæteris fecerit. is

*L. antiqui. ff. de hered.*

*In l. aduersus. ff. de arbit.*

ita transtulit: Nam etenim qui à fideiussore petit, à reo petit. Quid, quæso, cōmune hæc uerba habent cum Græco *τ' άδ' άμ' άν*? Dixerit aliquis, cur Iuriconsultus Latine potius lo- cutus nō est? Sed & hoc plerisque notum, dici istud nō sat eleganter potuisse. nam & uete- res *δ' άμ' άν* dicebant: quoniam, possibile, nō admodum recepta uox erat.

*Sibi ipsi restitutus Vlpianus, cum scripto- rum incuria nullo sensu eius uerba acciperentur.* CAP. X.

*l. de etate. §. quod autem.*

Vlpianus de interrogatorijs actionib. seu, ut antiqui codices habent, de in- terrogationib. in iure faciendis, ita ferè in ca- stigatis uoluminib. ait: Quod autem ait præ- tor, omnino non respondisse, posteriores sic acceperunt, ut omnino nō respōdisse uideat, qui ad interrogatū non respondit, id est, *π' ές έπος*: cuius uocis interpretatio est, ac si dixe- ris, ad uerbū. *π' ές* enim significat ad, *έπος* uer- bum. ut hic risum tenere nequiuierim, cū uidi- ssem Accursiū Græcas uoces tāquam La- tinæ essent, exponentem, pro se pos: cui de- inde quoniam ultima syllaba nihil significa- bat, facile fuit addere, ut diceretur, poscit. Sed quid ego hic Accursium? quasi uel hic unus eius error, aliosque nihilo leuiores fece- rit, uel iustam causam nō habeat, qui eorum uitiorū reus fiat, quæ temporis magis erant quàm hominis. Sanē *επ'* Græco sermone uariè accipitur, sed præsertim pro carmine heroico, cuius inuentionem Pythio Apollini tribuunt: responsa enim dabat carmine, id per excellentiam Epos dictum fuit, quod *επονται τ' άδ' άμ' άν τ' άδ' άμ' άν*, id est, uti re- sponsum erat, res subsequerentur, ut Eusta- thius sub ipsum Iliadis Homericæ principiū tradit. Inde natum adagiū ego crediderim, ut cum res iuxta præscriptum consequen- tur, *π' ές επ'* euenisse dicerentur, quæ uerò *επ'* facere testemur. quo sensu & Lucia- ni in Philopseude uerba accipiēda sunt, *εδ' άς π' ές επ' τ' άδ' άμ' άν*, nihil hæc ad uersum, ut dici solet: nec enim de his interrogabam, *εδ' έ ποδ' ά τ' άτ' άν ήρόμω*. Non melatet **E R A S M V M** **R O T**. modis omnibus incomparabilem ui- rum, adagiū rationem aliunde deducere, ni- mirum ut à scena translātum censeatur, ubi histrio saltatu gestuque carminis genus repræ- sentat: sed uerissimilius uidetur, quod nos prodidimus.

*Vnam uoculam malè in l. iij. de condi. trit. translātam, totum sensum peruertere.* CAP. XI.

*In l. iij. de con- dict. tritic.*

DE conditione triticaria, in Digestis ti- tulus est, in quo tractatur Vlpiani Iurif- consulti hæc uerba in emendatis codicibus referuntur. In hac actione si quæratu res, quæ petita est, cuius temporis æstimationem recipiat, uerius est, quod Seruius ait, cōdem- nationis tempus spectandum: si uerò desie- rit esse in rebus humanis, mortis tempus: sed etiam *επ' άτ' άδ'*, secundū Celsum, erit spe-

ctandum: non enim debet leuissimum uitæ tempus æstimari &c. Significat autem dictio illa *επ' άτ' άδ'*, quasi latius dicas, & in obserua- tionibus iuris angustijs, ne ita tempus mortis spe- ctetur, ut ad leuissimam æstimationem rem redigamus: sed potius, quod bonū equumque est, æstimemus. Inducenda igitur circumscri- bendæue est uox illa, antea, quæ loco Græcæ dictionis supposita fuit, ut uariæ illæ & in cō- stantes Accursij expositiones explodantur: qui dum illud aduerbium tripliciter inter- pretatur, ostendit planè se textum non intel- ligere. Sanē uox ista, *επ' άτ' άδ'*, non hic solum sed in tribus alijs Digestorū locis reponen- da est: & in primis in Labeonis responso de probationibus, cum quæritur memoria faci- ti, non hoc quæritur, num aliquis memine- rit, quo die aut quo Consule factum sit, sed num id aliquo modo probari possit, quando id opus factum sit: & hoc Græci *επ' άτ' άδ'* di- cunt. Iulianus quoque de solutionib. Ratum, inquit, habere dominus debet mox, cum pri- mum certior factus est. Sed hoc, *επ' άτ' άδ'*, & cum quodam spacio temporis accipi debet: in quem sensum & Vlpianus, in titulo rem ratam haberi: Græcè, inquit, hoc ita erit ac- cipiendum, *επ' άτ' άδ'*, & cum quodam spacio temporis.

*Dictionem π' άτ' άδ' π' ές duobus Iurifcon- sulti locis reponendam, nec sine ea sensum satis. quadrare.* CAP. XII.

Hæc uerba edicti, quo prætor legiti- mos ad bonorum possessionem uocat, quem ei esse hæredem oporteret, si intestatus mortuus esset, *π' άτ' άδ' π' ές* non ad mortis testatoris referuntur tempus, ita in emenda- tis codicibus (intelligo autem Florētinorum Pandectas) legitur: quamuis uulgò Græca uox non desideretur, quia nec impressorum uitio spaciū quidem relictum est, in quod possit referri: cum tamē necessaria sit, si eas, quas Accurs. facit, subauditiones uelimus euitare. Id autem denotat *π' άτ' άδ' π' ές*, quod est, cum extensione: unde apud Græcos præ- teriti imperfecti nomen. Et nō hic solum lo- cus, sed & lex III. ex quibus causis in posses- sionem eatur, ubi ex fideliori lectione ita re- ponendum est: Hæc uerba, neque defendere- tur, *π' άτ' άδ' π' ές* scripta sunt, ut neque sufficiat unquam defendisse, si non daret defensio: neque obsit si nunc offeratur. Hac in emenda- tione diutius immorandū nō arbitror, quan- doquidem uix opinor fore, qui his antilogia connectat, ut Plautino uerbo utar.

*Vlpiani emaculata uerba, tit. de iniurijs.* CAP. XIII.

IN lege, iniuriarum. de iniurijs, uox Græ- ca deest, quæ totum sensum obnubilat, ut uix quicquam sani ex eo elicitur. est autem ibi ita legendum: Si quis me prohibeat in ma- ri piscari, uel uerriculū, quod Græci dicunt *αγ' άλω*, ducere, an iniuriarum iudicio pos-

*b l. penult.*

*c l. ratum.*

*d l. quo enim. ff. rem ratā hab.*

*a l. j. ff. unde le.*

*b l. iij. ff. ex qui. cau in pos. ca*



sum conuenire? significat autem *σεγλῶν* rete. Nec huic absimilis est minimus quidem uocularum defectus in l. si quis uxori. de furtis. nisi clarus idcirco sensus deprandi non posset. Si quis, inquit Vlpianus Iuriconsultus, asinum meum in equas suas, *ἄ γονῆς* duntaxat *χάειν* captum admisisset, furti non tenetur, nisi furandi quoque animū habuerit. hoc autem uerba illa referunt, quasi Latine, generationis gratia, dixisses.

*L. ult. de colleg. illicit. & in Latina uoce, & in Græco sensu corruptam circumferri. CAP. XIII.*

**C**Aius quoque Iuricons. in tit. de colleg. illicit. Inter ceteros adducitur, qui in hæc uerba responsum id conscripserit: quod referre operæ precium non arbitraret, nisi tam Latinis uerbis, quam in Græco sensu deprauatū esset. Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt, quos Græci *ἐπαίρους* uocant: his autem potesta-  
 10 tem facit lex pactioem, quam uelint, sibi ferre, dum nequid ex publica lege corrumpant. Sed hæc lex uidetur ex lege Solonis translata esse: nam ibi citata est eadem. *Εὐὸν ὃ δῆμος, ἢ φρά-  
 ζους, ἢ ἰδρῆς δεγίων, ἢ ναύται, ἢ συνασιπιοί, ἢ ὁμοποταλοί, ἢ  
 θιασώται, ἢ ἰδίαι λέαιαν ἰκόμωτοι, ἢ εἰς ἐμπροίαν, ἢ πᾶν τῶ-  
 των διαθῶντη πρὸς ἀλλήλους κύνειον εἶν, ἐὰν μὴ ἀπαγο-  
 ρῶσθαι δημοσία γράμματα.* Si plebs uel uicini, uel sacrificuli, uel nautæ, uel conuiuæ, uel com-  
 20 munita sepulchra habentes, uel in thiasis socij, uel ad prædam simul profecti, uel in negotia-  
 tionem, uel id genus simile, alter cum altero conuenerit, firmū esse, dum publicis sanctio-  
 nibus non cōtradicat. Sanè *ἑωθιασώτας* Athe-  
 næus eisdem cum *δραμισαῖς* esse tradit: hi sunt collegæ, qui thiason, hoc est, tributum, de pu-  
 blico exiḡūt, ut inde donatiua, seu congiaria in plebem, uel in collegia distribuunt: quāuis  
 30 alia quoque uulgaris sit thiasis significatio. Demosthenes & Xenophon thiasotas appellāt  
 multitudinē, rei diuine causa cōeuntem: qua-  
 40 les nostro tempore sunt, quos uocamus uul-  
 gō scholares & disciplinatos. Sed & huius legis mentionē facit Plutarchus in Solonis uita, & Corn. Tacitus Augustæ historiæ libro  
 XIII. Ex his autem manifestus est Accursij error, qui Latinum codicem corruptē legens, meris ambagib. inuoluit illa uerba, nam ibi  
 citata est eadem: quasi uel illicita, uel licita legendum foret: cū nostra sententia dubio pro-  
 50 cul probabilior sit. dicitur autem citata, id est, nominata eadem. indicant autem illa uerba,  
*μὴ ἀπαγορῶσθαι δημοσία γράμματα.*

*Duæ leges restitutæ cū Græcis uerbis, superq; ea re disputatum. CAP. XV.*

**D**Væ sunt in tit. de ædilitio edicto leges, quæ quoniam impressis uoluminibus absq; Græcarū uocum descriptione uulgatæ sunt, non satis perspicue possunt intelligi. eas  
 60 ex Pisano codice placuit his nostris quisquilijs adnectere. Et quantum interest inter uitia, quæ Græci *κακῶθαι*, & quæ *παῖθαι* aut *νόσον* appellant, tantum inter alia uitia, & eum

morbū ex quo quis minus aptus usui sit, differt. Alia lex, hæc est Pauli Iuriconsulti: Mutum morbosum esse, Sabinus ait: morbosum enim esse, si sine uoce apparet. sed qui graui-  
 10 ter loquitur morbosus non est, neq; qui ἀσέ-  
 φως. planè qui ἀσέφως, hic utiq; morbolus est. significat autem ἀσέφως obtuse loquentē: si-  
 cut ἀσέφως idem est ac si sine ulla significatio-  
 ne sermonis diceret: qui quidem sonum emit  
 20 tunt sine ullo intellectu: & ijdem ferè quos Iuriconsultus de suppell. leg. loqui ait *τῆ ἀναρ-  
 θρω φωνῆ*, id est, uoce inarticulata.

*Demosthenis uerba Claudio Saturnino restituta, & hæcenus non intellecta, lex nunc optime declarata. CAP. XVI.*

**C**laudius Saturninus in tit. Digestorum de poenis: Qualitate, inquit, delicta cognoscuntur, cū factum uel atrocius uel le-  
 20 uius est: ut furta manifesta à non manifestis discerni solent, rixæ à grassaturis, expilatio-  
 nes à furtis, à uolentia petulantia. Qua de re maximus apud Græcos orator Demosthe-  
 nes sic ait: *ἔ γοι ἢ πολλὴν πρῆσινον πλὴν δεγλῶ, ἀλλὰ ἢ  
 ἀπμία, ἔδὲ τὸ τὴν πρῆσινον πρὸς ἐλθῶθῆροις ὄσιν δφῶδς, καὶ  
 πρὸ δφῶδς, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ἕβρ. πολλὰ γοι ἀν' ἀποίκοφοι ὁ  
 τὴν πρῆσιν ὁ ἀσφῶδς ἀθλωαῖοι, ὁ δὲ παθῶν οἷα ἔδ' ἀν' ἀπία-  
 γῆλαι δωαῖθ' ἐπὶ φῶ, ἢ ἀπμία, τῶ ἐλέμμω, τῆ φωνῆ,  
 ὅταν ὡς ἕβρῶδς, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπαρῶν, ὅταν κενδύ-  
 30 λωῖς, ὅταν ἢ κῆρῶδς. πᾶντα κινῆ, πᾶντα ἕβρῶδς ἀνθρώ-  
 πος ἀντὶ ἀκῆθῶδς τὸ πρὸς πηλακί(ε)αθ. ἔδ' εἰς ἀν' ὁ ἀσφῶδς  
 ἀθλωαῖοι, πᾶντ' ἀπαγγέλλων δωαῖθ, τὸ δφῶδς, πρῆσιν-  
 σαι ὄς ἀκῆθῶδς, ὅταν ὡς ἢ τ' ἀληθείας ἢ τ' πρῆσιν  
 ὄς τῶ πᾶρῶν, καὶ ὄς ὄρῶσι ἀναρῶδς ἢ ἕβρῶδς φῶντη.*  
 Nō em̄ plaga iram præ se fert, sed cōtemptus: neq; graue est liberis uerberari, tamen gra-  
 40 ue, sed si per contumeliam. multa enim is, qui uerberat, ὁ uiri Athenienses, facit: quorum  
 quædā is qui patit, neq; alteri denunciare po-  
 terit, habitu, aspectu, uoce. percutit quis uti conuiciator, percutit uti inimicus existens,  
 percutit pugnis, percutit in maxillam: hæc mouent, hæc extra seipsos constituunt homi-  
 nes, iniuriam pati non assuetos. nemo enim, uiri Athenienses, denuncians hoc quod ag-  
 grauat, audientibus repræsentare potest, ita uti rei ueritas se habet: cū tamē ipsi perpe-  
 50 so & uidentibus manifesta iniuria apparuerit. Ita totus hic locus emendandus est, & uulga-  
 res ineptiæ explodendæ.

*Quædam uerba nec Latine, nec fideliter tit. de pign. translata: quæ propter à nobis declarata uti debuit. CAP. XVII.*

**S**Cæuola in ultimo ferè responso, de pigno-  
 60 ribus, huiusmodi refert epistolam: *δανφῶ-  
 ῶν τ' πρῶ ὅδ δλωαῖα ποντακῶσια, πρῶτα λέω σε,  
 μὴ βεβαίωσιν ἀλλ' ὑποθήκην παρ' ἐμῆ λαβῆν, οἷδ' ας γοι  
 ἀκείβδς ὅπ' ἢ ταβῶναι, ἢ οἰ δ' ἐλθῶ με δδ' οἰ κατ' ἐχῶντη  
 ἢ σοι, ὡς δὲ ἀμῶνι ἀθρῶπῶ πῶδ' ὄσας.* Cū mutuo  
 acceperim à te denarios quingētos, id rogo,  
 ne aliam à me cautionem petas, sed hypothe-  
 cam accipias: euidenter enim nosti & taber-  
 nam, & seruos meos, ad neminē alium quàm  
 ad te.

*In l. cum taber-  
 nam. ff. de pig.*

ad te pertinere, qui mihi tanquā honesto uiro fidem exhibendam dixisti. Libuit & hanc referre, quoniam in protritit exemplaribus non satis fideliter Græci huius epistolij sensus redditur: ut mittam barbaras uoces inculcatas, cū nec certificationem, nec cōneratum, nec suppositionem eo sensu prisci illi Iuriconsulti agnoscant: ut indolendū sit, quas Græcas uoces illi ornatus causa suis scriptis inferuerant, eō temporum culpa decidisse, ut  
 10 turpissima carcinomata perpolitit alioqui responsis induxerint.

*Legis quoque ult. de decret. ab ord. facien. sensum non recte in uulgatis reddi. CAP. XVIII.*

*l. ff. de decr. ab ord. facien.*

**E**iusdem Iuriconsulti responsum, in tit. de decr. ab ordine facien. ita hæc uerba relatum est: Municipali lege ita cautum erat, *ἐὰν  
 ἡς ἕξω τ' σῶνδ' εἰς δικῶνται, τῆτα σῶνδ' εἰς ἐργῶθαι,  
 ὁ πρὸς πρῶν τῶ σῶνδ' εἰς χιλίας.* Quæsitum est,  
 20 quam penam sustinere debeat, qui ignorans aduersus decretum fecit. respondi, huiusmodi poenas aduersus sciētes paratas. Ita legendum est hoc responsum, & ex quibusdam antiquis codicib. & ex Etrusco uolumine: quāuis in impressis codicibus interpretatio quædam Græcarum dictionū addita sit, quæ longè nugacior est, & multo plura continet, q̄ Græcum illud comma significet: quod uide licet uariæ expositiones, & recentiorum an-  
 30 notatiumculæ, quæ super contexta Iuriconsulti uerba adiuncta fuerant, ex subsidijs in ipsam aciem transiere. Si quis ad uerbum transferre uoluerit, is ita interpretet̄ necesse est. Si quis extra collegium iudicio experiri uoluerit, prohibeat, & soluas drachmas mille. Quæ enim sequuntur, uulgō abdita sunt, & in familiam alienam irrepserit: nec Scæuola eas uoces agnosceret. quantum autem id in iure ciuili referat, qui legem uulgatam uide-  
 40 rit, scio, nihil dubitaturus est, etiam si illi adsit (quod aiunt) cornea fibra.

*Clausulam codicillare ex Pauli responso nō satis bene perceptum: idcirco noua expositio assignata. CAP. XIX.*

*Lex. ca. §. fin.*

**P**Aulus Iuriconsultus in tractatu de testamenti: Ex his, inquit, uerbis, *πῶν τῶ πῶ  
 διαθήκην βέβημαι εἶν κύνειον ἰδίαι πᾶσις ἕβρῶδς,*  
 50 quæ in scriptura paterfamilias addidit, uideri eum uelle uoluisse omni modo ualere ea, quæ reliquit, etiam si intestatus decelsisset. Accursius ita Græcas uoces interpretatur, dubitans tamen, & per coniecturas: Legata quæ reliqui, & fideicommissa dari uolo ab omni hærede meo, etiam ab intestato. quæ interpretatio nihil habet cōmune cum ipsis literis: quare ad uerbū ne dubites ita traduci debuisse: Id testamentū uolo firmum esse per omnem po-  
 60 testatem. quibus uerbis clarum est etiam com-  
 prændi hæredis institutionem: quæ si iure directo sustineri nequibit, in fideicommissum flectetur. nam Accursij expositio solum legata, & fideicommissa, non autē institutiones

cōprændit: quod etiam Baldus notauit: cū tamen uel præcipue in tractatu testamentorū respiciantur institutiones, alioquin ea lex in legatorum sectione referenda fuerat.

*Declarata quoque l. cum enim. de stip. seruo. ante nos non intellecta. CAP. XX.*

*l. cum enim. ff. de stip. seruo.*

**S**I seruus communis Titij & Mæuij ita stipuletur, Titio aut Mæuio dare spondes inutilis est stipulatio: idem si dixerit, Titio decem, aut Mæuio fundum dabis: non idem si Titio aut extraneo stipulatur. & rationem his uerbis prosequitur Vlpianus titulo de stipulatione seruorum: cū enim stipulatur domino aut extraneo seruus, utrunq; constat, & in domini persona stipulatio, & in extranei solutio. at hic *ἢ ἰσῶζοις* corrumpit stipulationem & solutionem. significat illa uox Græca, æqualitatem: qua eadem forma per disiu-  
 20 ctiuam nominati sunt domini, propter quam dubietatem uitari stipulationem. at cū domino & extraneo stipulat, *ἢ ἰσῶζοις*, hoc est, æquitas ista cessat: quoniam extraneo cū stipulari nequerit, habetur solum pro adiecto. Accursius hoc in loco quantum recedat ab orbita, ac toto erret cœlo, qui eum uiderit, nō ambiget.

*Quid sit quod uulgō dicitur, Romam esse communem patriam, quæ item ciues Romani, plurimæ leges hæcenus non intellectæ declarantur. CAP. XXI.*

*l. Rom. ff. ad mō-  
 nicip.*

**M**odestinus Iuriconsultus tit. ad municipales: Roma, inquit communis patria nostra est. Cuius uerba Accursius enarrans, id dictum idcirco existimat, quod quilibet Romæ conueniri possit. Quam sententiam, qui in ius pontificium scholia edidere, ubique probant: nulliusq; ferè est ex Iuris ciuilibus Doctoribus, cui hæc interpretatio non  
 30 applaudat. Ceterum hæc mihi sententia tantum abest ut placeat, ut uerbis Iuriconsulti eam repugnare existimem. Quis enim admittat id consequens esse, propterea quod aliquis conueniri in illa urbe possit, idcirco eam censerī patriam: an quod Statulienis, si à suis iudicibus ad senatum Mediolanensis Ducis prouocat, Mediolani litigare aduersarium cogit, ideo Mediolanensis est? Igitur ut non hanc solum legem, sed & multa alia Iuris ciuilibus responsa explicem, animaduertendum est, nequaquam uulgō cognitam esse historiam, unde hæc omnia declarantur: quam eō libentius referre destinaui, quod plerique etiam eruditi humanioris literaturæ professores, hac in re hallucinati uidentur. Constat hoc in primis, cū Romani uicinas sibi nationes armis domuissent, ueluti qui Latium incolunt, eos non planè pro subditis habitos, sed in societatem admissos, ita  
 60 ut in legione Romana ius militandi haberent, magistratusq; in ea plerunq; gererent: quales sunt decurionatus, tribunatus, præfectura castrorum, & similes: id uocabatur ius Latij ueteris: & hoc ea ratione, quoniam

*l. in l. qui Ro-  
 ma. ff. de uerb. oblig.*

subsequente tēpore Latinis socijs ius quoq; in urbe Romana adipiscendi honores indultum fuit, ferebantq; una cum Romanis tribus suffragia, plerunq; & ipsi magistratus deligebantur: unde non iam ius Latij habere dicebantur, sed ius ciuitatis. fuitq; primò Latinis hæc prærogatiua à Romanis tributa, quòd uidelicet uiciniores erant, & conterranei omnes (Roma enim, ut Plinius autor est, Latij pars est) quòd item eorū fideli opera in prælijs utebantur. Quapropter apud Liuium ferè ubiq; legimus Romanis legionib. additos socios Latini nominis. Propagatis deinde uiribus, cum Italis quoq; dominarentur (intelligo autem Italiam secundum ueteres terminos) & illi peterent, ut ipsi quoq; ciuitate Romana donarentur, & factione optimatum Romani id denegarent, multæ seditiones exortæ sunt: quarum præcipuum incitamentum Fuluius Flaccus fuisse dicitur. hūc Appianus Sophistes tradit, cum consulatum gereret, primū retulisse de admittendis in ciuitatem Italis, deq; iure honorum illis concedendo: quod cum impetrari nō potuisset, irati Itali bellum Romanis, duce Tito Afranio, intulerint: quorum partes cum Etrusci quoq; sequi constituissent, dubitantes Romani ne tantam belli molem sustinere non possent, eos præoccupauerunt. Sic Etrusci priores in urbem adsciti, demum cum aliquandiu cum Italis belligeratum esset, multaq; incommoda ultro citroq; illata, tandem pax secuta est, & Itali quoq; ciues Romani habiti sunt: cuius rei etiam Velleius Paterculus historiae libro primo meminit. Celebratur Ennij spondaicum carmen apud Censorinū, quo traditur Campanos in ciuitatis Rom. iura etiam admissos. Cæterum in ferendis suffragijs nouos hosce ciues Rom. decipiebant: quoniam quinq; & triginta Romanorū tribus priores rogabantur: quæ cum Italicis numero superarent, facile quos libitum fuerat, promouebant: quod à principio clam fuit. Verū cognita fraude, nouæ seditioni ansa præstita est, donec bona fide Romani cum socijs egerūt. Post aliquod deinde tempus, cum Transpadani populi idem ius peterēt, annitente Pompeio Strabone, qui Cnei pater fuit, lex lata est, qua & ipsi iura Latinitatis recentiora consecuti sunt, hoc est, ius petendi magistratus, & eadem quæ Itali antè habuerant: cuius rei autor est Asconius Pedianus. Verū id tum etiā omnibus Insubribus concessum non fuisse arbitror, cum Tranquillus autor sit, Lambri acolas de petenda ciuitate, L. Sylla, & P. Antonio consulibus, agitalse: & Plutarchus tradat Nouocomenses Iulij Cæsaris rogatione ciuitatē adeptos. quod cum ægrè ferret Marcellus, eorum decurionem flagris publicè cædi iussit, cum hac exprobratione, ut meminisset ciuē se Romanū non esse, nec Cæsare ius id indulgendi habuisse. Sed utcūq; sit, & uniuersis etiam Insubribus id iuris tandem indultum esse, ex Corn. Tacito constat. Conqueri-

tur Cicero apud Atticū, quòd M. Antonius Siculis iura ciuitatis Rom. concesserat: tanq; id fieri debere, in cōmentarijs Cæsaris uidisset. Protensa demum hæc concessio est in Narbonensem prouinciā. scribit Tranquillus ex semibarbaris Gallorū quosdam à Iulio Cæs. ciuitate donatos, & in curiam admissos. nam & alibi traditur propositos publicè libellos, ne quis nouo senatori curiam monstraret, quòd uidelicet tot externi in curiam pro senatoribus irruerant. Cæterū quamuis Galli ciuitatem Rom. adepti forent, ius tamen adipiscendi honoris aliquandiu illis detractū fuit, donec à Vitellio & L. Vipsana Coss. Claudius Imperator uniuersæ Galliæ Comatae illud quoq; indulgit, habita super hoc ornatissima oratione, quam x. lib. Corn. Tacitus refert. Fuit & id prolatū ad aliquas Hispaniarū urbes, donec in uniuersum illæ quoq; ciuitatem adeptæ sunt. Apud Strabonem refertur, uidisse eum Nemausi in Gallia, Gallos homines, qui ædilitatem questuramq; in urbe Rom. gesserant, quòd uidelicet ciues Romani effecti forent. Legitur & apud Spartanū, à diuo Seuero Neapolitanis & Palæstinensibus ius ciuitatis sublatū, quòd in armis contra eum fuerant. Paulus Iuriscons. in tit. de censibus Iuris inquit, Italicis sunt *ἡρώας, βηρυτός, δυρράχιον*, hoc est, Troas, & Berytus, & Dyrrhachii. quamuis in codicib. Græcæ uoces ubiq; præterq; in Pandectis Florentinorū, desint. Et Vlpianus eodē titulo: Iuris Italicis est in Syria Phoenice splendidissima Tyriorum colonia, unde mihi origo est, nobilis regionibus, serie seculorum antiquissima: sic enim legendum est. Referunt enim in illo titulo multæ ciuitates, quæ ius habent Italicū, hoc est, quorū incolæ adipisci possunt in urbe Roma magistratus: & sunt immunes, sicut ipsi Romani Italiæ, qui nec uectigalibus multis, nec tributis, capitationibusq; atterebantur. quapropter Drepanus Paccatus (nisi fallor) in quodā panegyrico in Maximum tyrannū inuehitur, qui in Gallias hanc capitationem perduxerat. Cum igitur, ut superius ostendimus, id ius ciuitatis plurimis nationibus & gentibus concessum esset, tandem diuus Antoninus lege lata sanxit, ut qui imperio Rom. subditi forent, ciues Romani essent. Paulus iuris autor in titulo de statu hominū: In orbe Romano qui sunt, ciues Romani ex constitutione diui Antonini effecti sunt. ita enim in Pandectis Etruscis habetur: quamuis uulgò lectū sit, in urbe Romana. Nec quenquā moueat nouitas dictionis: quandoquidem uox hæc frequēs Spartiano Lampridio, Marcellino, & id ætatis autoribus. nam nimis nouū esset, si idcirco quòd quisquam Romæ esset, ciuis Romanus haberet: quod existimauit Accursius, quoniā ita statutū fuerit in grāmaticis & professoribus. Tranquillus in Cæsare: Omnes, inquit, medicinam Romæ professos, & liberalium artium doctores, quo libentius & ipsi urbem incolerent, & cæteri appeterēt, ciuitate donauit.

*l. iur. ff. de cens.*

*l. j. ff. de cens.*

*in l. j. in prin. c. de cad. tol.*

uit. Idem autor est, multas ciuitates sua merita in rempub. allegantes, Latinitate uel ciuitate donatas. Intellige autem per Latinitatem, ius illud Latij ueteris. Plinius libro IIII. naturalis hist. cum de Lusitania loquitur: In ea, inquit, coloniæ sunt quinq;: municipium ciuium Romanorū unum: Latij antiqui, tria, Et lib. IIII. de citeriora Hispania loquēs: Continet, inquit, oppida ciuium Romanorum, XIII. Latinorum ueterum, XVIII. foeneratorum, unum: stipendiaria, CXLIX. & alibi sæpe. Sed & Iosippus libro aduersus Appionē II. Romanorū, inquit, clementia non modicum cunctis appellationis suæ donum concessit, non solum uiris singulis, sed etiam in uniuersum maximis gētibus. Hiberi deniq; antiqui, & Tyrrheni, Sabiniq; Romani appellatur. Idem approbat Strabo, qui omnes Italos hac ratione Romanos dictos scribit. Relatū est apud A. Hirtii, hybernis in Gallia à Cæsare peractis, eum uenisse in Italiam, ut municipia & coloniæ appellaret: quibus M. Antonij quaestoris sui cōmendauerat sacerdotij petitionē. quod idcirco factum est, quia ius suffragiorum habebant, & unā cum pop. Rom. magistratus creabāt. Cæterum id ius ferendi suffragij, ut erat ante occupatam remp. maximum, sic postea modicæ utilitatis fuit: quoniam ut Heren. Mod. scribit, ad curam principis magistratuum creatio cepit pertinere: quapropter & lex Iulia de ambitu in urbe cessauit. Verū alias inde cōmoditates accipiebant, qualis immunitas, & quam Græci *ἀτέλειαν* uocāt. Item quod iure Romanorum proprio, quam rem inferius declaraturi sumus, utebātur. Item quia principes in magistratus nō admittebant, nisi ciues Rom. hoc est, subditos imperio Rom. Quapropter lib. xv. i. scribit Ammianus Marcel. inuectum in Constantinum patrem, filium, quòd Barbaros quosdam, & in orbe Romano non genitos promouisset ad consulatum. Illud tamen non diffiteor, nō idcirco quòd alicui concessa ciuitas esset, habuisse eum protinus ius suffragiorū: nam cum Itali in ciuitatem Rom. recepti sunt, post aliquot annos ius quoque suffragiorum recipere: quod ex Liuij periocha constat: sicut Galli Comati prius ciues effecti, dein annitente Claudio in curiæ etiā iura prorupere. Nam & illud cōcesserim, quàm plurimis nationibus ius ciuitatis datum, honoris solum causa, non quòd immunitatem aliquam haberent. Igitur constitutionē diui Antonini, cuius meminimus, ciuitatem omnibus tribuisse, ita intelligo, ut non tamen ciuium immunitatem concesserit. Solum Itali cum immune fuisse, etiam Iurisconsulti posteriores tradiderunt: nō æque prouincias, quæ annua tributa pendebant. Nec tamen omnino inutilis fuit hæc constitutio: quandoquidem omnibus tribuebat ius in legione Rom. militandi, & in ea honores adipiscendi, quod non ciui Romano uetitum erat. Hinc in palatinis Theodosij officijs legitimus, in legione

*l. j. ff. ad leg. Jul. de ambitu.*

*in l. j. c. de usu cap. transf.*

Rom. militasse Nervios, Dacos, Belgas, Batuos: cum alioquin auxiliares tantum fuissent, non legionarij. Sed & qui ciues Romani essent, flagris subijci ex delicto non poterant. hinc in Actis Apostol. *πεποιθῶν δ' ὁ χιλιάρχος, ἔπειν αὐτῶν, λέγει μοι, εἰ οὐ βρωμαίος εἶ; ὃ δ' ἔφη, ναί. ἀπεκρίθη τε ὁ χιλιάρχος, ἔγωγε πολλὰ κεφαλὰς πλὴν πολιτείας παύτῳ ἐκίνοαμι, ὃ δ' ἰσχυρῶς ἔφη, ἔγωγε ἵκη γένημαι. ὁ δὲ βίως ἐν ἀπίστωσαν ἀπ' αὐτῶν, οἱ μέλλοντες αὐτῶν αἰετὶ ζῆν. ἢ ὁ χιλιάρχος ἵ ἐφοκίθη, ἰδιγνῶς ὅτι βρωμαίος ἔστι, ἢ ὅτι ἰσχυρῶν δεικνῶς.* hoc est, accedens tribunus dixit illi: Dic mihi, num tu Romanus es? at ille dixit, etiam. responditq; tribunus: ego multa summa ciuitatem hanc consecutus sum. & Paulus dixit: at ego etiam natus sum. protinus ergo discesserūt ab eo, qui eum torturi erant. tribunus quoq; timuit, postquā rescituit quòd Romanus esset, & quòd uinxisset eū. Erat & aliud ciuibus Romanis proprium, quòd uidelicet in potestate filios habebant: si modò ciuem Rom. uxorem habuissent: cum alijs enim matrimonium nō erat, quod etiam sequenti capite ostensus sum. Cæterum ut tandem capiti huic finem imponam, potuerunt & ex supra scripta Antonini constitutione, alia oriri cōmoda, quæ nos q; plurimi negocijs occupati, colligere ex autoribus nequaquam potuimus. sed nec indecorum Varro putauit, specilegio perfecto spicā relinquere, sicut nec uindemiatori racemum.

*Quemadmodū intelligendū sit, Francigenas in potestate filios non habere: item num subditi fuerint Romano imperio. CAP. XXII.*

Scribit Iuris autor Caius, in potestate nostra filios esse, quos ex iustis nuptijs procreamus: quod ius proprium ciuium Romanorum est. Id quomodo intelligendum sit, nō omnib. constat: tametsi satis repertu id apud autores facile sit. Nam cū id ius ad ciues Romanos tantum pertineat, sequitur, ut qui iura ciuitatis non habuerit, minimè filios in potestate habeat, sed potius huiusmodi liberi uentrem sequantur. Hoc magni momenti fuerat, priusquā diuus Antoninus statuisset, in orbe Romano qui essent, ciues fore Romanos. Quamuis enim Romani armis domitæ essent nationes, parerentq; prouinciæ, non tamen in eis filij patriæ potestate suberant, nisi si qui parentes ius ciuitatis impetrassent. Hinc quandoq; legimus, ius Quiritium foeminis fuisse impartitum: quod non alia causa fiebat, quàm ut ex eorum connubio nati, in patrum potestate essent, haberentq; Romani ciues. ostendit id in Topica Ciceronis Boethius. quin & ipse Cicero: Si mulier, inquit, quum fuisset nupta cum eo, cum quo connubium non esset, nuncium remisit: quoniam qui nati sunt, patrem non sequuntur, pro liberis manere nihil oportet. Vera igitur sensu Accursius, qui Francigenas non habere filios in potestate tradidit, quòd hi ciuitatis iura nunquam habuerint. Non me latet, quantum nugarum hoc in articulo re-

*Luend. de his qui furt. sui. Instit. de pat. potest. s. fin.*



centiores quidam infarferint : quas omitto, ne chartæ dispendium feram. Historiæ ueritas ita se habet, Gallos omnes Romanis principibus paruissse, & ius ciuitatis adeptos. quin Orosius, Eutropius, Eusebius, siue quisquis ille fuit, qui additamenta τῶν ἑλληνιστῶν scripsit, ostendunt Romam prius ab imperio Romano desciuissse, nimirum à Gothhis captam, q̄ Gallias ipsas. Igitur Franci Scythica prius, mox Germanica natio, Maximiano Diocletianoq̄ Imp̄. Rheno traiecto, in Neruijs & Treueris confederunt, cum id ab ipsis Imp̄. impetrassent, ut in quodam panegyrico (nisi fallor) Mamertinus refert. De quibus intellexisse Ausonium crediderim in Mosella:

Aruac̄q̄ Sauromatū quondā metata colonis. Hi & Salij dicti sunt, ut Ammianus Marc. lib. xvii. scribit. & eorū lex, Salica: unde & Sidonius: Salius pede, falce Gelonus. Accidit deinde ut direpta à Gothhis urbe, legiōes Romanæ, quæ Rheno impositæ arcēdis Barbaris erant, cum ipsis hostibus, qui maxima multitudinē aucti, flumen transire conabantur, conuenerint, ut quas Romani tunc retinebant urbes, eas sibi haberent, reliqua Gallia ipsis accederet: quam obrē propulsatis populariter Gallis, Franci eorū sedes tenuere, ut scribit Procopius: & hinc Francia dicta. Horum rex Theudibertus, cum in Italiam numero cum exercitu uenisset, & Iustiniani duces, Gotthosq̄ simul p̄ligasset, minime propositi tenax retrocessit in Galliam: quod interpretatus est Iustinianus, tanquā metu suorum ducum fugisset: unde se Franciscū appellauit. quo titulo uti nimis superbo indignatus Theudibertus, decreuerat cū exercitu in Thraciam penetrare, & Byzantio bella indicare: sed id uotum fato propera mors eius frustrata est, ut Agathius scripsit. Igit̄ Galli ipsi, item Franci, qui Treuironū, Neruiorumq̄ loca tenuerunt, Imperio Rom. paruere. At alij qui tandem traiecto tota gente Rheno Franciæ nomina dedere Romanorum hostes, suis solum regib. ceruices summisserunt. Risi quandoq̄ Episcopum negantem in Gallia dominatos Romanos, qui si uel Hilarium suum legisset, huiusmodi deliramēta effutire nō fuisset ausus. Sed uerū est, quod cum Romæ essem, faxeo illi Pasquillo affixum deprandī: Tandem maxime Pontifex galerum Pasquillo hoc tribuas tuo roganti. Si sensu sine sum, rude atq̄ marmor, Complures quoq̄ episcopos creati Ipso me mage faxeos uidemus.

Annotati duo errores in decretis Pontificum ab ipsis autoribus commissi, ex Græcæ lingue imperitiâ. CAP. XXIII.

Lbet duos summorum uirorum errores, quorū scripta pro lege recepta sunt, confutare: atq̄ id citra uerborum ambitum, cum ueritas ipsa huiusmodi non egeat adminiculis, nosq̄ quamplurimum à multiloquio abhorreamus. In ueterum patrum decretis, rela-

tum est Alexandri Pontificis huius nominis secundi, quoddam responsum, quo dicitur duorum fratrum uxores ianitrices appellari, quasi eandem ianuam tenentes, uel per eandem ianuam intrantes. quam sententiā, quisquis fuit, Isidorus omnino malus Latinitatis autor, in etymologijs illis suis uisus est sequi. sed dij boni, quā euidenti errore: tantum refert incidisse in corruptos à librarijs codices. Modestini uerba sunt in tit. de grad. affin. ita legenda: Viri frater leuir est, apud Græcos δὲ ἀνδρῶν appellatur, ut est apud Homerū relatū: sic enim Helena ad Hectorē dicit, δὲ ἀνδρῶν ἐμῶν κωῶς. uiri soror glos dicitur, apud Græcos γὰρ λῶς. duorum fratrum uxores ἀνατῶν δὲ dicuntur apud Græcos, quod idem Homerus uno uersu significat, δὲ ἀνδρῶν, ἢ γὰρ λῶν, ἢ ἀνατῶν δὲ ἀνδρῶν. Cum igit̄ magis probi illi patres quā docti, apud Modestinū legissent, duorum fratrum uxores inateres dici Græcam dictionē, quæ in eorum codice Latinis notis scripta fuerat, Latinam existimauerunt, & corruptē scriptam unde non inateres, sed ianitrices legendum crediderunt: quorum error ex carmine illo Homeri deprænditur, ἰλιὰ δ. ω. quod inter legendum à nobis repertum, Iuriconsulto restitimus. Nemo enim unquā audebit profiteri, se apud idoneos autores ianitrices eo significatu offendisse: nisi is planè excors sit, & omniū indoctissimus. Sunt qui has (σωίμφορς uocant. sanè duarum sororū uiri aelij, ἀλλοιοι nuncupantur. Alius est Isidori error xxi. distinct. quo in loco ex eius autoritate refert Gratianus, metropolitanos dici à mensura ciuitatū, quod falsum est, cum μητρόπολις Græcè dicta sit, quasi matrix ciuitas, quamobrem per ἡττα scribitur: cum si uera esset Isidori sententia, μητρόπολις per ἐπιλὸν dicendum foret. Suidas metropoles dici tradidit eas urbes, unde de coloniæ deductæ sunt: quoniam hæ quasi coloniarum matres sunt. meminit & in hunc sensum Thucydides.

L. non facile. ff. de grad.

Quid significet lis & controuersia, item iudiciū: & Isidori error in c. forus de uerb. sig. CAP. XXIII.

Certatum est uarijs opinionibus inter nostros Doctores, quomodo lis & controuersia accipi debeant. & crebrior sententia uidetur esse ut controuersiam de re extra iudiciū acta dicamus: litem uerò tunc dici, cum in iudicio facta est cōtestatio. Sunt qui aliter opinentur, respondeantq̄ cōtrarijs argumentis: ut nihil est in iure, quod altercando non inuoluatur. Ipse proprietatē sermonis ex antiquis scriptoribus accipiendam duco: inter quos Corn. Fronto in opere cui titulum fecit, de nominū uerborumq̄ differentijs: Lis inquit, nascitur: controuersiam pertinacia efficit: & litigant homines, res in controuersiam deducitur, ita controuersia partis est, lis summa. Ex quibus uerbis constat, propriè quoq̄ litem dici anteq̄ cōtestatio fiat: controuersiam uerò potius post iudiciū acceptū, quæ sententia ex Digestis ipsis plerumq̄ probat̄, licet Iu-

l. j. ff. de testib. l. causas. C. de transact.

Extra in rub. de iudic.

Iustinianus & Rom. Pontifices in Decretalib. uocis proprietatem non obseruent. Cæterum & dubitatum est, quomodo intelligatur iudiciū: & aiunt, post litem contestatam solum esse iudiciū. quam sententiā Isidori autoritate confirmant: Qui forus, inquit, est exercendarum litium locus, à fando dictus, siue à Phoroneo rege, qui primus Græcis leges dedit. Constat autem forus causa, lege, & iudicio. Causa, à casu quo uenit, dicitur: est enim materia & origo negocij nondum discussione examine patefacta: quæ dum proponitur, causa est: dum discutitur, iudiciū: dum finitur, iustitia. uocatur autem iudiciū, quasi iurisdictione: iustitia, quasi iuris status. uerba hæc Isidori quā inepta, q̄ falsa sint, nemo arbitrator doctus ignorat. & in primis ubinam gentium reperitur forus masculino genere, hoc in significatu? nemo enim ex antiquis hoc dixit: nec dubito, si Papinianus, aut alij Iuriconsulti ita dici audirent, quin barbaram uocem deridiculo haberent, despuerētq̄. Sed & etymus ipse nihilo melior: fati primā producit, forū corripit. A Phoroneo uerò dictum qui credam? cum Phoroneus Argiui regis nomen, id apud suos Argiuos non obtinuerit, ut de suo nomine forum dicerent: ipsi enim ἀγορὰν, δικαστήριον, πολιτῆριον dicunt, non forū quin φόρῳ apud ueteres Græcos cum tributum significet, tum & alia nihil ad forum facientia. ut non parum mirer Philephū, alioqui uirum eruditissimū, maluisse Isidori ineptias quadam oratione sequi, quā grauissimum autorem M. Varronem, qui lib. i. de lingua Lat. forum dictum à ferendo ait, quod in eum locum litigantes controuersias deferant, sicuti negociatores res quas uendere cupiūt. Sed & quod subsequitur, dum discutitur causa, dici iudiciū, aut aliter intelligendum est, quā uulgò sit, aut non satis rectè opinor dictum: quippe iudiciū etiam dici ante litem contestatam ostendit Iuriconsul. qui ubi ceptum est iudiciū, ibi & finiri debere ait. quæ uerba Bartolus & alij omnes interpretantur, ut sit ceptum à solius citationis transmissione. Igitur existimo Isidorum non ad uocabuli significationem respexisse, sed ad res ipsas, quis enim admittat, causam ubi discussa est, dici iustitiam? id certè non conuenit definitioni: nam & propriè negocium discussum dicitur causa, ut Bartolus & cæteri tradiderunt: cum tamen Isidori uerba non satis id admittant. Arbitror itaq̄ hanc fuisse eius sententiam, ut causa esset uerbū generale, quod comperdat principium negocij, cum proponitur, & cum quis deliberat, & proponit ut litigat: ubi aut̄ ea discutitur, est iudiciū. quod accipiendum est, nō solum cum ipsum factū discutitur, sed etiam tractantur quæ præparatoria dicimus ipsius discussionis. at ubi iudicatum fuerit, dicitur facta iustitia: quia tum ius suum unicuiq̄ est redditum. nam & si iudiciū à iurisdictione dicitur, id constat, ante litis contestationem, iurisdictionem dici cœ-

g. gratiū. de offi. deleg. In l. j. de iurisd. om. iud.

ptam. Illud non omiserim, non minus quā Isidorum falli eos, qui iurisdictionem non à dicendo iure, sed à ditione, hoc est, dominio iuris appellatam perquam ridiculè tradiderunt. & hæc quidem satis.

Quid sit pecunia erania, nō herosa, apud Iuriconsultum tit. de solut. CAP. XXV.

Serbidijs Scauolæ uerba hæc sunt, in tit. de solutionib. Creditor obligatam à debitori pecuniā, ut alia die accepturus distulit: mox pecuniā, quia illa respublica utebatur, quasi herosa iussu prælidis sublata est: respondi, detrimentū creditoris nō esse. Videndum est quid significet uox illa insolens, herosa. & ut mittam Accursij ineptias, cum ad ueteres codices confugissem, deprændi Græcam dictionem corruptam circūferri: non igitur legendum est herosa, sed ἑρανῶ. significat eranos Græcè mercedem, tum etiam collationē pecuniæ, uice cuiusdam tributi indictæ, ἐξ τῆς (σωδρῶν, id est, à contribuendo. autorem huius rei citant quidam Athenæū. Plinius Secundus uocis ipsius mentionem facit, apud quem extat Traiani epistola in hūc modum: Amasenos cōcessum est eranos habere, si tali collatione nō ad turbas, nec ad illicitos cœtus, sed ad sustinendam tenuiorem inopiam utantur. Ex his igitur constat, quid Iuriconsultus intellexerit. Meminit τῆς ἑρανῶς & Iulius Pollux libro octauo, κεφ. λβ.

Restituta Græca dictio, atq̄ declarata in Iuerbum. C. de infam. & consideratum Lucæ uerbum in Euangelio. CAP. XXVI.

Imperatoris Gordiani constitutione cautum est, cum iudex causa non cognita accusatori dicit, ἰονυσφαιτήσας, non idcirco eum notari infamā. dubitarunt aliqui de uocis ipsius significatione: & sciendum est ad hoc trahi ut significet, calumitatus es. Vfus est hac dictione Lucas in Euangelio: μηδὲ οὐα διασέσσητε, μηδὲ ἰονυσφαιτήσσητε, καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀφονοῖς ὑμῶν. neminem cōcutiatis, neq̄ calumniemini, & contenti estote stipendijs uestris. Deducitur id uerbum ab eo quod est ficos mandere. Scribit Festus, apud Athenienses dictos sycophantas, quoniam cum fici essent in precio, multa indicebatur his, qui eas auferrent: at qui aliquem accusaret huius criminis, sycophanta dictus, qui litem de re leuissima ordiretur. hinc ceptum est trahi ad calumniatores, & uitros nihili. Meminit hoc significatu Aristoph. in Pluto, & Terentius, Plautus, cæteri. Quapropter ridicula est Accursij interpretatio, nescio quid ex Aesopi fabula asserentis. Græcè autem legendum ἰονυσφαιτήσας, non autem Latine sycophanta. indicio sunt antiqui codices.

Iuerbum. C. ex qui. cau. infam. irrog.

Quid sit edictum perpetuū: & quædam ad Iulianum Iuriconsultū pertinentia. CAP. XXVII.

Vldeamus quid in iure ciuili sit perpetuum edictum: cuius titulos atq̄ ordi-

**l. i. c. de an. et capit.**  
**l. ij. ff. de sta. ho. l. edita. de eden.**  
 nem se imitari Hermogenes ait: & Imperator, mutari, inquit, & corrigi actionem conuenit, prout edicti perpetui monet autoritas mentio huius est & mille alijs locis. & sciendum est, dicta pratorum annua fuisse, quæ ipsi in albo proponebant: ubi magistratu functi fuissent, alius succedebat, qui noua edicta proponebat. Sic ius uariè dici solitum, quod cum ambitiosis pratoribus malefacienti ansam præstaret, lege à Cornelio lata cautum est, ut pratores ex edictis suis perpetuis ius dicerent, ut scribit Alconius Ciceronis interpres. Cæterum tempore Hadriani principis, Saluius Iulianus Iurisconsultus (patria Mediolanensis, ut ostendit Dion, & Aelius Spartianus, si apud eum emendetur lectio) omnia pratorum edicta in unum collegit, & sub congruis titulis posita interpretatus est. cœperuntq; tum pratores congesta ab Iuliano edicta sequi, non autem ipsi noua proponere. Eutropius: Didius, inquit, Iulianus rempublicam inuasit, uir iure peritissimus, nepos Saluij Iuliani, qui sub Hadriano perpetuum composuit edictum. Tradit Spartianus, Seuerum Imp. in Didij Iuliani inuidiam iussisse, Saluij decreta aboleri: quod nõ obtinuit, edictum uidelicet perpetuum indicans. In eius laudem id epigramma statuaræ quandoq; inscriptum Græcè legi:

*Τὸ πρὸν Ἰουλιανὸν νομικὸς φάσκει, ἔπειθ' ἰδύσατο,  
 Ρώμῃ καὶ βόρῃ, πᾶσι τε θεὸς δ' ὕψι ταύτῃ.*

Iulianum Beroë leges mirata docentem, Romaq; dijs possunt omnia, dixit, agi.

*Quid sit abdicatio, emendata quædam constitutio, declarataq; cum Græcæ uocis additamento. CAP. XXVIII.*

**l. abdicatio. c. de pat. pot.**

**S**ub titulo, qui est in Iustin. Cod. de pat. potestate, huiusmodi constitutio diuulgata est: Abdicatio, quæ Græco more ad alienandos liberos usurpabatur, & ἀπαρχήσις dicebatur, Romanis legibus non comprobatur. Quæ lex in impressis codicibus corrupta circumserebatur, non in Græca tantū uoce, sed etiam in Latina, cum alienandos legeretur, pro eo quod est, alienandos. & ut omittam Odofredi interpretationē, quæ nullius est præcij, sciendum est abdicatiōē hoc modo fieri solitam. Cùm filius patrem iniuria affecisset, aut minus audiens dicto fuisset, eum pater ad iudices uocabat, & probata causa permittebatur abdicatio. Causæ autem ipsæ minime semper eadem erant, sed incertæ, & ferè patris arbitrio. Hinc declamationū frequens materia, genere & familia indignos abdicari lex concesserat. Causas huiusmodi fuisse Lucianus in abdicato tradit: si filius noctu foris cubuisset, si comessaretur, si lenones pulsasset, si libidinibus incumberet. Addit Fabius Quintilianus in declamationibus, eum quoq; qui uoluntati paternæ repugnasset, abdicari potuisse. eum autem qui abdicatus fuerat, pater educare non tenebatur: imò omniū egenum, uestibus spoliatum dimittebat: defuncto pa-

tri in hæreditatem non succedebat. Idem alibi tradit, sine narratione culpæ patribus permisum non esse, ut filios abdicet: nullam autem certam esse abdicatiōis causam. Sed & idem ostendit, eos qui à parentibus abdicatos recipiebant, læsæ reipublicæ reos fieri. Apud Lucianū dubitatur, num pater filium, quem semel abdicauerit, receperitq; deinde in potestatem, possit rursus ex noua causa abdicare. Celebratur à Val. Max. Celetus eques Rom. qui Cæsari iubenti, ut quemdam filiorū abdicaret, respondit: Celerius mihi Cæsar omnes filios eripies, quàm ex his ego unum nota pel lam mea. Abdicari autē ad tempus potuisse, uidetur credidisse Seneca libro Controuersiarum tertio, apud quem quamplurima abdicatorum exempla leguntur. Illud non omiserim, superuacuum fuisse exhæredatiōis causas ab Iustiniano nominatim scribi, si lex abdicatiōis non fuisset arrogata.

*Quid sit edere, ex Labeonis sententia declarati: nec omnino rectè restitutum fuisse eius locū à Politiano in Miscellaneis: atq; quid sint aduersaria. CAP. XXIX.*

*In l. i. §. cū quæ. ff. de eden.*

**I**n lege prima, in Digestis, tit. de edendo. Eum quoq; edere (inquit Ulpianus) Labeo ait, qui aduersarium suum ad alium producit, & demonstrat quid dicturus est, uel id dicēdo quo uti uelit &c. Neminē, puto, latet in Miscellaneis suis Angelū Politianū ostendisse, non aliū, sed album: item, non dicturus, sed dictaturus in Pandectis Florentinis legi. Cæterū nec tamen omnino istud nos probamus: quandoquidem uix est ut aliquem sensum elicias, qui non de uerbis extorqueatur. Noster codex, ut in aliquibus inemendatior est, ita quædam uerba habet, unde scripturæ ueritatem possimus coniectari. Legendum itaq; hoc modo est: Eum quoq; edere Labeo ait, qui aduersaria sua ad album producit, ut demonstrat, quid dictaturus est, uel id dicēdo quo uti uelit. Sciendum enim est, Latine aduersaria dici tabulas rationū tumultuariè confectas: quæ idcirco conscribuntur, ne res memoria excidant. uulgò dicimus notas, uel quinternetos. solent enim mercatores rationes suas chartulis quibusdam summatis inscribere, quas & inducunt & circumscribunt, deinde diligentius æstimato calculo in libros rationum referunt. Igitur eum edere Labeo existimauit, qui ad album prætoris aduersaria producat, & demonstrat rationes illas summatis, & per notas in eis descriptas, quemadmodum in calendarijs seu libris rationum, sit extensurus: etiam si nõ omnem rationem, quæ in aduersarijs annotata est, uelit in calendarium referre, sed aliquam partem tantum. & hoc modo clarissimus est Iurisconsulti sensus. De aduersarijs Cicero in oratione pro Roscio mentionē facit: Usque adeo ne te diligis & magnificè circumspicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex aduersarijs petas: suū Codicem testis loco recitare, arrogantia est suarum præscriptionū & literarum aduer-

saria proferre, nõne amentia est? Quin & idem rursus: Quid est quod negligenter scribamus aduersaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia illa sunt menstrua, illa æternæ: hæc delentur statim, hæc seruantur sanctæ: hæc parui temporis memoriam, illa perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc sunt cōiecta, illa in ordinem confectæ. itaque aduersaria in iudicium protulit nemo codicem protulit. & cætera in hunc sensum, eius uocis meminit etiam Ann. Seneca. Hæc censeo esse, qui Iurisconsultis Græca uoce ἀδυσία dixit in tit. de bonorum possess. secundum tab.

SECUNDI LIBRI FINIS.

**DN. AND. ALCIATI**  
 IURISCONSULTI MEDIOL.  
*Dispunctionum in Iure ciuili, liber tertius. Proœmium.*



**S**ICUT apud Græcos, qui comædi esse nõ poterant, tibia sese exercere solitos ueteres tradunt: ita uereor ne in nos aliquis illud intorqueat: qui de suo ingenio, tanquam ex penore quicquam promere nequeant, aliena commentaria corrigere interpretariq; consueffe. quanto enim melius, si magnā aliquod opus aggressus, decumanum (ut ita dicam) librum confecissem, unde nomini meo gloriam, & inter posteros quoq; famam comparare potuissem. Verum quid huic ueriora ueris obijcanti respondeam? contentem certè reum habebit, dum id sciat, non me iudicio, sed ne cessitate deceptum. nec enim nos latebat, si forte Triphon aliquis emendata Digestorū uolumina edidisset, fore ut nostri labores fordescerent. Id autem facile euenturum non solum præuidere potui, sed etiam sperare debui. & utinam hoc iandiu accidisset, ne bonæ illæ horæ, quas huic negotio impendi, omnino temerè consumptæ uiderentur: grauioribus etenim fortasse studijs eas tribuissem. quamuis necessarium & id opus, publice utile futurum arbitrer, quod multa hinc quoq; declarantur, quæ haud de triuio sumpta quisquam dixerit. Sed & qui sic nos improbauerint, uelim felicioribus auspicijs oneri huic incumbat, in quo nos succubuimus: eaq; prosequantur, quæ nobis assequi minime licuit: tum enim cognoscent despiciatui omnino non habendū hunc librum, qui eruditissimorū uirorum exemplo sit confectus, præsertimq; ueterum Iurisconsultorū, quos me imitari nequaquam pudebit. Quid enim aliud Claudij Saturnini notæ in Scauolam indicant, quàm mihi eadem ratione à nostrorum Doctorū traditionibus recedere litium, eosq; redarguere, dum id iure agere me cre-

dam? Verum & quis iusturandum calumniæ à scriptore expetat? multi enim maximiq; interpretes, uitio librariorū corruptis codicibus. in foedissimos errores prolapsi dicunt: quod nisi ita esset, haudquaquam opus fuit Iustiniani lege prohiberi, ne lus ciuile per notas traderetur. Execratus est eos Hieronymus librariorum, qui quæ de suis scriptis exciperent, exemplaribus conferre negligebant, diligenterq; non emendarent. quod si à tanto uiro in historia est factum, quid nos in iure agamus? ubi tanto cautius agendum est, quanto maiore cum noxa delinquitur. Non me præterit, ineptum & aduersariū fore si quisquam id etiam uelit, ut prorsus in scribendo non erretur: hoc tamen diligenter curandū esset, ut in his tantū quæ modici momenti forent, peccaretur. quoniam cū impressoria hæc ars eiusmodi sit, ut quod malè uno in loco est positum, per omnes exemplarium quoq; traduces inuertatur, late uagatur malum, nimioq; plures decipit. Ipse qui quantū in me fuit, insigniora in iure primū errata corrigere adortus sum, quædam uetera nunc ab alijs non explicata interpolabo, eumq; deinde sensum uerbis afferam, qui conuenire magis uidebitur. quod idcirco libentius à me tertio hoc libro fit, ut uertendo stylo nimirū lassus lector, habeat etiam quo interim quiescat, & fastiditus quo se recreet.

*Quæ sint centesima usuræ, quid calendariū, quid semissales, defensa Hermolai Sociniq; sententia: restituta sibi ipsi lex Septimia, de pollicitationibus. CAP. I.*

*l. centesimis. ff. de uerb. oblig.*

**C**entesimis calendis dari utiliter stipulamur, inquit Paulus: quoniam præsens obligatio est, in diem autem dilata solutio, uidentum est unde hic modus loquendi defluerit: & scire debemus, ueteres solitos fœnerari non in annos, sed in menses: quod ostenditur ex uulgato Pauli responso: Lecta, inquit, in auditorio Aemilij Papin. est cautio huiusmodi: L. Titius scripsi me accepisse à P. Mæuio x v. mutua numerata mihi de domo sua, & hæc x v. proba rectè dari stipulatus est P. Mæuius: sponendi ego L. Titius: conuenitq; inter nos, ut P. Mæuius ex summa supradicta menstruos refundere debeam denarios trecentos &c. Nam & Aeschines in oratione aduersus Ctesiphontem in Demosthenē inuehitur, qui in singulas minas fœnoris nomine menstruas drachmas exigeret. Aristophanes quoq; ἐπιπέλας Strepsiadem senem inducit, qui aliquā sibi optat incantatricem Thessalam, quæ carminibus lunæ exortum differat: sic enim futurum, ut creditoribus suis usuras non reddat, cū argentarij in nouilunia usuras exigant, & ex neomenijs fœnus crescat. νεομηνίας autem nostris calendis non absimiles nemo ignorat. Igitur cum calendis fœnora exigi solitum fuerit, centesimæ usuræ dictæ sunt, ex quibus duodecim pro centenariis recepimus: idcirco sic



nuncupata, quod centesimo quoque mense  
 fortem æquent. Cuius rei argumentum præ-  
 stat Sidon. Apoll. sub finē tertij libri ad Tur-  
 num: qui, Cauta, inquit, foeneratori est cen-  
 tesima, quæ per bilustre perducta tēpus, mo-  
 dum fortis ad duplum adduxit: nam octo an-  
 nis, quæ centum fuerāt, fiunt ducenta. Iustrū  
 enim hic pro quatuor annis accipitur, quod  
 ex Dionysij quoq; Halicar. uerbis conuinci-  
 tur, & Suidæ. Idcirco apud aliquos quinque  
 nium cōprændit: quoniam post quatuor an-  
 nos expletos statim erat iustrum, ut ad prin-  
 cipium quinti anni respiciendum sit, non ad  
 finem. idem enim est iustrū, quod Olympias  
 Ouidio, Martiali, Aufonio, Seruio Gram.  
 Ex superscripta ergo ratione, etiam stipula-  
 tionis concipiēbantur in calendis: quapro-  
 pter Paulus dixit, centesimis calendis dare  
 spondes. Ex hac etiam cōsuetudine deductū  
 puto, ut calendaria libros rationum dicamus:  
 nam ut animaduerti, solet Iurisconsultus ea  
 dictione uti, cum foeneratorū rationes descri-  
 bit. Cæterū centesimis usuris, duodecim in  
 centenariū accipi, sicut semisibus sex, trien-  
 tibus quatuor, Hermolaus ex L. Columelle  
 autoritate docuit, quā sententiā Socinus la-  
 tissimo tractatu defendit, ostenditq; nostros  
 Doctores hac in re *ἐπι διαμέτρει*, quod aiunt er-  
 rasse. eadem sententiā in tit. de pollicationibus  
 comprobatur. Septitia certamen patriæ suæ  
 pollicendo sub hac conditione pollicita est,  
 uti fors apud eam remaneret, & ipsa usuras  
 semisibus ad præmia certantium resoluat, in  
 hac uerba: *φιλοπρωτος κα θιδρω ἀρθηνα πρφατηει-  
 κων ἀρ νευεαδων βιδων τ̄ τ̄ κερφαλαις, αὐτη κα τ̄ χε-  
 σσι ἀργυρειον ὁ ἀσφαλιζομενη π̄ τ̄ ᾱ τοις δεκα π̄ τ̄ ο̄τοις  
 ἀξιο χρεως ἰδι τ̄ τ̄ τέλει τ̄ ἰδ̄ ἔθες τριωδης νευεαδων τ̄  
 κων, ἀρθηνοθετ̄ντ̄ ὅ κα π̄ τ̄ ο̄νη θεζομενης τ̄ ᾱ ἰδ̄ ο̄ς με.  
 ἐπαυθις δε τ̄ τ̄ ἰδ̄ ἔμδ γωνηθησπομυδωας τεκνωων. χωρησθ̄  
 δε ὁ τ̄ ο̄ς ἐς τ̄ ᾱ δ̄ λα τ̄ θυμελικων, κα τ̄ ὡς ἐφ̄ ἐκ̄ ἔς  
 ἀθλήματ̄ ἢ βελη ὀείον.* Ex liberalitate mea qua  
 driennale certamen dedico triginta millium  
 fortis: ut pecunia penes me retenta, idonee  
 apud Decemprimos caueam me soluturam,  
 quæ solent præstari, x x x. millium usuras,  
 designatore & præfecto ipsi certamini ma-  
 rito meo, deincepsq; filiis, qui ex me gignen-  
 tur: cederetq; id foenoris in Thymelicorū præ-  
 mia, sicut unoquoque in certamine Senatus  
 decerneret. Volui Græca ipsa apponere, ut  
 absq; exemplo nos a uulgata lectione neces-  
 sisse nemo calumniatur. Igitur si mulier hæc  
 mauult semisses usuras præstare, quam ip-  
 sam sortem, non ne expressim iudicatur, has  
 non esse quinquaginta in centenarium, sed  
 sex: alioquin mulieris huius insaniam elle-  
 boro purgare opus fuisset. Verum & Her-  
 molai sententiam Budæus in libro de Assē,  
 Demosthenis, Plinijq; autoritate compro-  
 bat. ut minime dubitē, quin ueriores ueris  
 censeat. Idem & alio argumento me annota-  
 se memini, cum antiqua eulogia interpreta-  
 rer. Extat Mediolani Plinij Cæcilij monu-  
 mentū, quo inter cætera inscribitur, eum in

nomib. libertorū suorum collocaſſe centies  
 & decies octies millia nummū, hoc est, ſe-  
 ſtertia C X V I I I. item rursus nummorum  
 ſexagies ſexies centenorum, hoc est, ſeſter-  
 tia ſex, & nummos D C. cuius ſumma in-  
 crementum centum & quinquaginta ſex eſ-  
 ſe ait. Nam ſi per ſemiſſes uſuras incremen-  
 tum cōputetur, ex ſupraſcripta ſumma cen-  
 tum & quinquaginta ſex denarios in meſes  
 lucriferi conſtabit: menſtuas enim uſuras  
 fuiſſe ſuprà diximus, pendiq; eas denariorū  
 quantitate eodem loco Iuriſconſ. oſtendit. At  
 Plinium ſolium ſemiſibus pecunias locare,  
 ipſe eſt autor V I I. lib. ad Caninium. In Papin.  
 quoc; reſponſo, tit. depoſiti, cuius ſuperio-  
 re quodam capite memini, L. Titius promit-  
 tit *χορηγησθαι τ̄ ο̄κτας ἐκ̄ ἑς ἑκ̄ ἑς μιλως ὀβολως  
 π̄ ωαρας*, præſtare uſurā ſingulis meſib. pro  
 unaquaq; mina obolos IIII. cū enim ſex obo-  
 li drachmā conſtituunt, et centum drachmæ  
 minam, ſequitur beſſes uſuras præſtari, hoc  
 eſt, octo in centenarium. atqui ſi Accuſij &  
 aliorum uera eſſet opinio, octoginta pro cen-  
 tenario extorquerentur. Non igitur dubitō  
 nos ueriores dicere, cū Iuſtinianus ſanxe-  
 rit, negociatores beſibus ſcenerari poſſe, &  
 non ultra. ex reſponſo autem hoc Papii colli-  
 gitur hoc eſſe octo in unaquaq; centum. Pau-  
 lo diffuſius hæc explicauī, quoniam adhuc  
 ex recentioribus fuere quidam, qui Accuſij  
 etiam impreſſis tractatibus defenderint: ſed  
 (dij boni) tam inepte, ut nihil peius.

*Declarata lex, lecta. ff. si cert. pet. & quid  
 ſignificet decies ſeſtertium. CAP. II.*

Posteaquam in uſurarum tractatū inci-  
 mus, licet uulgatam illam Pauli legem  
 interpretari titulo de rebus creditis. Lecta,  
 inquit, eſt in auditorio Aemil. Papin. præſ.  
 præſ. cautio huiusmodi. L. Titius ſcripſi me  
 accepſſe à P. Mæuio quindecim mutua nu-  
 merata mihi de domo ſua, & hæc x v. proba-  
 recte dari Calendis futuris ſtipulatus eſt P.  
 Mæuius: ſponſondi ego L. Tit. ſi ea die ſuprà  
 ſcripta ſumma P. Mæuio data, ſoluta nō erit,  
 tunc eo amplius quo poſt ſolam poenæ no-  
 mine in dies x x v. denarios centenos, dena-  
 rios ſingulos dari ſtipulatus eſt P. Mæuius:  
 ſponſondi L. Tit. conuenitq; inter nos. ut P.  
 Mæuio ex ſumma ſuprà ſcripta menſtuos  
 refundere debeam denarios trecentos ei, hæ-  
 redi ue eius & c. Huius quantitatis rationem  
 Paulus Caſtr. dum commentarijs ſuis inire  
 uult, mirum eſt quantum à recto tramite re-  
 cedat: & memini cum tyro eſſem, Paulum  
 Picum præceptorem noſtrum, uirum alio-  
 qui maximi nominis, integræ lectionis tem-  
 pus tranſegiffe, dum calculum hunc ducit:  
 nihiloq; doctiores hac in re ſcholasticos ab  
 eo receſſiſſe, quam aduenerant. Hoc igitur  
 primò ſciendum eſt, ſeſtertios & nummos i-  
 dem fuiſſe, denariumq; quatuor nummos ua-  
 luiſſe, ſeu mauis quatuor ſeſtertios: at mille  
 nūmos, ſeſtertium unum neutri generis æſti-  
 mari,

*l. Publia. §. Lu-  
 cius. ff. de poſſi.*

*l. lecta. ff. si cer-  
 tum petatur.*

mar. Oſtendit id Budæus Pariſienſis, uir cla-  
 riſſimus, in lib. quem de Aſſe & eius partib.  
 ſcripſit: nec in hoc aliqua eſt controuerſia. cæ-  
 terum in eo tota liſ uerſatur, an idem ſit, pro-  
 mitto x v. ſeſtertia, uel, promitto quindecies  
 ſeſtertium. Budæus longē hæc differre exi-  
 ſtimauit: quoniam quindecies ſeſtertium,  
 quindecies centena millia ſeſtertium num-  
 mū ſignificat, hoc eſt, ſeſtertia neutro ge-  
 nere mille & quingenta: oſtenditq; id pluri-  
 bus argumentis. In cuius nos quoc; ſenten-  
 tiam recta contendimus: quoniam conſuetu-  
 dinem hanc loquendi aptiſſimè demonſtrat  
 grauiſſimus autor T. Liuius. Is belli Punici  
 libro quarto, ita ferè ad uerbu ſcripſit: Cū  
 deeſſent nauæ, Conſules ex ſenatuſconſul-  
 to edixerunt, ut qui L. Aemil. & C. Flaminio  
 cenſoribus, millibus æris quinquaginta, ip-  
 ſe, aut pater eius cenſus fuiſſet uſq; ad cētum  
 millia, aut cui poſtea tanta eſſent facta, nauā  
 unum cum ſex meſium ſtipendio daret: qui  
 ſuprà centū millia uſq; ad c c c. millia, treis  
 nauas cum ſtipedio annuo: qui ſuprà c c c.  
 millia uſque ad decies æris, quinque nauas:  
 qui ſuprà decies, ſeptem. ecce enim, quæ ad-  
 modum clare demonſtratur, decies æris ſi-  
 gnificare decies centena millia æris. Igitur  
 in hoc reſponſo, ſiue legamus quindecim  
 mutua, ſiue quindecim millia mutua, idem  
 eſt, quoniam x v. millia nummū intellige-  
 mus: quæ ſumma reddit denarios I I I M.  
 D C C L. Igitur priore pacto actum fuit, ut ſin-  
 gulis x x v. diebus in centenos denarios ſin-  
 guli pro ſcœnore redderentur: quam obrem,  
 ex ſumma ſupraſcripta ſoluedi erant dena-  
 rij x x x v I I. eſtq; admodū graue id ſcœnus,  
 quippe quod centeſimam etiam duabus un-  
 cijs excedat. reformata ergo pactio, ut om-  
 nino c c c. denarij menſtrui ſoluerentur (qua  
 ratione ſors annua die fuiſſet reſtituta) qua-  
 ritur quid de uſuris. Subieceram hoc loco ad  
 ipſum Budæum epiſtolam, quam quia nimiū  
 proluxa, & ad inſtitutum opus parum perti-  
 nens erat, ſummouendam hac editione duxi,  
 & inter epiſtolarū mearū regeſta ſeruandam.

*Quæ fuerit lex Papia, ex autoribus rela-  
 tum: Iſidorij; in canonicis decretis lapſus. CAP. III.*

Quædam, inquit Iſidorus, IIII. diſtinct.  
 leges dicuntur ab his, qui eas condide-  
 runt, ut Conſulares, Tribunitiæ, Iulia, Cor-  
 nelia. nam ſub Octauiano Cæſare ſuffecti  
 conſules Papius & Pompeius legē tulerunt,  
 quæ à nominibus eorum appellatur Papia  
 & Pompeia, continens patrum præmia pro  
 ſuſcipiendis liberis. Quantum hoc loco de-  
 ceptus ſit Iſidorus, ex hoc probatur, quod  
 non duo Conſules legem hanc tulerunt, ſed  
 ab Auguſto lata eſt, appellaturq; lex Papia  
 Poppæa. ea cōtinebat, ut ſi uir & uxor filios  
 non haberent, quod alter aliteri reliquiſſet,  
 decima parte ſiſco adiudicaretur: ſublataq;  
 eſt Honorij & Arcadij Imp. conſtitutione,  
 quæ adhuc ſub titulo de inſirmendis poenis

*diſtinct. iij. c.  
 quædam.*

*l. j. c. de inſir.  
 poenis coelib.*

coelibatus, legitur: ut mirum ſit, eum qui in  
 ius canonicum ſcholia illa compoſuit, eius le-  
 gis ſententiam ignoraffe, quæ uulgatiſſimo  
 in libro repertu ſaciliſſima foret. ad hanc poenā  
 alluſit Iuuen. Saty. I X.  
 Iura parētis habes, ppter me ſcriberis heres,  
 Legatum omne capis.  
 Si enim filios non gignebant, decima parte  
 legati mulctabantur. ut & non parum admi-  
 ratur ſim, quid ſuper illis carminibus aliq; ſen-  
 tiant, quando quidem totus ille poëtæ locus  
 ex hoc capite declarari poteſt, ſi illud addide-  
 rimus, quæ ex lege Papia Poppæa portio le-  
 gatario uel hæredi auferebatur, caducam di-  
 ci: de quo etiam inſrà dicitur. cap. VI. Tacitus  
 lib. hiſt. III. Relatum eſt, inquit, de moderan-  
 da Papia Poppæa, quam ſenior Auguſtus  
 poſt Iulias rogationes, incitantis coelibum  
 poenis, & augendo ærario ſanxerat: nec ideo  
 coniugia & educationes liberorum frequen-  
 tabantur præualida orbitate. Hinc apud Au-  
 ſonium, Iuriſconſulto qui uxorem duxerat,  
 ſed adulteram, dicitur placuiſſe legem Papia:  
 quoniam ea coelibes proſequēbatur. uerū  
 diſplicuiſſe Iuliam, quod eius quodam capi-  
 te, mariti crimine lenocinij plecterentur, qui  
 adulteras uxores in matrimonio retinebant.  
 Eandem hæc Papiam eſſe arbitror, quæ apud  
 Suetonium dicitur de maritandis ordinibus:  
 Hanc, inquit, cū aliquantō ſeuerius, quam  
 cæteras emendaſſet, præ tumultu recuſan-  
 tium ferre non potuit, niſi adempta demū,  
 lenitæue parte poenarum, & uacatione trien-  
 nij data, auctiſq; præmijs. ſic quoq; aboli-  
 tionem eius publico ſpectaculo pertinaciter po-  
 ſtulant equite, accitos Germanici liberōs,  
 receptosq; partim apud ſe, partim in patris  
 gremium oſtentauit, manu uultuq; ſignifi-  
 cans, ne grauentur imitari iuuenis exem-  
 plum. cumq; etiam immaturitate ſponſarum  
 & matrimoniorum crebra mutatione uim le-  
 gis eludi ſentiret, tempus ſponſas habendi  
 coartauit, diuortijs modum impoſuit. Ex ijs  
 colligere poſſumus, latam fuiſſe hanc legem  
 à diuo Auguſto, cū conſules M. Papius  
 Mutilus, & Q. Poppæus Secundus, eſſent,  
 ut Dion lib. LV I. ſcribit: quare etiam ſimpli-  
 citer ab autoribus Iulia appellatur. Iuuen.  
 Nam placet Viridio lex Iulia. Non enim ibi  
 intelligenda eſt ea, quæ in adulteros ſæuit:  
 quod aliq; exiſtimarunt. Eiuſdem legis aliquo  
 capite etiam cauebatur, ne maiores quinquā  
 genarijs uel ſexagenarijs, nuptias contrahe-  
 rent: quod caput à Tiberto legi additū Clau-  
 dius antiquauit, ut idem Tranquil. ſcribit.  
 nos certē Iuſtiniani lege id factum depræ-  
 dimus, titulo de nuptijs.

*De ordine dignitatum quam plurima: & de  
 cipi pluribus capitibus Doctores noſtros in l. prima. ff. de  
 offic. eius cui mand. eſt iuriſdi. CAP. IIII.*

Utm de ordinibus dignitatū tractatur.  
 ſolent noſtri Doctores ita rem explica-  
 re, ut hi quatuor ſint: Alios enim ſuperillu-

*l. ſancimus. c.  
 de nupt.*

*l. j. de offic.  
 eius cui.*

*Soc. in l. iij. §. ff.  
 ff. ad leg. falc. l.  
 Septitia. de pol-  
 licit.*

stres, ut patritij & senatores: alios illustres, ut Consules, praefectus praetorio: alios spectabiles, quales praefectus urbis, praetor, pro consul alij uero sint clarissimi, sicut praesides prouinciaru. Quam sententiam & in ipsa serie, & in exemplis nunquam probaui: nec enim usquam probatur, in dignitatum ordine superillustres esse: nec ea dictio satis Latina est, cumq; praefecti spectabiles sint, ostendit Aufonius ab illustrium dignitate solum superari: is in Mosella ita canit:

Quicq; suas rexere urbes, puruq; tribunal, Sanguine & innocuas illustrauere secures, Praefectarum titulo tenuere secundo.

Quamuis me non lateat, aliter quoque hunc locum accipi posse. quin & Calsiodorus lib. epist. vi. dignissimos esse illustres tradit, tum spectabiles: Spectabilitas, inquit, clara, & consistorio nostro dignissima inter illustres ingreditur, inter proceres aduocatur, & rursus: Quando, inquit, hic uicinus est honor illustribus, dum alter medius non habetur, delectet te illos imitari, quos proximitate continet. hinc est ut apud eum toto in opere nulla fiat superillustrium mentio: nec quicquam in Iustin. authenticis necessario in hanc rem probatur: ut non immerito aliqui etiam ex nostris a communi sententia discesserint. Sed & quod illi tradunt, ultimum dignitatis gradum esse clarissimos, oppido quam falluntur: post illos enim subsequuntur perfectissimi. Quam ob rem Iustinianus cum lib. Cod. xii. de clarissimis dixisset, subdit tractatu de perfectissimatus dignitate, ubi Imp. Constantinus. Co dicillis, inquit, perfectissimatis fruuntur qui impetrauerunt, si abhorreant de conditione seruili, aut fisco, uel uerbis obnoxij non sint, uel si pistores non fuerint, uel non in aliquo negotio constitierint, nec sibi honore uenali suffragio emerint, nec rem alicuius administrauerint &c. ut non parum mirer, quonam modo maioru nostroru diligentiam constitutio haec fefellerit. Caeterum & quod illi singulos magistratus sub aliquo harum dignitatum certo gradu collocant, in eo quoque falli demonstrabo: cum his dignitatum nominibus illustres uiros ad ipsa munera assumi appareat, non autem a muneribus seu officijs ipsis dignitatem accipi. Ammianus Marcellin. qui res sub Constantio gestas descripsit, lib. xxi. de eo principe loquens: Nec sub eo, inquit, dux quisquam cum clarissimatu profectus est: erant enim, ut nos quoque meminimus, perfectissimi. Ostendit idem & Calsiodorus lib. vii. dum duabus pistolis formam uerborum tradit, quibus ha dignitates a principibus. solent conferri: ex eo enim noscere possumus, officiorum accessiones has non fuisse. Extat Ticini in fronte templi Ioannis in Burgo antiquum marmor, Graecis inscriptum notis, alicuius, ut arbitror, eorum Graecorum, qui missu Zenonis Imp. cum Theodorico Gothoru rege in Italiam uenerunt: in eo traditur perijisse eum sub con-

sulatu πρὸς τὴν λαμπρότητα. unde colligit, eum, tametsi consul esset, solummodo clarissimum fuisse. Solent autem Graeci nostra dialecto priores gradus pronuntiare ἰμμεσεῖοι καὶ ὀπωπεταβίλοι: ne quis admiretur si Graece apud Zonarum Procopium, idq; aetatis leuiores autores, ita scriptum reperiatur. Legi & apud Agennium geometricum autorem, cuiusdam Imperatoriae constitutionis uerba, qua geometras spectabiles esse decernitur, & antequam profiteantur, dici clarissimos. Perfectissimorum mentionem aliquoties & in eulogijs, & in autoribus deprandi: & cum nostri Doctores profiteantur, praesides prouinciarum esse clarissimos, eorum sententiam ueteru auctoritati discordem hinc cognosco: In Hispania Tarracone haec inscriptio in marmore legitur: Πρῆς. fortiss. feliciss. D. N. Constantino Maximo uictori semper Augusto, Baldus Macrinus v. p. p. p. His. Tar. &c. quas notas sic interpreteris: Macrinus uir perfectissimus, praes praouinciae Hispaniae Tarraconensis. Caesariae quoque Carnoru alia est inscriptio in hunc modum, D. N. Fl. Constantino clementissimo, atq; uictori Augusto Martiniano v. p. praes praouinciae Norici. Indubitatum enim apud nos est, illas notas, v. p. uirum perfectissimum significare. Inter uulgata Panegyrica extat oratio Eumenij Gallicani rhetoris, quam pro restaurandis scholis coram praeside Galliae habuit: eum ipse rhetor copluries inter orandum, uirum perfectissimum appellat: qui titulus quandoque praescriptis tantum notis, quandoque extensis scriptus est, ut nemini id dubium esse debeat. Mediolani quoque in diui Ambrosij cenobio, marmori inditum eulogium quoddam ita legitur: Atilius Crescens v. p. ex tabulario palatii, quae uerba non aliter interpretanda crediderim, q; ut uirum perfectissimum significent: sicut haec notula v. c. uirum clarissimum demonstrant. Ambrosius lib. epist. vii. Antiochus, inquit, v. c. hoc est, uir clarissimus. Et Romae in foro Traiani sub statua Claudiani poetae ita legebatur: Cl. Claudiani v. c. Tribuno & notario, ut male sentiant aliqui, qui uel quintae cohortis, uel uirum consularum interpretantur: abolita enim ea aetate erat consuetudo, qua quis consularis diceretur, reciderantq; dignitates in semibarbaras haec appellationes. Rursus Tarracone & id legitur eulogium: M. Aurelius Valentinianus v. c. praes praouinc. Hisp. citer. leg. Augg. &c. nam & Apuleius in Apologia, quam orationem habuit coram Claudio Maximo proconsule, eum appellat uirum clarissimum. Inde q; ostenditur, non semper spectabiles fuisse proconsules, sed aliquos quoque clarissimos. Eodem titulo Maruortiu Lollianum consulem ornat Iulius Maternus in proemio operis: cum, si uera nostri sentirent, illustris fuisset appellandus. Verum & idem in lure ciuili probari nemo sanus ambegerit, Aiunt ipsi praefectum urbis fuisse spectabilem

In auth. ut ab illust.

L. j. C. de perf. dig. lib. xij.

D. And. Alciati

D. And. Alciati

l. quicquid. C. de aduoc. di. uer. ind.

l. j. de ex falso. instrumen.

l. ij. C. de ijs qui uen. et a. impet. l. ij. C. de senten. pas.

l. feminae. §. de senato.

In auth. ut ab illust.

l. fin. de senat.

l. j. de senat.

stabilem: atqui Theod. & Val. quadam constitutione illustrem appellat urbariam praefecturam. at Ambrosius in epist. ad Valent. Cum, inquit, uir clarissimus praefectus urbis Symmachus. Aiunt rursus proconsules esse spectabiles: attamen quandoque legi esse clarissimos. Seuerus: Si tabulas, inquit testamenti uir clarissimus proconsul est fecutus &c. Quinetiam senatores ipsos solum clarissimos appellat Constantinus: Clarissimi uiri senatores in hac regia urbe &c. Sed & alibi dicitur. Cum salutatus esset Imp. Antoninus a Daciano Auentio, & Opellio Macrino praefectis praetorio clarissimis uiris &c. Quid igitur censendum: Et illud scire debemus, tres ciuium ordines olim fuisse, senatorum, equitum, plebis. Qui senatores erant, hi & clarissimi existimabantur: cuius rei fidem faciunt non solum quaedam supra a nobis relata argumenta, sed & Vlpiani auctoritas: qui cum tradidisset, foeminas nuptas mariti dignitate censi, subiicit, nuptam senatori, esse clarissimam. Plinius quoque lib. vii. nat. hist. Vestilia, inquit, C. Herdicij, ac postea Pomponij atq; Orfitij, clarissimorum uirorum coniunx: cum Senatores intelligat. Sed omnino apertius Aelii Lampridius in Alexandri Seueri uita, praefectis praetorio suis senatoriam addidit dignitatem, ut uiri clarissimi & essent, & dicerentur: quod antea uel raro fuerat, uel omnino non fuerat, eousq; ut si quis Imperatorum successorem praefecto praetorio dare uellet, laticlauiam (uestis est senatoria) eidem per libertum summitteret. Alexander autem idcirco Senatores uoluit esse praefectos praetorio, ne quis non senator, de Romano Senatore iudicaret. haec ille. Hos inter clarissimos aliquis erat gradus: siquidem Isidorus etymolog. lib. i. x. cap. iiii. Primi ordines, inquit, Senatorum, dicuntur illustres: secundi spectabiles, tertij clarissimi: inferius quartum aliquod genus non est. Quamuis autem senatoria quisque origine esset, usq; ad legitimos annos eques Romanus erat, deinde accipiebat honorem Senatoriae dignitatis. Iustinianus quoque cum lege ueteri constitutum esset, ut clarissimi per procuratorem litigarent, de his clarissimis solum intelligendum sanxit, qui ijdem & illustres essent: & horum descendentes ipsi quoque senatoriam dignitatem habebant. & ideo Vlpianus: Senatores, inquit, accipiendum est eos qui a patritijs & consularibus, usque ad omnes illustres uiros descendunt: nam si aliquis equestris uel plebei ordinis, beneficio principis in senatum allectus fuisset, ius senatorium ad haeredes non transferebat, nisi insignibus illis fuisset ornatus. Hinc apud Cornelium Tacitum consularia, quaestoria, praetoria, censoria insignia, hinc apud Vlpianum uir praefectorius, speciosus, sed, quod idem est, spectabilis, media uox erat, quae & illustres comprandebat. Itemq; solum clarissimos, Plinius epistolaru libro quinto, & spectatissimos appellasse ui-

detur: Adhibui in consilium duos, quos ciuitas nostra spectatissimos habuit, Caerelium & Frontinum &c. Quapropter Vlpianus Speciosas, inquit, personas accipere debemus clarissimas personas utriusque sexus: item eorum qui ornamentis senatorijs utuntur, quod perinde est ac si illustres dixisset. Consularia enim, quaestoria, praetoria, praefectoria insignia, senatoru ornamenta sunt. Apud posteriores Caesares uidentur illustres esse consules, praefecti praetorio, magister militum, praefectus urbis, quaestor Caesaris: quod hi ipsi principi assidebant, maioresq; magistratus erant, qua ratione & comites sacrarum largitionum, item rerum priuatarum, item sacri palatii, eadem dignitate censebantur. Qui uero a senatu sortito deligebantur, ut proconsules, hi spectabiles erant: sicut & qui alio titulo ex senatu ad prouincias, uel militiam regendam a principe destinabantur, ut duces, ut comites consistoriani, ut comites sacri patrimonij, ut comes Orientis, ut uicarius praefecti praetorio Orientis aut Africae: quicq; illi honore aequati sunt, ut magistri sacrorum libellorum, ut proximi memoria, ut archiatry, ut comites, qui prouincias regunt, ut pro-fessores, qui uigesimum stipendium promeruerint. Caeterum praetor quoque, item praefectus uigilum, & ipsi spectabiles erant. Non enim sacri consistorij pars iure magistratus sui erant, sed & primicerij domesticorum eodem pertinent, neq; non silentarij: qui uero his officijs functi iam essent, simpliciter clarissimi dicebantur. quo fit, ut quandoque consularum, id est, clarissimatus dignitatem lex appellet: senatoria enim dignitas illis remanebat, nec tempore finiebatur. Et haec quidem, quod ad clarissimos attinet, sufficient. Equestris dignitas clarissimorum gradum consequitur, olim maxima in auctoritate, quod ex equitibus centumuiralis ordo constabat, ad quos pleraque iudicia pertinebant. Praefectus quoque Augustalis Alexandriae eques erat, spectabilis dignitate insignis: illustribus enim negatum Aegyptum accedere. Tacitus lib. ii. Augustus, inquit, inter alia dominationis arcana uetitis nisi permissu ingredi senatoribus, aut equitibus Romanis illustribus, seposuit Aegyptum. Caeterum & procuratores Caesaris eiusdem ordinis erant. Idem Tacitus lib. xii. Eodem anno audita uox principis est. parem uim rerum habendam a procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset. nam & Augustus apud equestres, qui Aegypto praesiderent, lege agi, decretaque eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituisent: mox alias in prouincias & pleraque in urbe concessa sunt, quae olim a praetoribus noscebantur: Claudius omne ius tradidit, de quo toties seditione, aut armis certatum, liberosq; quos rei familiaris praefecerat, sibi & legibus adaequauit. Qui nec ex senatu, nec ex equestri ordine ad dignitates assumebantur, perfectissimi uidentur ap-

l. speciosas. de uerb. sign.

l. j. C. de dom. l. j. C. de praep. lib. xij.

l. j. C. de eq. dignit.



*l. j. C. de his, qui uen. et.*

pellati: quod supradicta Iustiniani constitutio, Ammianicq; Marcellini locus ostendunt, quibus ab equestribus, & à clarissimis distinguuntur perfectissimos apparet. Constantinus in Cod. Theodos. Senatores, inquit, apud grauitatis tuæ officium de suis moribus perdoceant: perfectissimi apud uicariam præfecturam: equites Romani & cæteri, apud præfectum uigilum: nauicularij apud præfectum annonæ.

*Qui fuerint defensores ciuitatum, qui item duumuiros in municipijs, & interpretum nostrorum magna incuria. CAP. V.*

**D**uo sunt in Iustiniani codice tituli, quorum alter de defensoribus ciuitatum inscribitur, alter de magistratibus municipalibus. Qua de causa Azo uir ille celebris, & Odofredus, tum alij existimauerunt, defensores eos dici, qui in ciuitatibus sunt: municipales uero magistratus, in uillis seu castris: municipium enim castrum significare. Sed quæ amentia hæc? unde hæc sibi somnia isti confinxerunt? nemini enim ita alphabetario præceptorum ignotum esse arbitror, municipes primò dictos ciues Romanos, qui in urbibus suo iure, suis legibus utentes, muneris tantum honorarij cum Romanis erant participes deinde obseruatum est, ut unusquisque suæ ciuitatis municipes diceretur. Hinc Plinius in epistol. & Comum & Mediolanum municipa appellat. Ostendit idem Vlpianus, Paulusq; & Festus Pompeius, qui tres municipum species refert. Magistratus itaq; municipales dicuntur ipsi ciuitatum decuriones: at defensores ciuitatum, non ex decurionibus, sed ex alijs deligebantur tres numero, qui hoc agerent, ne tenuiores & infirmi à nobilibus læderentur: quod ex ipsis constitutionibus satis constat: ut admirer quonam modo duo legum (ut ita dixerim) ἀνευφάτοι, aduersus ea docere ausi sint, quæ expressim Iurisconsulti ipsi declarant. Ipse quippe Vlpianus, ciues ipsos municipales esse dixit in ciuitate: & eorum magistratus à defensoribus differre, ipsæ constitutiones declarant. Cæterum in eo contigit dubitari, duumuiros magistratus quisnam esset: & in urbe Roma criminalia tractasse, T. Liuius libro primo autor est: & de eis etiam multa legere meminimus apud eum, qui titulo Fenestellæ de Rom. magistratibus circumfertur. Sed operæ precium est inquirere, quales nam fuerint in alijs urbibus. Iurisconsultus Vlpianus de his intelligens: Omnibus, inquit, magistratibus, non tamen duumuiris, permissum est iurisdictionem suam pœnali iudicio defendere. Angelus maximos fuisse magistratus istos existimat: alij aliter intelligunt. Cōmuni sententia uideatur approbari eosdem esse duumuiros & magistratus municipales. Dixerit aliquis, quid hoc refert ad Ius ciuile? Cui nos, ut inde cognoscamus, an ius multam indicendi spectet ad magistratum municipalem.

*l. ij. & iij. C. de defen. ciui.*

*l. j. ff. si quis ius dicen.*

Igitur ipse arbitror, duumuiros ex ipsis decurionibus duos fuisse: quod ostendit Paulus titulo de albo scribendo: In albo, inquit lex, præponi debet, qui maximo honore in municipio functus est, ut qui duumuiratum gessit. Item alibi: Is qui non sit decurio, duumuiratu uel alijs honoribus fungi non potest. Item rursus alio loco: In duumuiros, & in rem publicam etiam post annum actio datur, ex contractu magistratum municipalium. Iterum in tractatu de damno infecto: Duas res magistratibus municipalibus prætor iniunxit, actionem, & possessionem: cætera iurisdictioni suæ reseruauit. Si forte daretur non caueri, ut possidere liceat, non duumuiros, sed prætores permissuros. Duumuirum fascibus uti, Imperatorum constitutionibus cautum est, sub titulo de decurionibus, quod arguit fuisse decurionem. Eosdem carceribus municipalium præfuisse, Iurisconsulti tradunt: sed & eos locrare publica solitos, Vlpianus scribit. Meminit horum Cæsar in commentarie belli ciuilibus primo: Duumuiris municipalium omnium imperat, ut naues conquirant. Mentio est & apud Cæcilium libro epistolarum quarto: Gymnicus agon apud Viennenses celebrabatur, hunc Trebonius Rufinus in duumuiratu tollendum curauit. Spartianus in Hadriano: Per Latina, inquit, oppida dictator & ædilis, & duumuir fuit: apud eos emancipari neminem Iure ciuili posse, constitutiones indicant. Igitur duumuiros in ordine decurionum duos fuisse, ex suprascriptis constat, qui carcerum curam habebant, qui publica locabant, qui reipublicæ negocia gerebant, qui fascibus utebantur: cæterum qui ius multandi non habebant, sicuti nec defensores ciuitatum, quiq; auctoritatem emancipationibus interponere non poterant. Vnde constat male argumentari Doctores nostros, qui magistratum municipale existimant non licere multam indicare, & consequenter, neq; delegato: item coram eis non posse emancipari: quasi aliquid non permittatur toti ordini, quod tamen duobus eorum abnegetur: ut idcirco non dubitem, quin ordo decurionum, & quilibet cui mandata sit iurisdictione, suam iurisdictionem pœnali iudicio tueri possit. Quam quæstionem aliquando latiore tractatu commentarijs nostris explicauimus.

*Quid sit uicesima, uectigalq; illud, declarate due constitutiones Iustiniani.*

CAPVT VI.

**I**ustiniani constitutione quadam traditur, Iudicium quoddam fuisse à diuo Hadriano inductum, sub occasione uicesimæ partis hereditatis: uideamus quidnam id sit. Et sciendum est, cum propter multitudinē exercituum, quos Augustus Cæsar alebat, propterq; maximam impendia, quibus fiscus grauabatur, maximis egeret pecunijs, instituit legibus latas quædam uectigalia: & ut se excusaret, professus est,

*l. j. de alb. scri. l. honores. ff. de decur.*

*l. in honorarijs. de acti. & obli. ga. l. iij. §. dua.*

*l. duumuiru. c. de decurio. lib. xij. l. si quis uxori. §. si fugit. ff. de furt.*

*l. j. C. de emancip. lib. l. defensores. j. C. de defen. ci.*

*Arg. l. ij. C. de sport.*

*In l. imperium. ff. de iurisd. om. iudic.*

*l. si. C. de edic. diui Hadr. tol.*

fectus est, diui Iulij cōmentarijs se edoctum, ut ea institueret. Igitur legem Papiam tulit, quæ multa capita continebat. Primum est, ut si quis extraneus hæres institutus fuisset, is priusquam hereditatem adiret, uicesimam partem fisco impendere teneretur. qua lege filij & proximiores hæredes non tenebantur. huius rei autor est Dion. Aliud caput erat, ut si hæres institutus uiuente testatore, uel ante aditam hereditatem decessisset, fisco bona addicerentur: & hoc ab Iustiniano sublatum, titulo de caducis tollendis, nemo ignorat. Tertium caput fuit, ut quod uir uxori, uel uxor uiro legasset, decima parte fisco attribueretur, si filios non haberent: & huic capiti Constantini constitutione derogatum supra ostendimus. Primum caput Nerua emendauit, sed non omnino ut dignum erat. Traianus eo solùm teneri statuit alia familia genitos hæredes: quod decretum Cæcilium in panegyrico plurimis uerbis collaudat. Cæterum Gratianus Imperator in totum uicesimam ipsam sustulit: quod in gratiarum actione Ausonius affirmat. Hinc est quod Iustinianus ait, uicesimam hereditatis de Republica recessisse. Scribit Pomponius de origine iuris, primùm Aulum Offiliū de legibus uicesimæ scripsisse. Addit Capitolinus, Marcum Antonium philosophum de uicesima hereditatum leges tulisse. Additum fuit illi legi aliud caput à Tiberio Cæfare, quod Claudius antiquauit, ut est apud Tranquillum. Ex his autem non dubito, quin Accursij error intelligatur, qui cadauca bona in bellis ciuilibus idcirco attributa fisco tradit, quia homines occidebantur: cum tamē supra ex Dione, propter impendia bellorum latam legem illam ostenderim.

*Reuocata sub incudem interpretatio l. cretionum. C. de iur. delib. CAP. VII.*

*l. cretionum. C. de iur. delib.*

**C**retionum scrupulosam solennitatem hac lege (inquit Theodos. & Valent. Cæls.) amputandam decernimus. Dubitauit quandoq; quid dictio tam insolens significaret: tandemq; illud placuit, ut intelligamus derogari solennitatibus, quæ in hereditatum aditione seruabantur. Creui, inquit Festus, significat hereditatem adij, à uerbo crescere, & cernere. Cicero ad Atticum libro epistolarum undecimo: Literas tuas accepi pridie Nonas Feb. eoq; ipso die ex testamento creui hereditatem. Sed & idem rursus: Galeonis hereditate creui: duco enim cretionem fuisse simplicem, quoniam ad me missa est. Idem ad Dolabellam: A te peto, ut me hanc, quasi falsam hereditatem alienæ gloriæ, sinas cernere. Igitur arbor, non aliud esse cretionem, quam aditionem. Cum ergo obseruarentur in adeunda hereditate solennitates quædam, eas Imperatores hac constitutione sustulerunt. Cæterum quænam solennitas hæc esset, haud facile dictum est: nisi ex lege Papia introducta fuerit, cuius supra me-

minimus: mortuo enim testatore statim hære reditas adiri non poterat: quare dies non nisi ab apertura tabularum cedebat, quod per Iustinianum emendatum fuit. Sed & hac in re Isidorus pro malo autore ipse non duxerim hic etymologiarum libro quinto, capite uigesimo quarto, totam hanc rem sic explicat: Cretio est certus dierum numerus, in quo institutus hæres aut adit hereditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, nec liberum illi est tempus ultra capiendæ hereditatis. Appellata est à decernendo, id est, constitutendo, quod hæres debeat decernere: ut puta cum sic scribitur, ille hæres mihi esto, additurq; intra dies tot. Adeundarum autem hereditatum statutus erat certus dies, & ultra cretio non erat &c. Igitur secundum supradicta accipi debet. Et Plinius Cæcilium epistola ad Traianum: Iulius Largus rogauit me testamento, ut hereditatem adirem cerneremq;. In Codice Theodosiano uidetur cretio solennitas esse, quæ in hereditatibus intestatorum locum sibi habeat, ne legi Papie fraus fieri possit.

*l. j. C. de cadu. tollend.*

*Novo intellectu declarata l. generaliter. §. fin. ff. de decurionibus: disputatumq; quid sit iudaica superstitio: & de uictoria aduersus Marcomannos, Christianorum precibus impetrata.*

CAP. VIII.

**E**os qui Iudaicam superstitionem sequuntur, diui Seuerus & Antoninus honores adipisci permiserunt: sed & necessitatem his imposuerunt, qua superstitionem eorum non læderent. Verba hæc Vlpiani sunt, titulo de decurionibus: quæ quantum Accursium, Bartolum & cæteros torserint, illud argumento est, quod cum alibi legissent, Iudæos omnibus honoribus arceri, hoc autem responso uideatur concedi: in eam sententiam deueniunt, ut responsum istud sit correctum. quo nihil putidius ferè potuit dici. Quapropter ut nos ueritatem ipsam omnibus notam faciamus, illud scire conuenit, Vlpianum ipsum à Christiana religione fuisse discordem, ethnicorumq; deos coluisse: floruit enim Alexandri Imperatoris temporibus. Aelius Lampridius: Alexander, inquit, Paulum & Vlpianum magno in honore habuit: quos præfectos ab Helio gabalo alij dicunt factos, alij ab ipso. nam & consiliarius Alexandri & magister scrinij fuisse perhibetur Vlpianus: qui tamen ambo assessores Papiniani fuerunt. Idem etiam autor est, neminem solùm admittere Alexandrum consueuisse, præter præfectum suum, & Vlpianum, & assessores suos: quos propter summam iustitiam singulariter diligebat. Igitur tempore quo Vlpianus uiuebat, nondum recepta erat CHRISTI fides. Primus enim Imperator Christianus fuit Philippus, longè Alexandro posterior. Cum itaque à CHRISTI traditionibus alie-

*l. generaliter. §. ff. de decurio.*

nus esset Vlpianus, non mirū est, si nostram fidem, superstitionem Iudaicam appellauit, quoniam enim primū in Iudæa Christiani fuerant, nomine hoc fuerunt dicti. Hinc est quod Septimius Florens in apologetico capite xxi. offendit Christianos à Iudæis differre: & id non aliam ob causam, quā quia Gentiles omnino qualis esset nostra religio ignorabant. Tacitus quoq; hist. lib. primo & uigesimo, ubi Iudæorū superstitiones descripsit: Transgressi, inquit, in mores eorū idem usurpant: nec quicq; prius imbuuntur, quā cōtemnere deos, exuere patriam, parentes, liberos, fratres uilia habere. quæ uerba in Christianis ab eo contorta sunt. Idem expressius de eis lib. xv. Ergo, inquit, abolendo rumori Nero subdidit reos, & exquisitissimis pœnis affectit, quos per flagitia inuisos uulgus Christianos appellat. Autor eius nominis CHRISTVS, qui Tiberio imperitāte per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat: repressaq; in præfens exitiabilis superstio rursus erumpebat, nō modò per Iudæam, originē eius mali, sed per urbem etiā. Idem etiā sub finem libri secundi: Actum, inquit, est de sacris Aegyptijs, & de Iudaicis pellendis: factumq; patrum consultū, ut quatuor millia libertini generis ea superstitione infecta, quis idonea ætas, in insulam Sardiniam ueherentur, coërcendis illic latrocinijs: & si ob grauitatem cœli interijissent, uile damnum: ceteri cederent Italia, nisi certam antedem profanos ritus exuissent. Et hæc quidē impijssimus autor Cornelius Tacitus scribit: quibus non absimilia Plinius Cæcilius eructat libro, qui inscribitur epistolarū ad Traianum: de Christianis enim loquens, eorum appellat superstitionē, prauam immodicāq;. Item rursus: Neq; ciuitates, inquit, tantū, sed uicos etiā atque agros superstitionis istius contagio peruagata est. Sed & Suetonius, ne scio an magis Plinio impurus: is, A Nerone, inquit, affecti supplicio sunt Christiani, genus hominū superstitionis nouæ ac maleficæ. Spartianus quoq; in Caracalla: Septennis puer cum collusorem suum, puerum ob Iudaicam religionem grauius uerberatum au diuisset, neq; parentes eius, neq; autores uerberum diu respexit. Quintilianus etiā lib. 111. Est, inquit, conditoribus urbium infame contraxisse aliquam perniciosam cæteris gentem: qualis est primus Iudaicæ superstitionis autor, & Gracchorū leges inuisæ. Ex his igitur haud difficulter cognoscere possumus, Vlpianum non de Iudæis, sed de Christianis intellexisse: quod etiā clarius ostenditur ex rescripto, cuius autoritatem citat. Nam cum diui principes Marcus & Verus, Marcomanis inferrent bellum, eamq; ad inopiam peruenisse exercitus, ut aquæ penuria periclitarentur omnes, Christiani milites precibus largissimos imbres à Deo impetrauerūt: cumq; in certamen prodijissent, fulmina faciem hostium perstringebant: impetusq; grandinis

eorum animos ita exterruit, ut maximam Romanis uictoriam de se Marcomani præbuerint unam legionem Christiani nominis id impetrasse, Dion autor est, quæ deinde *καυνοβόλα* dicta sit, id est, fulminatrix. Suidas rem omnem in Iulianum quendam mystem coniecisse uidetur. Igitur Imperatores tanti beneficij non immemores, per rescriptum, Christianorū dogma confirmarunt, Christianosq; accusari uetuerunt, eiusdemq; conditionis cum cæteris esse in honoribus adipsendis constituerunt. Meminit huius rescripti Septimius Florens in apolog. cap. v. Si, inquit, literæ M. Aurelij grauissimī Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam sitim Christianorū militū precationibus impetrato imbri discussam contestatur: sicut palam ab huiusmodi hominibus pœnam dimouit, ita alio modo palam dispersit, adiecta accusatoribus damnatione, & quidem tetriore. Igitur in Vlpiani responso legendum est, nō diui Seuerus & Antoninus, sed, diui Verus & Antoninus. nam Aelius Verus unā cum hoc Antonino imperauit, ut est apud Capitolinum. Simili menda corruptos esse textus alijs in locis, ante nos alijs admonuerunt.

*Aduocatorum honorariū quam pecuniæ non summa non possit excedere: quid item nostræ monetæ comprehendat aureus, de quo in Digestis. CAP. IX.*

Cum de aduocatorū mercede, quod honorarium appellare Iurisconsulti solent, tractatur, solet adduci Vlpiani responsum, quo traditur, permissum aduocatis esse pro singulis causis usq; ad centum aureos accipere. Quæ uerba solent nostri temporis Iurisconsulti interpretari, ut centum ducatos, qui nostro tempore cuduntur, significant. quam sententiam quidam recentiores nō probant, nec nos unquā probauimus. Igitur scire debemus, centum sestertios idem esse quod aureus. ostendit id Tranquillus in Othone, qui Othonem tradit excubanti cohorti diuidere solitum, quoties cœna principem acciperet, uiritim unum aureum. quod describens Tacitus libro xvii. centenos sestertios dedisse Othonem attestatur. Nec obstat quod Iustinianus in Institutionib. de libertorum successione scribit, pro mille sestertijs unū aureum computari: quia uel accipiendum est ex mille sestertijs aureum pro reditu computari: sic enim lucriferi continget ex dextantibus usuris, & satis id constat apud Columellam. Vel, quod magis placet, sensus legis is est, ut cū tempore quo lata est lex Papia, ditiores essent liberti, quā sub Iustiniano, ut ipsemet demonstrat: quod lex Papia disponebat in eo, qui mille sestertios possidebat, ipse disposuit in eo, qui suo tempore possidebat unum aureum. nec enim diuitiæ Romanorum sub Iustiniano comparandæ fuerūt ætati illi aureæ, quæ Augusti tempore erat. Igitur dum Iurisconsultus dicit, mercedem licitam esse centum

20

20

30

40

50

60

*l. j. §. licita. ff. de uar. et extror. din. cog.*

*§. postea uero. Instit. de success. lib.*

tum aureorum, intelligenda sunt sestertia decem, seu, quod idem est, sestertij decem mille: congruūq; quantitas hæc illi, quæ per Claudium Cæsarem taxata est. Cornelius Tacitus libro histor. xi. Nihil, inquit, publicæ mercis tam uenale ea tempestate fuit, quā aduocatorum perfidia: adeo ut Samius insignis eques Romanus quadringentis nummorum millibus Suillio datis, & cognita præuaricatione, ferro in domo eius incubuerit. Igitur confurgunt patres, legemq; Titiam flagitant, qua cauebatur antiquitus, ne quis ob causam orandam pecuniam, donumue accipiat. Deinde obstrepentibus ijs, qui ea contumelia, parabatur, discors Suillio Sillius acriter incubuit, ueterum oratorum exempla referens, qui famam in posteros, præmia eloquentiæ cogitauissent pulcherrima. alioquin & bonarum artium principem sordidis ministerijs scadari, ne fidem quidem integram manere, ubi magnitudo quæstuum spectetur: ut quomodo uis morborum precia medentibus, sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat. & paulò infra: Hæc ita haud frustra dicta princeps ratus, capiendis pecunijs posuit modum, usq; ad dena sestertia, quæ egressi repetundarum tenerentur. Meminit huius senatusconsulti etiam Plin. Cæcil. ad Valerianū lib. v. ubi affirmat selatari, quòd in causis agendis, non modò pactione, dono, munere, uerum etiam xenijs semper abstinerit. Cæterum uidendū nunc est, quam quantitatē pecuniæ nostræ centum hi aurei, seu dena sestertia conficiant. Et sciendum est, sestertium, duas libras argenti & semissem ualuisse: quæ summa, nostra moneta libris centum plus minus ualeat: ut inde consequens sit, sestertium æris, seu maioris nummum, duobus tantū assibus nostris ualuisse: cū horum millia sestertiū argenti neutri generis constituant. Sunt itaq; decem sestertia, mille libræ. Qua ratione aureus apud Vlpianū decē librarum nostrarū summam æstimatione reddet: non, ut nostri Doctores arbitrantur, quatuor libras. Et ita ad æstimationem nostram redigenda est etiā pœna legis Iul repetundarum, quam Venuleius refert. Is tradit, non licuisse magistratibus pecuniam accipere, nisi usq; ad centum aureos in anno. Quapropter cū Hermogenes scribat, non esse pauperem, qui quinquaginta aureos habet: intelligamus eum non esse pauperē, qui nostræ monetæ libras habeat quingentas. Et hoc quidem modo aurei æstimatione ineunda est, cū eius mentio reperitur in Digestis. nam tempore Iustiniani suus ille solidus, cuius mille locis mentionem facit, subsesquialplus erat ad ueterem aureum, nec in eius æstimatione à recentioribus recedo.

*Adducta quædam de uectigalibus, & nouo sensu illustratus uersiculus, Si de uectigalibus. in l. §. finita. de dam. infect.* CAP. X.

Vlpianus lib. xliii. ad edictum, cuius responsum sub tit. de damno infecto

*l. ead. ff. ad legē Iul. rep. l. nō nulli. ff. de accus.*

*l. eos. C. de modo mul. Soci. cons. xlv.*

*l. §. finita. §. si de uecti. ff. de dam. infect.*

Tribonianus redegit, ita ferè ad uerbum: Si de uectigalibus non caueatur, mittendum in possessionē dicemus, nec iubendum possidere: nec enim dominium capere quis possideri potest: sed in uectigali prædio, si municipes non cauerint, dicendum est dominium per longū tempus acquiri. Verum uisum id Accursio est, alteri responso repugnare, quò Paulus in uectigalibus, inquit, & in alijs prædijs, quæ usucapi non possunt, publiciana competit &c. & Accursius specialiter hoc in causa dāni infecti obseruari tradidit, ut possit præscribi: alijsq; aliter torquentur. Nobis uidetur locus satis clarus, & id præsertim, si Higini de limitibus agrorum uerba audiamus. is, Vectigales, inquit, agri sunt obligati quidam reipub. P. R. quidam coloniarum, aut municipiorum, aut ciuitatum alioquarum: qui & ipsi plerunq; ad pop. Rom. pertinentes, ex hoste capti, partitq; ac diuisi sunt per centurias, ut assignarentur militibus, quorū uirtute capti erant, amplius destinato modo quā uerus militum exigebat numerus: qui superfuerant agri, uectigalibus subiecti sunt, alijs per annos, alijs uerò mancipibus ementibus, id est, conducētib; in annos centenos, alijs quinos: plures uerò finito illo tempore iterum ueneunt, locanturq; ita, ut uectigalibus est cōsuetudo. municipes autem ipsi per centurias locāt, aut uenundāt proximis quibusq; possessoribus. Puto itaque in Vlpiano responso non municipes legendum, sed mancipes: ut hi intelligantur, qui ius uectigalis per centum annos emerunt. Aut ergo aliquis non emit ius perpetuum à republica, & nihil unquam præscribit: aut emit, & si non caueat, præscribitur ob dominium illius iuris empti: ita tamen, ut id nihil reipublicæ damnosum sit. Possset etiā intelligi, si municipes, ubi iam fundus reuersus est ad eos, nō caueant præscribi: nisi alia lege urgeremur, qua sancitum est nec res populi Roman. nec ciuitatum posse usucapi.

*L. quidam ignauia. C. de decur. lib. x. qua fraternitates iste religioforum iniquissimo iure reprobantur, declarata ex historijs.* CAP. XI.

Extat x. Cod. Iustin. libro quædam constitutio, quæ Valentiniano Imp. adscribitur. Ea sancitum est, quicumq; monachis congregantur, tanquam ignauia sectatores, & qui munera ciuitatum subterfugiant, debere de eremis extrahi: eorumq; bona eis applicari, qui horum loco munere ipsi subirent. Hanc legem cū à religione homines auocare uideatur, Doctores intellexerunt in pseudomonachis tantum sibi locū uendicare, & his qui non dei zelo ducti, sed solum ut munera subterfugiant, in eremū secedūt. quā interpretationem ut istis dieb. recipiendā puto, ne quid uideatur in iure tam impium, ita ipsius legislatoris longè aliam mentem fuisse attestari libet. si quidem is Valens tam atrocē

*l. cum sponsus. ff. de publi.*

*l. usucapionem. ff. de usucap.*

*l. quidam. C. de decur. lib. x.*



odio monachos prosequutus fertur; ut per Lucium nequitiae suae satellitem, tria eorum millia ex Aegypti eremis abstraxerit: Macharium eorum pontificem & magistrum in insulam exulare coegerit. Eusebius Caesariensis historiae libro undecimo: Valens, inquit, uastat eremum, bella quiescentibus indicit: tria millia simul, aut eo amplius uiros, secreta & solitaria habitatione dispersos, oppugnare pariter aggreditur. Idem attestatur etiam Socrates episcopus tripartitae historiae libro octauo, capite septimo, sed & Theodoricus in septimo, capite xxi. Eremiti incolas Antonij sequaces Lucius expulit: eorumque sanctissimos praesules duos Macharios, Isidorumque & caeteros speluncis suis eiciens, in quandam insulam, quam impij habitabant, destinauit. Quinetiam Eutropius: Valens, inquit, impietate, quam dudum meditatus fuerat, operibus implens, lege data, ut monachi militarent, nolentes per tribunos & milites fustibus iussit interfici, quorum innumera multitudo per uastas tunc Aegypti solitudines diffusa constat: praecipueque apud Nitriam martyrij consequuta est palmam. Paulus quoque Horolius: Valens, inquit, effrenata liber audacia legem dedit, ut monachi, id est, Christiani, qui ad unum fidei opus, dimissa secularium rerum multimoda actione, se redegerant, ad militiam cogentur: uastas illas tunc Aegypti solitudines, arenasque diffusas, quas propter sitim & sterilitatem, periculosissimamque serpentum abundantiam conuersatio humana non nosset, magna habitantium monachorum multitudo compleuerat. huc tribuni & milites missi, qui sanctos ac ueros milites Dei alio nomine persecutionis abstraherent, interfecerunt agmina multa sanctorum &c. Sed & Hieronymus in chronica Eusebij: Valens, inquit, data lege ut monachi militarent, nolentes fustibus iussit interfici. Quapropter Suidas: εάλως, inquit, ες Ιεροσολυμίταις πρεσβυτέρους η διακόνους η μοναχούς, in exilium misit Valens monachos. Haec igitur execrabilis est illa constitutio, cuius scripti auctores meminerunt: idcirco fortasse a Triboniano non reiecta, quoniam aliam interpretationem recipere poterat, praeter eam quam Valens ipse probabat. tamen & id Triboniani impietati potest imputari: quandoquidem Suidas scribit, eum fuisse εθου, η ελλοτελον η παύτα η χελισματων, πιστας, omnium deorum contemptorem, & praesertim a fide CHRISTI abhorrentem, cui tamen auctori uix est, ut ego assentiendum putem, cum apud grauissimae existimationis historicos aliter de Triboniano traditum sit.

In inscriptione epistolarum Iustiniani, an legendum sit antecessores, an uero assessores, disputatum: et ibi quaedam de Pandectis Florentinis. CAP. XII.

IN Digestorum principio extat Iustiniani epistola, quae mittitur Theodoro, Theophilo, Dorotheo, Isidoro, Anatolio, Triboniano,

alijscque Iurisconsultis, quos titulo antecessorū uisus est honorasse. quāobrem quandoque dubitauit, ne non antecessores, sed assessores potius legendum esset. cuius emendationis argumentum ex Procopio deprandem, qui Parthici belli lib. i. Tribonianus, inquit, Pamphilus Imperatoris paredrus, quem magistratum Romani quaestorem, Latini Iurisconsultum uocant. & alibi: Basilidem fecit quaestorem, mansuetudine ac aequitate inter patricios clarum. & alibi: Proclus tunc Imperatoris Paredrus erat, magistratum quaestoris gerens, uir iustus &c. quibus in locis interpretis fidem desidero, qui pro quaestore, ubique cocestorem transtulit, nescius Romanae dignitatum uocabula Graeco idiomate non recte pronuciari, quod apud Suidam centies deprandisse memini. Caeterum paredrum Graecè, assessore Latinè dici, nemo est qui uel ex lexico discere non possit. Scribit Iulius Pollux, Athenis παρόδρος fuisse, solitosque principem regem, & imperatorem (ita enim interpretor παρόδρος) binos assessores eligere, quos secum haberent: necesse autem erat quingentorum iudicio hos prius approbari. Igitur his argumentis non dubitabam, quin eo in loco assessores legendum foret, equidem nunc admodum dubius sum, cum antiquorum codicum scriptura emendationi huic dissi deat: semper enim antecessores legitur. sed & in Pandectis Florentinorum, ante titulum, qui est de legatis primo, epistolam Graecam Iustiniani ipsius legi, qua ita scriptum annotatum uideatur: μετὰ πατέριον ην τὸ δὲ κλάδος μήμηρος κινουσιώεως η ἀντικλώσορα. post patritium in clytae recordationis quaestorium & antecessorem. quam epistolam Latine scriptam uulgo habemus in titulo de ueteri iure enucleando. Illud tamen animaduerti, dictionem Graecam a censore uideri deductam, ut ea ratione pro censor dicitur, qua ἀντίπατρος pro consul. Sed tamen magis arbitror Graecum scriptorem nesciuisse latinas uoces ad amussim describere. nec tanta omnino illis libris adhibenda est fides, ut eorum autoritate potiores non sint rationes: quandoquidem & in eis aliquos errores scriptoris manu commissos agnouimus: ut minime ἀρχέτυπον illud cum Politiano existimem, sed potius multis post Iustinianum seculis descriptum, ut inepte faciant, uel qui tantis cum (ut ita dixerim) ceremonijs illud ostendunt, uel qui etiam seria omittunt, ut uideant. Sanè in antecessum dare, Anneo Senecae epistola cxi. uidetur esse in nominibus creditorum, quod in ultimis uoluntatibus praelegatum: ut suspicari libeat, antecessoris uocabulum ea tempestate in usu fuisse, hocque nomine appellatos, qui iura profiterentur.

Explicata Iurisconsulti, Grammaticorumque sententias quid donum a munere differat. CAP. XIII.

Donum inter & munus hoc interesse Vlpianus & Labeo existimauerunt, quod inter genus & speciem, nam genus esse do-

l. tanta. C. de iust. iur. enuc.

l. inter donum ff. de uerb. sig. l. munus. ij. de uerb. sig.

num Labeo ait, a donando dictum: munus speciem: id enim est donum cum causa, ut puta natalitium, nuptiarum. Martianus autem munus esse tradidit, quod necessario subimus: dona uero quae nullius necessitatis, seu officij causa praestantur. subditque in hoc uentum esse, ut non quodcumque munus idem donum accipiat: sed quod donum fuerit, recte munus dicatur. quae uerba Vlpiani responso aduersari uidentur. si enim donum est genus, cur munus non recte donum dicitur? annotauit id Laurentius Valla, & utrunque Iurisconsultorum damnat: nullum enim donum esse sine causa. Certè & in hac re aliter Grammatici opinati sunt, munus scilicet hominibus mitti, at dona dijs dari: quod Seruius & Donatus existimauit. quorum sententia ex Plin. Caecil. uerbis confutatur, qui libro Epistolarum quinto ad Valerianum scribit, se in orandis causis non modo pacatione abstinuisset, sed & dono, munere, xenijs. Sed & Agraeus donum dantis esse, munus accipientis scripsit: quo nihil est ineptius & certè agrestis hic nimis est literator. Corn. Fronto: Munus, inquit, est quod amicus, uel cliens, uel libertus officij causa mittitur, uel munus gladiatorum: donum, quod dijs datur. inde ubi dona ponuntur, donarium appellatur. Possunt & illa nihilo minus dona dici, quae donant pauperibus diuites & potentes. Illud quoque donum putandum est, quod donatur militibus in castris, ut uallaris corona. Igitur Vlpianus donum latiore significatione habere tradit quam munus. negat id Martianus: sed eius sententia non aduersatur Vlpiano, quoniam ipse accipit munus latissimo significato, cum trahitur etiam ad onera, ueluti munera ciuitatum, munus gladiatorum &c. Vlpianus uero munus cum ad largitionem refertur, non aequè latam notationem habere putat. Caeterum quod subiungit Martianus, in eo uentum esse, ut quod munus fuerit, id donum recte dicatur: ad consuetudinem loquendi respexit, non ad proprietatem. & hoc modo Vallae impetus coercetur. tamen etiam alij aliter dissoluerunt, tanquam donum & generis & speciei nomen sit: quod non probo. Illud sciendum, in responso Vlpiani, genus & speciem κατὰ γένος & κατὰ σπείρα accipi: sicut & in Institutionibus, cum dicitur, Populus differt a plebe, sicut species a genere: non aliud enim significatur, quam latiore sensu accipi populum, quam solet plebs.

Cur donatio inter uirum & uxorem prohibita sit, Plutarchum nouam rationem assignasse: sed & quaedam de libertis uindicta manumissis, nouusque intellectus constitutioni datus. CAP. XIII.

Antonini principis oratio, cur donatio inter uirum & uxorem iure civili prohibita sit in haec uerba ostendit: Maiores nostri inter uirum & uxorem donationes prohibuerunt, amorem honestum solis animis affimantes, fame etiam coniunctorum consulentes, ne concordia precio conciliari uideretur, ne uel melior in paupertatem incideret, & dete-

plebs. Insti. de iust. & iur.

l. ij. de don. int. iur. & ux. in fi.

rior ditior fieret. Caeterum his rationibus aliam addit grauissimus auctor Plutarchus, qui Traiani Caes. praceptor, uir plurimae lectionis, in opere cui titulum fecit, γαμικὰ πρᾶγματῶν, sic propemodum scripsit: καὶ γὰρ ὁ ῥωμαῖος νόμος θέτης ἐκώλυσε δῶρα διδόναι καὶ λαμβάνειν παρ' ἀλλήλων ὅδ' γε γαμικῶς, ἔχ' ἵνα μηδενὸς μεταλαμβάνωσιν, ἀλλὰ ἵνα παρ' αὐτῶν κινῶν νομίζωσι. Quibus uerbis demonstratur, idcirco prohiberi donationem, quod absurdum legislator existimauerit, uideri aliquid inter uirum & uxorem, quod commune non esset: praesertim cum sint, ut in sacris literis dicitur, duo in carne una. cum igitur in sponsis haec ratio locum sibi non uendicat, inde a legislatore permittitur, ut quantum uelit sponsae sponsus donare possit. Libet & hic referre, quantum a constitutionibus uideatur recessisse Cornelius Tacitus: is lib. hist. xiiii. manumittendi duas species institutas scripsit: ut relinqueretur poenitentiae, aut nouo beneficio locus, quos uindicta patronus non liberauerit, uelut uinculo seruitutis attineri. Quae uerba indicant, tamen si propter ingratitudinem liberti in seruitutem reuocentur, eos tamen nunquam reuocari, qui manumissi uindicta forent. quae sententia admodum mihi placeret, tum quod ita Tiberium Caes. constituisse scribit: tum etiam quod multis Iurisconsultorum locis quadrare uideo: nisi me Constantini Imp. constitutio non parum moueret: is ad Maximum praef. praet. Si is, inquit, qui nostro consilio uindicta liberatus est, post coercionem poenitentia dignum se praestiterit, ut ei ciuitas Romana reddat: non prius fruatur beneficio libertatis, quam si hoc patronus eius oblati precibus impetrauerit. quae uerba indicant, & eum qui uindicta manumissus erat, ex ingratitudine in seruitutem reuocari: nisi rescriptum istud alio modo malimus interpretari, ut uidelicet significet, non libertatem quidem amittere, sed solum ciuitatis Romanae iura. quod ex eo probatur, quod requiritur lex, ut patronus hoc petat: nam si in seruitutem reuocatus foret, non patronus, sed dominus dicendum erat. Quod autem dicitur, non prius fruatur beneficio libertatis, intellige beneficium iustum, quatenus iura Romanae ciuitatis comprehendit.

Explicata lex, siue si mensor falsum modum dixerit: et ex Agennio Urbico quaedam de mensuris. CAP. XV.

Si mensor falsum modum dixerit, eum ex dicto praetoris teneri constat. addit Paulus idem esse, siue de itineris latitudine fefellerit, siue de seruitute immittendi, proijciendique quaeratur. Contorsit hic se Accursus, quid enim commune habet mensoris officium cum seruitute immittendi & proijciendi: illa enim mensuram non accipiunt. quare intellexit, cum agitur de latitudine loci, in quem mittatur, proijciaturue. quam expositionem ipse non probo, cum tunc non de seruitute ipsa quaeratur, ut Iurisconsultus dixit, sed de loco in

l. si manumissus. C. de lib. & eorum lib.

l. siue. ff. si mensor. ff. de iur. iudic.

l. in sacris circa med. C. de prox. fac. scriniorum. lib. xij.

quo seruitus constituitur. quapropter sciendum est, mensorum officium apud antiquos non solum in eo uersari solitum, ut agros metirentur, sed ut etiam pronunciarent: & non de mensuris tantum, sed etiam de seruitutibus. Ostendit id Agennius Urbicus in lib. de constitutionib. agrorum: qui cum de seruitutibus itineris, aquae pluuiae, & similibus differuisset, subiungit, difficilimum esse mensori in eis plerumque iudicare. Sed & in iudicando, inquit, mensor uirum bonum & iustum agere debet, neque ulla ambitione aut sordibus moueri: seruare opinionem & arti & moribus: omnisque illa artificii ueritas custodienda est, exclusis illis similitudinibus, quae falsae pro ueris subiunguntur. quidam enim per imperitiam, quidam per imprudentiam peccant: totum autem hoc iudicandi officium, & hominem, & artificem exigit egregium. Erat aequissimum & in aduocatione eandem fidem exhiberi in controuersis a mensoribus: sed hoc possessores aequo animo ferre non possunt. nam cum his ueritas exposita est, aduersus synceritatem artis eos facere cogunt. multa enim sunt in professione, quae generaliter pro ueris asserantur, multa quae specialiter: quaedam quae argumentis etiam mentiri artifices cogunt. & haec quidem ille de mensoribus refert: quae idcirco libentibus in medium attuli, quoniam is autor nequaquam uulgatus est: una tamen cum Iunio Nipso, M. Varrone de arithmetica, & Balbo de coloniis Latinis, breui in publicum prodibit: si modo per otium mihi licuerit eos emendare: liber enim ipse tam abrosis characteribus est, ut uix legi possit.

*Cur Digestorum libros hac nota. ff. citemus: item quid sit paragraphus. CAP. XVI.*

Quid in causa sit, quod cum Digestorum aliquem locum uolumus allegare, librum ipsum per duplex ff. signamus, quandoque ut sententiam meam proferrem requisitus, non dissimilia his respondi. Cum responsa haec Iuris prudentum tanquam in centonem quandam Tribonianus redegerit, operi & Digestorum & Pandectarum nomen imposuit: & quoniam Graeci ipsi contractores fuerint, uerisimile est eos solitos sub Graeco nomine Pandectarum, librum ipsum adducere. Cum itaque primam tantum notam cum accento circumflexo describerent, nostri Latini eos imitabantur: sed scriptores librarii, qui literas ignorabant, existimauerunt esse binas ff. in quam figuram facile fuit adiecto unco Graecam notam deprauare. & hinc mala haec scribendi consuetudo inoleuit. Nunc uideamus, quomodo apud ueteres paragraphus accipiatur. & sciendum est non tritam, promulgatamque hanc esse uocem, sed a doctissimis quoque Graecorum scribi solitam. siquidem Hephæstion autor est in Aristophanis comœdia, asteriscum inscribi, ubi genus carminis uariatur: eius nota est stellæ imaguncula, at coronidem apponi, uel cum locorum com-

mutatio fit, uel histriones relicto choro abscedant, uel e conuerso recedat chorus subsistentibus histrionibus: eius nota est linea ab inferiori parte flexa V. Paragraphum uero eam lineam protensam hoc modo dici —, quæ πρῶτα ἀμολοία, iambicis & choricis inter stropham & antistropham apponitur: huic dipla addi solet, redditurque trigoni obliqui citra basim species >. Eustathius inter poetarum figuras παραγραφῶν nominat, id est, paragraphen: quæ sit cum præcedentia completentes, ad aliam transitum facimus, ut apud Homerum, ὧς οἱ μὲν τὰ πονόντο καὶ ἔραπον. Idem & alij grammatici tradidere: ut possimus etiam paragraphen dicere eo sensu, quo ineptiores paraphum dicunt. tamen si Isidorus etymolog. primo, paragraphum scribat hac nota ¶ poni ad separandas res à rebus, quæ in connectione concurrunt: quemadmodum in catalogo loca à locis, regiones à regionibus, in agone præmia à præmijs, certamina à diuersis certaminibus separatur.

*Novo sensu perceptus §. tripli. in Institut. de actionib. & ex autoribus de promptum quid sit sportula. CAP. XVII.*

In Iustiniani Cod. titulus est notissimus, qui inscribitur de sportulis: sed & eorum frequentissima est mentio passim per uaria Iuris ciuilibus loca. In Institutionib. quoque Tribonianus: Cum quidam, inquit, maiorem uerae estimationis quantitatem in libello conuentionis inseruit, & ex hac causa uiatores, id est, executores litium, amplio rem summam sportularum nomine exegerint, tunc ad id quod propter eorum causam damnatum passus fuerit reus, triplum ab actore consequatur &c. Sunt qui interpretentur sportulas dici pecunias, quæ nuncijs dantur. addit Accursius dicitas, quia in sportulis quibusdam obligationes ponebant. quæ quantum uera sint, iam declarabitur. & sportulam primo acceptam constat pro eo, quod in dies clientibus suis sub limine portæ Romani exhibebant ad uitæ usum: cuius loco quandoque pecunia dabatur, centum uidelicet quadrantes, ut apud Iuuen. Saty. prima, & Martialem non uno in loco legitur. nomen accepit à sportula, seu sporta, uel sportella: quæ nomina sunt utensilium sparteorum ad maioris summæ pecunias capiendas. Ceterum cum aliquis magistratum nouum inibat, uel alii cuius latitiae causa, per liberalitatem pecunias decurionibus distribuebat: quod singulis dabat sportula dici coeptum est. quo in sensu & Dion, & Tranquil. & Plin. Cæcil. ad Traianum, & Apul. in apolog. & alij ex nostris Iureconsultis uerbum id acceperunt. sed & alibi pro mercede aduocatis data intelligitur, ut apud Cæcil. libro 11. In media basilica tam palam sportula, quam in triclinio dantur: ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. Sed hæc quidem quæ ab alijs etiam tractata sunt, haud multum ad superiora Iuris ciuilibus loca pertinent: quare ut quod ipse legerim, in medium

*l. si mulier. ff. de donat. inter uir. & ux. l. sportulij. ff. de decur.*

dium proferam, aliter quam ceteri fecerint, libet sportulam intelligere. siquidem cum Aristophanis Nubes per otium carmine de Greco in Latinum transferrem, apudque eum Strepsiadem senem moestum legissem, quod ueretur ne prytanijs condemnaretur, Graecum eius poetæ interpretem, eundemque doctissimum uirum consului: qui prytania nuncupari scribat à Graecis, quod Romani sportulam dicunt. cum enim contestanda lis esset, actor & reus pecuniam contributebant, deponebantque: is autem qui in causa succubisset, omnia pendebat. ea uero pecunia sportula dicebatur, & uel fisco addicebatur, uel eam iudices pro mercede sua retinebant. Idem & Suidas scripsit: qui decimam partem eius, quod à debitore petebatur, pro sportula dari solitam autor est. Igitur cum decima pars dari pro sportula iudicibus consueuisset, si maiorem summam aliquis petisset, omne damnatum quod ex ea causa reus fecisset, refarciri illi cum tripli additamento Iustinianus sanxit. In authenticis tamen coarctatum id legitur, ut in causa quæ centenaria maior sit, octo aurei exoluerentur, cum alioqui denos præstari necessarium fuisset.

*In auth. de iudi. §. si quis autem.*

*Constitutio, Archigerontes. C. de episc. et cler. declarata, præter Accursij, ceterorumque sententiam: & quorundam Grammaticorum error in expositione uerborum Iuris ciuilibus. CAP. XVIII.*

Arca di Honorijque Imperatorum constitutio est sub tit. de episcopali audientia, in hæc uerba: Archigerontes diocetæque, ἐργασίας ταμίως, non nisi Christiani diriganter &c. Dubitatum fuit, quo sensu accipi debeat. & inter primos se offert Accursius, qui eos sacerdotes, quibus delicta sua in metallum damnati confitentur, Christianos esse iuberi hac lege existimat: idque eo argumento, quod scriptum sit diocetæ ergastiotanorum: quæ uerba ipse interpretatur significare episcopos seu diocetanos damnatorum in metallum: id enim esse ergastiotanos. Quæ expositio est inepta sit, nemo alicuius iudicis, qui Græce sciat, non cognosceret. Igitur fidelis lectio uideatur, quam supra retuli. Vetant prijs. Imp. aliquos præfici, qui procurent negocia aulae principalis, seu qui annonam, & penum, & quæ ad uictum principis palatinorumque pertinent, emant, nisi iidem Christiani sint, ἀρχιγέροντες, si ad uerbum transferas, principes seniorum, seu summos senes significat. qua ratione ἀρχιγέροντες Matthæi in Euangel. summis sacerdotibus dicunt. Ἐπίτροπος ἀρχιγέροντος καὶ οἱ γεγραμμένους, πῶς ἀπὸ τῶν ἀρχιγέροντων. diocetæ uero procuratores, dispensatoresque demonstrat. διοικητῆς procurator. ἐργασία lucrum, questum notat, ταμίως promptuarium, penus. hinc Tamia mulier Homero, οἶτος δ' αἰδοίη ταμίη πρὸς ἑνὴν φέροσα. In quolibet priuato dicitur ταμίως, sed hac in constitutione placet intelligere solum de principis cella: sicut in x. i. Cod. lib. de prædijs Tamiacis, Sanæ & ταμίως

questorem significat, & œconomum. Et cum Accursius in harum dictionum interpretatione insigniter errauerit, non tamen dure agendum cum eo, aut contumelijs insectandum, quod quidem Grammatici fecerunt, existimo: siquidem uitia illa temporum fuerunt, non hominis: perierant enim assiduis bellis non solum Græcæ literæ, sed & Latinæ. at nostra ætate illi ipsi humanioris literaturæ professores, si de significatione uerborum Iuris ciuilibus errare sibi licere permittunt, cur Accursium non tolerant, in uerborum Latinorum sensu cæcutientem? Audiui quandoque irrisum ab Socino Angelum Politianum, quod ignorasset quis suus hæres diceret. Falluntur Ouidij interpretes in illo carmine: Artificis perijt cum caput arte sua. quod uidelicet non perceperint, quæ sit capitis diminutio. Falluntur rursus apud eundem poetam.

Ne uos errorem tellure admittite nostrum. cum uerbum illud iuris, errorem non intelligentes, errorem legunt in Sapphus epistola. præuaricantur in Val. Maximum, qui bonorum possessionem non explicant. Labuntur apud Plautum alij in quaestione seruorum, in tribus libertatum speciebus: in eo quod leno filio familiam pecuniam mutuam dare abnegat, ne eum perdat lex. Sunt apud eos trecenta similia, quibus ipsi miserimè hallucinantur, & deinde non erubescunt in Accursio nihil prorsus uelle desiderare.

*Callistrati responsio in l. semper. de iure immunitatis, rescripta Græca diuorum fratrum epistola. CAP. XIX.*

Libet in eorum gratiam, qui Græca didicerunt, particulam rescripti referre, quod à diuis fratribus emanatum, à Callistrato Iurisconsulto citatur, titulo de iure immunitatis. Verba ita se habent: ἦσαν καὶ ἄλλοι πινες ἰδίῃ προφασί τῆν ναυκληρίας, ὅ τῶν σίτων καὶ ἑλαιον ἐμπορευομένων εἰς τὴν ἀγοράς τῆ δῆμος τῆ ῥωμαϊκῆς ὄντως ἀτελών, ἀξίοντες τῆς ἀπὸ τῆς διαδοχολογῆς, μήτε ἰδίῃ πωλούντες, μήτε ὁ πωλούν μέρος τῆ ῥώσας οἱ ταῖς ναυκληρίας ὁ ταῖς ἐμπροσθεν ἔχοντες, ἀφαιρεθῆτω τῆ ποσῆτος ἢ ἀτέλῃ. Fuere & quidam alij sub nauiculariorum prætextu, frumentum & oleum mercantium in foro populi Romani, qui immunitate fruebantur, æquum ducentes publicas functiones subterfugere, cum neque nauigent, neque plurimam substantiam partem in nauicularia & in mercatura habeant: huiusmodi igitur uiris immunitas auferatur &c. Existimo autem hac in lege accipi forum Romanicum, non forum quod Romæ foret, sed ἀγοράς, id est, conciliabula conuentusue, in quibus annona uenalis esset: quæ deinde Romam portabatur. alioquin dicitio illa ῥωμαϊκῆς, multum insolens est: ut ea ratione dicitum sit ἀγοράς τῆ δῆμος τῆ ῥωμαϊκῆς, qua horreum populi Romani Siciliam, Agyptum, Libyam, Aristides appellat in oratione ἐς τὴν ῥώμης.



Isauri latrones, Buccellarij, in constitutio nibus quales accipiendi sunt CAP. XX.

Isauros, qui populi L.ycaonibus Pamphi lisq; & Gallograecis finitimi sunt, latroci nijs infames fuisse Strab. xii. refert: quos cum Serullius superasset, & ad internecionē redegisset, Isauricus dici meruit. Eisdē Am mianus Marcel. in xiiii. scribit sub Gallo Cæsare ad pristinas artes relapsos, piraticam quoq; exercuisse: & coactō ualido exercitu, etiam à legionibus Rom. se aliquandiu tuta tos, cum finitimos populos diripuissent: ut non immeritò horum audaciam ulturi Arca dius & Honorius. Imp. etiam uenerandis paschatis festis, eos ad supplicium duci per miserint, nulla feriarum ratione habita. Leo quoq; Imp. lege Iulia, de uī publica, eos tene ri sanxit, qui uel Isauros, uel Buccellarios do mi alerent. Qui autem fuerint Buccellarij, non ita facile reperit. Suidas Buccellarios Gallograecos dictos fuisse scribit: & Buccel latorum regionem, Gallogreciam. Is qui sub Theodosio iuniorē militiam Ro. descripsit, autor est Buccellarios equites fuisse in exer citu Romano, quibus magister militum per Orientem præerat, aliosq; iuniores dictos, alijs seniorum nomen fuisse: ut existimare li beat, milites hosce cum missionem accepis sent, latrocinari, & rapto uiuere solitos. Sed & fortasse gentis uitium hoc fuit. Isauri enim Gallograecis proximi, cum huiusmodi so cijs latrocinia exercebant. Iustinianus qua dam cōstitutione fabricari priuatim arma pro hibet, quæ Isauris μονοκόπια dicuntur, quæq; item Sitinnos uocant, seu uersabilia. sic enim legendum & in antiquissimis codicibus, & in eo opere, quod sub nouellarum Iustinia ni titulo circumfertur, deprændi. Dicta sunt fortasse μονοκόπια. quod solo manubrio con sistant, uel quod etiam remi uicem præberēt: piraticam enim exercuisse Isauros supra scri pli. Nō me latet id nominis κρητις, falcē, seu te li quoq; genus significare apud Græcos: sed magis placet κρητις ea tela nuncupari.

l. prouinciarū. C. de fr. l. si. c. ad l. iul. de in pub.

in auth. de ar mis. §. fin.

Emendata lex prima, & rursus lex ultima, in tit. nau. caup. stabul. & qui sint mesonante & epibate: & aliorum error qui nautobatas legunt. CAP. XXI.

IN eius edicti interpretatione, quo nautas, caupones, stabularios, ut recepta reddāt, compelli posse prætor iubet, scribit Vlp. pro nauta intelligendum esse exercitorem: non enim dominus debet per remigem: aut me sonautam obligari. Interpretatur Hermolaus uilis mancipij nomen esse mesonautam, qui in medio nauis ad imperia omnium excubet: qua ratione mediastini in domo dicuntur. quam sententiam alacrius probarem, nisi in Pandectis Florentinis μνηστυπιδ per ητι scri ptum esset. Subsequitur idem Iurisconsultus: & sunt quidam, qui in nauibus custodia gra tia præponuntur, ut sunt diætarij. fuit tem pus cum legendum existimarem διαυτηγοί:

in ipsis tamen Pandectis legitur ναυφίλακος. Sed & subsequit: Si quis igitur ex his susce pit, puto in exercitorum dandam actionem: quia is qui eos huiusmodi officio præponit, cōmitti eis permittit: quanquam ipse uel nau icularius, uel magister id faciat, quod Græ ci χειρέμβολος appellant, id est, manus immis sionem &c. Non me latet à nobis quandoq; aliter lectum fuisse, sed quod nunc proba mus, Pandectarum Tuscarum lectioni con uenit: igitur ueterum exemplo cum meliora nactus sim, παλινοδω. Apud eundem Iuris consultum ita ferè alibi legitur: Si nauitæ in ter se damnum dederint, hoc ad exercitorem non pertinet: sed si quis sit & nauia, & mer cator, debet illi dari. & quid si quis ex his sit, quos uulgò ναυτεμβολος dicunt: & huic tenebitur: sed & huius factum præstat, cum sit & nauta. Per nautepibatas intelligi eos ar bitror, qui nauem incendant: & pro precio uecturæ, seu nauulo, ipsi nautarū officio fun guntur: ἐπιναύω, incendo. Non me latet quosdam nautobatas legere hoc in loco, & eos interpretari, qui per funes nauium incen dunt: sed hoc non multum quadrat sensui, & ex archetypi, quod aiunt, lectione genui num non esse Iurisconsulto conuincitur. Sa nē hīc aliqua de epibatis dicerem, nisi hoc in stituti nostri minimè esset, uocabula uideli cet interpretari: satis enim id lectori esse de bet, si ea attingimus, unde ipsorum Iuriscon sultorem sententia possit explicari.

LIBRI TERTII FINIS.

DN AND ALCIATI IURISCONSULTI IN LIBRVM quartum disputationum. PROOEMIUM.



ICVTI optimū quenq; militē in ultima acie col locabant ueteres Ro. Im peratores, ita & scriben tem me in hac literaria pa læstra, meliores obserua tiones sub operis finē ser uare æquum fortasse fuerat, cum præsertim aueritate rei adducti, prima quæq; etiam nō digna perlegamus: at in processu, nisi opera precium sit, utpote fastiditi, minimè perflissi mus. Verū enim uero neq; à nobis tam scrupulose scribi conueniebat, tum quod multo rum exemplo & per satyram factus hic liber, ne omnem gratiam amitteret, non uerebar: tum etiam quod uel sola breuitas fastidiū id uidet ablatum: nisi, quisquis is fuerit, lector, non dicam delicati stomachi, sed planè imbe cilli fuerit. Polliceri multa, & uel merces In dicas quarto hoc me libro traditurum, nequa quā ausim. quid enim hoc opus, ubi id protinus præstandum est quod sponderis, atq; ubi Græca solūm fide cōtrahatur: Illud tantū etiā iuratus affirmare possum, bona me fide cum

cum omnibus doctis agere: quapropter nil ultra à lectoribus postulare, quam ut paria mecum faciant. Risi certè superioribus men sibus ineptam μιρολογίαν cuiusdam (cur enim non ita appellem eum, qui leuissima quæque insectatur?) paranesim: is cum quoddā Dis punctionum caput legisset, in contrariam sta tim iuit sententiam, uulgatamq; interpreta tionem ita cœpit defendere, ut argumenta à glossematīs Accursij confingeret, dictiones improprie ex fæce Doctorum confirmatas inculcaret: breuiter ita pro communi staret, ut clypeo solūm se tueretur, hasta non impe teret. Quis dubitat, nihil à ueritate tantū ab horrere, ut dicendo (quod ille ait) probabile non fiat: at si quisquis ille ita in animum sibi induxisset, ut arma potius pro nobis induer et, eadem ratione, & fortasse facilius cōmu nia impugnasset: ut nesciam magis faustum fortunæ numen Bartolus habuerit, an iratū quidam alij senserint, cum quæ ille scripsit, cæteris reiectis ita probentur, ut pro eis om nes pugnent: non quod is ueriora alijs, sed quod popularia magis ediderit. Quapro pter non falsò crediderim mentiri Satyrum, qui in uirtute nullas fortunæ uires tradidit, cum quotidie uirtutis atq; existimatiōis p si mia inde etiam pendere uideamus: ut & ipæ mihi implorandum eius numen sit, ne nullo non in loco inconstans hæc de ea lasciuat.

Quid sit proprie nomen, errare uulgares Grammaticos: & noua interpretatione declaratus §. primus in l. pater. de leg. iij. Bartoliq; & ceterorum in hac re hallucinatio. CAP. I.

§. si quis in no mine. Instit. de legatis.

SI quis in nomine testator, uel cognomi sne, prænomine, agnomine, legatarij er rauerit, si de persona constet, nihilominus ua let legatum: idemq; in hæredibus seruari, Iu risconsulti tradunt. Declarauit hæc uerba Ac cursius, ut intelligendum existimet nomen, quale sit Albertus: cognomen uerò quasi fam ilia, seu cognationis uocabulum sit, quale est Asinellorum, quæ gens fuit Bononiens is. qua ratione nomen mihi erit Andreas, cognomen Alciatus: & sic in similibus, ne moq; est in præsentem diem, cuius uulgata sit opinio, qui non in sententiā Accursij iue rit, Iurisconsulti, Rhetores, Grammatici, tur matimq; cæteri id genus scriptores, non uno in loco hoc prodiderunt. qua ratione Mat thæus & Pantheus Veroneses, Plinius ex Secundorum familia fuisse tradiderunt: si cut alij Valerium ex Maximorum, Tullium ex Ciceronum gente natos asserere minimè dubitauerunt. quam sententiā penitus fal sam esse spero fore, ut nemo tandem dubitet. Et in primis illud nobis cum cæteris nequa quam conuenit, in nominibus Romanorum, qualia sunt, C. Iulius Cæsar, quod nomen pro prie dicimus, simplicem hominis appellatio nem comprehendere, sicuti præsentī æuo Al bertus, Andreas, Franciscus, & similia, illa enim Iulij nuncupatio etiam familiae nomen

comprædit: quapropter Cæsar ipse ex ea appellandi formula, ex Iuliorum familia fuis se ostenditur: ut non præter rationē eius filia Iulia quoq; nomen habuerit, quam nuptam Cn. Pomp. nemo ex Tranq. Plutarcho, Lu cano ignorat. Sed & ipsius amitā eodem mo do dictam ex eius oratione Tranquill. refert: amitā meæ Iuliae paternum genus dijs im mortalibus cōiunctum est: à Venere Iulij, cu ius gentis familia est nostra. Nam & idem au tor est, Claudium Tiberium familia Claudia fuisse: Patricia gens inquit, Claudia orta ex Regillis oppido Sabīnorum, inter cognomi na & Neronis assumptis, quod significat lin gua Sabina fortis & strenuus. Idem in Nero ne: Ex gente, inquit, Domitia duæ familiae claruerunt, Caluinorum & Aenobarborum: ostenditq; Domitium nomen, non cogno men esse. Hinc Cn. Domitius Neronis ata uus, & alij eodem nomine usq; ad Neronem, qui & ipse Domitius dictus est, ut scribit Ta citus. Qua ratione C. Suetonius Tranquill us, C. Suetoniū Lenem patrem sibi fuisse at testat. Hinc in antiquis inscriptionib. eodem nomine parentes cū filijs annotatos plerunq; legimus: qualis illa Mediol. ad Victoris Mar tij, D. M. Aurelio. Ian. signi, ex numer. Dal mat. fort. & Aurelio Valentiano exarcho po suit Aurel. Iustus, pater &c. ecce enim quem admodum Aurelij nomen patri filijsq; com mune, ostendit familiam significare. nam si ipsum cognomen familiā referret, quomodo Ciceronis, Scipionis, Neronis filia nuncupa ret: hæ enim appellationes foemineū sexum non cōprændunt. Quapropter Ciceronis fi lia Tullia, seu per diminutionem Tulliola di cta est, quoniam ipse ex Tulliorū, nō Cicero num fuit familia. quod & in Legibus ostēdit, dum addubitat, num sui maiores à M. Tullo rege originē trahant. Cæterum & alijs au toribus sententiā nostrā probare facilimū fue rit. Val. Max. lib. vii. autor est, Q. Metellum plures & celeberrimos eiusdem nominis ui ros præterisse, ut extraneū hæredem institue ret. nemo certè aliud per idem nomen hīc in telliget, quam eandem familiā. Cincius, Gen tiles, inquit, mihi sunt, qui meo nomine appel lantur. Tradidit idem & ad Trebatium scribens Tullius in Topicis: Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt, & qui ab ingenuis oriūdi sunt. Extat penes me Val. Max. quod dam opusculum, quod inscribitur de nomi bus Rom. in eo ita ferè legitur: Romanos ar bitrandum est maximè ab Albanis & Sabi nis multiplicandorū nominum consuetudi nem traxisse: quoniam ab illis orti sunt. om nia autem quæ ad unum quenq; nostrū diffe rendum excogitata sunt, à nomine differunt: quia eo gens cognoscitur, ideoq; gentilitium dicitur: cætera ordine uariantur. nam quod præponitur, prænomen: quod postfertur, cog nome: quod ad ultimū addit, est agnomen. Sed quædā cognomina in nomen uersa sunt, ut Cepio, qui hunc in Bruto nominis locum

obtinuit &c. Dicitur edes quoque Grammaticus eandem sententiam pluribus explicat: qui, Prænomen, inquit, est quod nominibus gentilitijs præponitur, ut M. P. C. Nomen proprium est gentilitium, quod originem gentis uel familiæ declarat, ut Porcius, Cornelius, Iulius. Cognomē est, quod uniuscuiusque proprium est, & nominibus gentilitijs subiungitur, ut Cato, Scipio, Cæsar. Agnomen est, quod extrinsecus cognomentum adijci solet ex aliqua ratione, uel casu quæsitum, ut Censorinus, Africanus &c. Idem & in Græcis nominibus fuisse Aruntius Claudius asserit: ut hoc exemplo, Alexāder Dardanus Paris, Achilles Aæcides *πρωτας ακος*. Ex his declaratur Scæuolæ responsum, titulo de manumissis test. qui enixa matre sublatum filiū nomine patris uocatum tradit. quod alia ratione dictum non est, quā ut ostenderet iura familiæ eum semper retinuisse: ut non omnino imprudēter Baldus scripserit, qui, si posthumus nascat, appelleturque nomine aliquo paterno, eius filium fuisse præsumi tradit, cuius nomen refert: licet Iason in contrariam iuerit sententiā. nam & alibi in iure plerumque patres filijs cognomines annotauit. Papin. Imperator Hadrianus, cum Iunius Cerealis filio suo Iunio Simonidi, si in potestate sua esse desisset &c. Paulus de hæredibus instit. Pacumeius Androsthenes Pacumeiā Magnam, filiam Pacumei Magni, ex asse hæredem instituerat &c. Illud *πατέρας*, Patuleium potius uideri legendū, sicut & Nonium Rufum: quorū necis in Commodo uita meminit Ael. Lampridius. Igitur & Africanus titulo sol. mat. Titia diuortium a Seio fecit: hanc Titius in sua potestate esse dicit &c. Et id quod tradidimus, regulariter uerū est: alioquin me non latet, legi etiam plures filios, quorum diuersissima sunt a parentibus nomina: sed id idcirco accidit, cum filij emancipati in alienā familiā irrepserunt, ex arrogatione adoptioneue, uel alia causa: puta quæ hæredes ab aliquo instituti fuerant, cuius nomen ferre erant testamento iussi: quandoquidem lege Diocletiani permittitur unicuique prænomen, nomen, cognomen sibi mutare, dum id in alicuius fraudem non fiat. Cæterum & serui cum manumittebantur, domini nomen accipiebant, eiusdemque cum domino familiæ censabantur. quapropter Pomponij Attici seruus Dionysius, postquam uindicata liber factus est, cepit appellari M. Pomponius Dionysius. Idem de Eutychide a T. Cæcilio manumisso, qui factus est T. Cæcilius Eutychides, ut est apud Cicer. IIII. epistolarum ad Atticū. Cuius consuetudinis etiam meminit Tertullianus, & latius explicat Politianus quodam capite Miscellaneorum: ut iam in promptu esse possit, quemadmodum Seruidij Scæuolæ responsum percipi debeat: duobus libertis Stichis & Eorte hæredibus institutis, ita cauit: Fundum Cornelianū de nomine meo exire ueto, Vnus ex hæredibus, Stichus ancillam Arethufam testamento liberā esse iussit, eidemque patrem suū fundi legauit. quæsitum est an hæres, & cæteri colliberti Stichi ex causa fideicommissi eius fundi partē ab hærede Stichi petere possint. respondi non cōtineri. Intelligendū autē est non cōtineri, scilicet fideicommissio, & consequenter ab Arethusa restituendum fundum non esse. quod quidem responsum optima ratione subsistit. Finge testatori ex cōsuetudine Romana nomen fuisse Caio Sempronio Tuditano, qui manumiserit Erotem & Stichum: his huiusmodi nomenclatura attribuet, C. Sempronius Eros: item, C. Sempronius Stichus. Rursus pone Stichum Arethufam liberam esse iussisse, ea dicitur Sempronia Arethusa. cum ergo testator Sempronius Tuditanus uetuerit fundum de nomine suo exire, si Arethusa id habeat, fideicommissio locus non erit, cum & ipsa Sempronia sit, nomenque hoc est, familiam, testatoris retineat: ut iure mirari possumus qua ratione Accursius, Bartolus, cæteri que ad remotissimā dictionem uerbum illud, non contineri, retulerint, intellexerintque Iurisconsultū negare testatoris nomine Arethufam contineri. quam interpretationem dum quoquo modo defendere satagunt, per cauillationes alius Iurisconsulti responsa peruertunt. Fidei (inquit ille) hæredum meorum cōmitto, ne fundum Tusculanum alienent, & ne de familia nominis mei exeat. secundum uoluntatem eos quoque inuitatos intelligendum est, quibus hæredes extranei fideicommissum libertatem reddiderant. ratio enim huius responsi fuit, quoniam qui ex iussu testatoris manumittuntur, in illius nomen succedunt: quæ obrem fideicommissi uerbis compræduntur, sicuti & in suprascripto Scæuolæ responso: non autem id ex præsumpta tantū testatoris uoluntate inducitur, quia iusserit eos manumitti, ut Accursius, Bartolusque censuit. Repetitur etiam aliquoties in iure ciuili hæc dicitio, nomen: & hoc non alio significato, quā familiæ seu gentis. Illud tamen sciendū est, familiam a gente, significatione differre: quoniam gens latius accipitur, ut comprædat omnes eiusdem stirpis & nominis, etiam millesimo gradu disiunctos: familia magis ad agnationem refertur, quod ex Tranq. in Nerone cognitu facile est. & hæc quidem satis.

chus ancillam Arethufam testamento liberā esse iussit, eidemque patrem suū fundi legauit. quæsitum est an hæres, & cæteri colliberti Stichi ex causa fideicommissi eius fundi partē ab hærede Stichi petere possint. respondi non cōtineri. Intelligendū autē est non cōtineri, scilicet fideicommissio, & consequenter ab Arethusa restituendum fundum non esse. quod quidem responsum optima ratione subsistit. Finge testatori ex cōsuetudine Romana nomen fuisse Caio Sempronio Tuditano, qui manumiserit Erotem & Stichum: his huiusmodi nomenclatura attribuet, C. Sempronius Eros: item, C. Sempronius Stichus. Rursus pone Stichum Arethufam liberam esse iussisse, ea dicitur Sempronia Arethusa. cum ergo testator Sempronius Tuditanus uetuerit fundum de nomine suo exire, si Arethusa id habeat, fideicommissio locus non erit, cum & ipsa Sempronia sit, nomenque hoc est, familiam, testatoris retineat: ut iure mirari possumus qua ratione Accursius, Bartolus, cæteri que ad remotissimā dictionem uerbum illud, non contineri, retulerint, intellexerintque Iurisconsultū negare testatoris nomine Arethufam contineri. quam interpretationem dum quoquo modo defendere satagunt, per cauillationes alius Iurisconsulti responsa peruertunt. Fidei (inquit ille) hæredum meorum cōmitto, ne fundum Tusculanum alienent, & ne de familia nominis mei exeat. secundum uoluntatem eos quoque inuitatos intelligendum est, quibus hæredes extranei fideicommissum libertatem reddiderant. ratio enim huius responsi fuit, quoniam qui ex iussu testatoris manumittuntur, in illius nomen succedunt: quæ obrem fideicommissi uerbis compræduntur, sicuti & in suprascripto Scæuolæ responso: non autem id ex præsumpta tantū testatoris uoluntate inducitur, quia iusserit eos manumitti, ut Accursius, Bartolusque censuit. Repetitur etiam aliquoties in iure ciuili hæc dicitio, nomen: & hoc non alio significato, quā familiæ seu gentis. Illud tamen sciendū est, familiam a gente, significatione differre: quoniam gens latius accipitur, ut comprædat omnes eiusdem stirpis & nominis, etiam millesimo gradu disiunctos: familia magis ad agnationem refertur, quod ex Tranq. in Nerone cognitu facile est. & hæc quidem satis.

*Restitutū Græcum adagium Iurisconsulto,*  
tit. de iureiur. l. si duo. §. fin. CAP. II.

VLPIANUS libro ad edictum XXXI. cuius responsum sub titulo de iureiurādo in Pandectis hodie legitur, ita ad uerbum scripsit: Si quis iurauerit in re pecuniaria per genium principis dare se non oportere: uel intra certum tempus iurauerit se soluturum, nec soluerit: Imperator noster cum patre rescriptis, iustibus eum castigandum dimittere, & ita ei superindici, *πρωπετας μη ομνη* &c. Verba hoc sunt reum admonentis, quæ sic Latine transferas: petulanter, seu temerē ne iura.

*l. cum pater. §. si dei. ff. de leg. ij.*

*l. ult. in si. ff. de grad. success.*

*l. si duo. §. ff. de iureiur.*

Veri.

Verisimile autem est uulgo fuisse iactatū huiusmodi dictum, & quod ferē prouerbij loco usurpari posset. Suetonius in Caligula, non multum dissimilis irrisionis facit mentionē: Alterum, inquit, qui se pro salute ipsius periturum uouerit, cunctantem pueris tradidit uerberatū, insulatumque, ut uotum reposcens, per uicos agerent, quoad præcipitaretur ex agere. Verum has irrisiones, cum quis per ora hominum cum insula defertur, Græci *πρωθεγμα πρου* appellant: id enim fit ut exemplo cæteris sint. Latine traduci dicuntur Liuius & Tranquillus in Vesp. & in Euangelio Matthæi. Cæterum & in eodem Iurisconsulti loco sic legitur: Nūquid ergo qui iurauit furtum se non fecisse, hoc solo nomine, conditione, si conueniatur, exceptione utatur: cæterum si contendat, qui condicit, quasi cum hærede se furis agere, non debet repelli, & quasi *μονομυθης* condictio ei dari debet. Vocē Græcam, unius partis, ad uerbum interpretaberis: quod nec Accursius sefellit. sed hanc ego uocē a Iurisconsulto de rhetoricis libris acceptam crediderim: siquidem scribit Hermagoras, in causis quatuor modis non consistere defensionem: quorū unus est qui uocatur *μονομυθης*, cum ex prima parte tantum, hoc est, persona agentis, constat causa, nec quicquam ex secunda afferri potest, ut sunt loci communes. uerbi gratia, leno qua parte uenturos ad se adolentes sciebat, foueam fecit occultam, ea iuuenes perierunt: accusatur quod causam mortis præstiterit, hic lenoni nulla defensio est. Appellatur id genus etiam *επιρομυθης*, & *καθ' επιρομυθειαν*, ut Chyrius Fortunatianus scribit: additque non multum esse huic dissimile, quod *αχρωματος* dicitur. Cum ergo Iurisconsultus eum qui iurasset se furtum non fecisse, non solum actione furti, sed etiam conditione tutum ostendisset: dubitauit, an id tantum procederet, cum hoc solo nomine, id est, ea sola causa conuenitur, quod ipse furtum fecerit: an uerō etiam procedat, cum non tanquam ipse fur, sed tanquam furis hæres conuenitur. & respondit non procedere, quapropter actorem habere conditionem *μονομυθειαν*, id est, quæ ex parte rei nullam defensionem habeat: non enim iuramentum ad hunc casum extenditur. Et hic uerus est legis sensus, quem nec Accursius, nec alius quisquam, cuius edita sit sententia, satis perspexit.

*§. idem iul.*

*Qui fuerint exconsules, exquæstores,*  
expatriij. CAPVT. III.

IN IUSTINIANI principis constitutionibus. quarundam dignitatum nomina referuntur: quæ quidem si simplici, & consueta forma annotata forent, nemo est qui non intelligeret: sed quoniam præpositionibus cuiusdam additamento scripta reperiantur, quam plurimis etiam doctissimis uiris uestigandi anxietatē præstiterunt. sunt autem hæ dictiones, exconsul, exquæstor, expatrius, & si quæ aliæ si-

miles. Existimauit Pet. Crinitus in libris de Honestâ disciplina, exconsules esse eos, qui consules fuerant, sed nunc magistratu functi sunt: idemque in cæteris: ut qui Ciceronis tempore consularis diceretur, ab Iustiniano sit exconsul nuncupatus. quam quidem sententiam autoritas, uel rationibus aliquibus id ipse persuaderet: cæterum cum autore hac in re nullum laudet Crinitus, non arbitror tantum illi deferendū, ut eo contenti simus, *αυθης εφα*. Igitur ut eius dicto nos intercedamus, quandoque opinatus sum exconsules dici, qui consularem quidem dignitatem habebant, sed administratione carebant, & commodis: qualem patrem suum Aufonius describit, Curia me duplex, & uterque senatus habebat, Muneris exortem, nomine participem.

Argumentumque huius rei mihi erat Imp. Leonis & Anthennij constitutio, qua filici patrono per biennium concedi dicitur excōsularis moderatoris prouinciæ dignitas. Sed an fortasse uerius, consulem idem esse quod exconsulem, & temporum uitio, quæ iam in barbariem dilapsa fuerant, hanc Latini sermonis inductam corruptelam: ostenditur id ex Iustiniani constitutione secunda, titulo de ueteri iure enucl. Nam in principio constitutionis Tribonianum exquæstorem appellat, quem inferius simpliciter quæstorem dicit. Sed & in autographo Græco, unde illa efficta est, sic legitur: *παι το ερχεν τστο τω υφισα αφορι τειλωνανω επετρεταμεν τω ππαγγελιαρχω η τω ιδρω ακατορος ταιμα τε και υπατω*. quæ uerba sic ipse Tribonianus, ut arbitror, Latinis reddit: & omne studium Triboniano uiro excelso, magistro officiorum, & exquestori sacri palatii nostri, & consuli credidimus. hinc euidentissimè apparet, uerbum *ταμίας*, quod nos quæstorem solemus uertere, exquæstorem, quod idem est, dictum. Qua ratione etiam Exarchum, quem Rauenuæ Constantinopolitani Cæsares constituiebant, nomen sumpsisse uerisimile est, quasi *την αρχος*. tamen si *εξαρχος* quoque suū Athenienses habuerunt, ut Onomasticōn VIII. Iul. Pollux scribit. nam & hæc præpositio in compositione quandoque ferē nihil a simplici significatione uariat, quod liquidò apparet in dictione *εξαγγελος*, *εξαρχων*, *εξανθεισος*. Isidorus tamē Crinitij sententiæ, quæ eadem & Accursij fuit, auctor, dum qui consulatu excefferunt, excōsules interpretatur, non parum me mouet, ut fortè ex cōsules interpretari debeamus, qui consulari dignitate ornati sunt, siue quia nunc cōsules sint, siue quia fuerint: quauis etiā re ipsa eius honoris administrationem nunquam habuerint. Fortè etiam qui consulari patre nati sunt, hac appellatione potuerunt contineri, sicut *εξανθεισος* Græci uocant *τ' ελδωθρομυθως* filios: quod tamen non probō. In Cod. Theod. sub rubr. quorum appel. non recip. exantistes dicitur qui antistes olim fuit: Quoniam Chronopius exantistite &c. Sic Ammianus Marcellinus

*l. petitionem. C. de aduoc. diuer. iudic.*

*l. tanta. C. de uete. iure enucl. in prin.*



Vadomarium exregem Alemanorū uocat, qui regno fuerat deuolutus.

Restitutum responsum Iuriconsf. in l. credi tor. §. Lucius. ff. mandati. et declaratum optime. CAPVT IIII.

In l. creditor. §. Lucius. ff. mand.

QVæsitum fuit, num procurator, cuius liberæ administrationi rem suam domi nus mādasset, ita ut quemadmodū uellet, de ea negociaret, posset pro proprio facto rem domini obligare. Et cum quidam posse affir marent, aduersus eos sensisse Scæuolam iuris autorem libro reponforū primo allegabat. Item quæro, an cū Seius magistratu functus debitor extitisset, L. Titius eo nomine con ueniri possit, uel res eius obligata essent pro pter uerba epistolæ suprascriptæ. Respondi, neq; conueniri posse, neq; res obligatas esse. Cæterum qui in aliam sententiam iuerant, ita argumentū id euitabant, ut dicerent: tamen si epistolæ uerba uiderentur generalia, coarcta ri tamen ad ea, quæ uenditionem, negociatio nem, pignus, simileq; opus respicerent. quod falsum esse ex ipsis Tuscorum Pandectis di cebant, in quibus ea epistola hoc modo legi tur: Σίω τέκνω χαίρειας. ἐγὼ μὲν κ' ἐφύσας νομίζω τῶ, ἵπερ πατρὸς ἢ τῆς πατρὸς ἡδὺς πρᾶγμα ἰδέσθαι δι χα τῶ ἕνα ἐπιτροπῆας. εἰ δὲ εἰ καὶ τοῖς τῶ ἕνας, ἠδὲ ἴπαι σοι πῶδι τῶ ἕτων ἡμῶν, ὡς θέλεις πρᾶγμα ἰδέσθαι, εἴτε πᾶλιν θέλεις, εἴτε ἄποθέσθαι, εἴτε ἀγοράζειν, εἴτε ὅπῃ πρᾶξῃ, ὡς κτελεῖς ἡμῶν, ἡμῶς τῶ κῦρια εἶναι τῶ ὑπὸ σὲ γινόμενα ἡγεμῶν. Ὁ μὲν δὲ αὐτὸς πλέγοντός σοι πρὸς μὲν δέμῳ πρᾶξῃ. Seio filio salu tem: Ego quidem secundum naturam esse ar bitror, quemlibet pro patre & parentis filijs negociari, etiam sine ulla mandati quæstione. si ergo ita fert usus, mando tibi de omnibus meis rebus, uti uolueris, negocia exerceas, siue uendere uelis, siue obligare, siue emere, siue quomodo cūq; agere, nō aliter atq; si do minus tu rerum mearum esses, me quicquid feceris, ratum firmū ducente, & nihil tibi con tradicente, nec in unam quidem rem. Igitur ex uerbo illo ἄποθέσθαι, quod Accursius paci sci transulit, nos maluimus obligare, constat generalissimū fuisse mandatum, quod tamen non comprænderet, quæ Seius in propriam causam uerteret.

Nouus intellectus l. ob æs. C. de prædijs minorum. et ibi quantum referat puncti ratio. CAPVT V.

RAtionem scribendi, punctaq; dictioni bus suo loco addendi, nō minimæ apud Grammaticos diligentia partem fuisse illud ostendit: quod si ea nō obseruetur, non me diocres intelligendis autoribus tenebras in hicit. Hinc cum apud Latinos pleriq; Gram matici de punctis scripserint, Nicanor quoq; Alexandrinus idcirco σιγματίας est cognomi natus, quod anxie & nimis sollicitè πῶδι σιγμῆς scripserit. Igitur ut etiam in iure civili ex eo rum omisione aliqua peruerti ostendam, sa tis erit unicam constitutionem referre, quam

Imp. Diocletianus & Maximin. Augg. & Cæls. Leontio direxere, in hæc uerba: Ob æs alienū tantū causa cognita, prædiali decre to prædiū rusticū minoris prouinciale distra hi permittitur. Quam constitutionem nostri interpretes ita interpretantur, ut inde regula riter prodant, taxatiuam dictionē similia nō excludere. cū enim legissent, & ex donatio ne propter nuptias, & ex causa dotis, & alijs quoq; modis prædium minoris posse uenun dari, si constitutione cauetur ob æs alienum tantū id fieri posse, consequens est nō exclu di similes causas. Et ex hac interpretatione ua rijs in locis plurimas quæstiones perperam explicant nostri Doctores, quas per lasonem alicubi collectas reperiri non admodum diffi cile est. Cæterū omnis hic error ex eo proma nauit, quod suo loco punctum in uulgatis co dicibus appositum nō erat: cum post dictio nem, alienum, statim subdendum fuisset, eo sensu, ut ob æs alienum fundum distrahi lice ret, cognita tantū causa: nō enim quāuis sta tim constet uenditionem ob æs alienum fieri, idcirco decreto opus non est: quinimō neces saria est causæ cognitio. Quid enim si alia ra tione, quæ minoribus magis conducatur, æs alienum dissolui potest, quàm ex fundi uen ditione? Nec tēt hinc aliqui argutias, quasi in dubitati id esset iuris: quos confutare super uacuum est.

Lex, pars literarum, de iudicijs. nouo sensu elucidata: et explicatum qui sunt archontes. CAPVT VI.

PAulus libro reponforū 11. his uerbis putitur, quæ sub tit. de iudicijs, à Triboniano in Digestis relata, in omnibus uulga tis codicibus non satis fideliter legunt. Pars literarū diui Hadriani: ἐδὲ ἀρχοντας ὃν ἢ ἀρχοσι ὀτιαι τῶ, μήτε εἰσοίαι δὲ κῶ ἰδίασ, μήτε διοκῆτωσ, μήτε φθῶροντων, μήτε τῶδὲ ὡσ ἐπίτροποι, ἢ κροστω ρεσ εἶναι. ἐπεὶ δ' αὖ δὲ ἴβηκη ἢ ἀρχῆ, καὶ αὐτοῖς πρὸς ἐδὲ φθῶροντας, καὶ τοῖς φθῶροσι πρὸς αὐτῶν εἰσοστω μῶδ εἶναι τῶσ δὲ κῶσ. Archontas, id est, Atheniensiu summos magistratus, quo in administratio ne erunt anno neq; propriā causam introdu cere oportet, neq; actores, neq; reos esse: nec in eorum quidem causis, quorum tutores uel curatores sint: ubi autē magistratu functi fue rint, & ipsis aduersus reos, & reis aduersus ipsos actiones introducende sunt. Et hoc mo do transferenda fuit hæc epistola. Alioquin si uulgatam lectionem sequamur, dubium erit, quid sibi uoluerit Hadrianus, cum dixit, non posse magistratus cognoscere de his rebus, pro quibus tutores fuerint, non enim rebus tutores dantur, sed ut Iurisconsulti nostri tra diderunt, personæ. Cæterū & Accursij, Bar toli, cæterorūq; interpretatio minimè conue nit, qui generaliter hanc legem in omnib. sum mis magistratibus locū sibi uendicare existi marunt. qua in re quantum decepti sint, non dubito quin eruditi cognoscant. Quod enim nos alios secuti, ἐδὲ ἀρχοντας expoluimus sum mos

l. ob æs. C. de præd. min.

In l. ff. constante. ff. solut. matr.

l. quod Labro. ff. ad Carb.

l. pars literar. ff. de iud.

mos magistratus, de eis tantū intelligendum ducimus, qui Athenis constituebantur. Neq; id nominis apud Græcos frequētius pro alio magistratu accipitur, quàm pro Atheniensi: quod apud Latinos in Spart. quoq; & Treb. Pollione deprædes. Scribit Suidas hos ma gistratus Athenis fuisse archontas, quos fe re principes Latine dixeris. hi erant nouem, quorū thesmothetæ, id est, legumlatores nu mero sex, βασιλδς ἢ πολέμαρχος, hoc est, Rex, itēq; Imperator, tum ipse Archon. Memi nit & Plutar. in Politicis, & in Periclis uita, Pausaniasq; horum quoq; mentio est apud Iulium Pollucē. Igitur quod Hadrianus scri pfit πῶδι ἀρχόντωσ, intelligendū est speciali ter ab eo in Atheniensium iudicijs ita con stitutum: ut minimè trahenda sit pars episto læ ad omnes, qui summum magistratum ge runt, ut hætenus nostri interpretes fecerunt, qui cum complura responsa eorum sententia aduersantia uiderent, antinomiam per quædam subterfugia quærunt euitare. sed & exemplo non caret, aliquid in iure ciuili relatum, quod unius tantum ciuitatis iura respiciat.

Iustiniani inconstantia in condendis legibus suggillatur: tum ex Græcis autoribus refertur, quis uir Tribonianus fuerit. CAP. VII.

l. pen. et fin. et auth. C. ad Tert.

EXTant in Iustiniani Codicis tractatu ad Es. c. Tertullianum, quædam constitutio nes tam simul contrariæ, ut nemo extricet: quin clarissimè constat ab altera alteram corri gi: quam rem breuissimè explicabo. Defun cto filio, sola matre superstite, ex senatuscon sulto mater succedebat: si fratres erant super stites, non succedebat, siue uterini, siue ger mani forent: si sororum aliquæ extitissent, in stirpes uocabantur, ut mater dimidiā, cæteræ sorores aliam dimidiā obtinerent. Emenda uit hæc iura Iustinianus, & primò constituit, ut fratres utrinq; coniuncti, unā cum matre succederent, quæ in uiriles portiones admitte retur. Emendauit rursus hoc idem Imp. distin xitq; eos, qui utrinq; coniuncti essent, ab his qui solū germani forent. sed & cum sorores extarent, correxit idem Imperator legē, quā semel confirmauerat: statuitq; ut si sorores utrinq; coniungerentur, succederent in dimi diā: quod si fratres quoq; adessent, eorū be neficio in uiriles partes uocarentur. Rursum idem correxit, ut semper mater cum sorori bus utrinq; adiunctis in uirilē admitteretur, etiam si fratres extarent: si utrinq; defunctum non attingerent, penitus excluderentur. Hu ius inconstantiæ leuitatisq; rationem cum po stiores interpretes diu uestigare contende rint, atque in primis Cornæus mirificè hoc in negotio se distorqueat, ne amplius quisquam se cruciet, libuit Tribonianū uitam referre: un de quid in causa huius rei fuerit, facillimè dig nosci poterit. Igitur Suidas Græcè quidem, sed in hunc sensum: Tribonianus, inquit,

Græcus, omnis religionis cōtemp tor, & præ fertim à Christiana fide abhorrens, adulator, & fraudulentus, persuasit Iustiniano Impe ratori, fore ut is nunquam moreretur, sed in cœlum cum carne assumeretur. Quæstor fuit Iustiniani. hic tantum naturæ dotibus, inge niōq; pollebat, ut suæ ætatis nemini secundus esset: auaritiæ autem eousque erat deditus, ut ius & fas uenale haberet. nam singulis die bus & leges ferebat, & latas reuocabat, uti indigentiu usus, à quibus pecuniam acceperat, postulare uideretur. Cū diu post inde ptum honorē superuixisset, morbo tandem decepsit, ab aliquo nulla prorsus affectus iniuria, quod uidelicet sermone comi blandoq; erat, & auaritiæ morbum doctrinæ præstantia uelabat. Cæterum & his non ab similia in Tribonianū Procopius lib. bell. Pers. primo refert: additq; fuisse genere Pamphilium, & unā cum Ioanne, ut populū seditiones seda ret, à Iustiniano de magistratu quandoq; de lectum. ut non ab similem illi arbitrari quis possit, quem Vergilius notat, qui leges fixit precio, atq; refixit: frequens enim id Græculis delictum fuit. Quapropter idem Proco pius cum Proclum laudare uellet: Erat, inquit, Proclus Imperatoris affessor magistratum quaestoris gerens: uir in primis iustus, & procul ab omni auaritia: ideo neq; aliquam legem facile in alicuius gratiam cōscripsit. ut iam Tribonianū ipsius mores nemini ignoti esse debeant: tamen eum Iustinianus ubiq; laudet. sed facile est indocto imponere regi: ἀλλὰ φάβηται quippe Iustinianus fuit, & om nium literarum ignarus. Quid mirum? cum eius pater Iustinus à teneris annis suum cus tos, mox boum, dein lignarij fabri minister fuerit. ut Accursij scrupulum tollamus, ubiq; dubitantis, propterea quod Iustinianū, Con stantini filium, in Decretis legerat. sed ille alius est, nostro posterior, qui ἐπιότῳ Græcè cognominatur, quia truncis esset naribus. Sunt tamen qui aliter de Triboniano senti ant, nec temerè Grammaticis de Iureconsul to credendum arbitrentur: quando quidem etiamnum uideamus, & sapissimè experia mur, quanto supercilio id hominum genus, quo iure, qua iniuria & mortuos & uiuentes inflectetur, quamq; suis in studijs hi sibi pla ceant Moria beneficio felices, alios omnes contemnant: & epistolis ante ipsos legum codices præfixis, Accursium, Bartolum, cæ terosq; acerbissimis conuicijs dilacerent. Im peratoris sui Laurentij Vallæ exemplo pro uocati, cui mortuo honos hoc epitaphio ha bitus fuit: Tandem Valla filet, solitus qui parcere nul li est. Si quæris quid agat, nunc quoq; mor det humum. Quod sanè carmen longè magis ipsis, quàm Vallæ conuenisset, cuius doctrinæ pleraque huiusmodi condonanda sunt: at hi ea maximè reprobant, quæ non intelligunt.







legitur, & earum rerum nomine &c. corruptus est locus, & non coniuunctiua dictio, & legenda est: sed potius quæ ad similitudinem refertur, ut, pro sicut. Quaritur enim, num petitio fideicommissi competat ratione bonorum, quæ extra dotem relicta sunt, ut, pro sicut, competit earum rerum nomine, quæ in dotem datae sunt ob castellum Nacclenum, cum corporibus uidelicet illatis. In hoc enim clarissimum est competere actionem: sed dubium fuit, respectu illarum rerum, quas marito legauerat, ut eas haberet, quandiu uiueret. ut inde cognosci possit, quam minima elementi unius inuersio, totum sensum obnubilet, & obscurum reddat: tum & illud, nihil presentis responsi interpretatione, eam quaestionem facere, num enunciatiua uerba disponant. quem tractatum, cum identidem a quibusdam ubiq; inculcetur, merito repositam cramben appellauerim.

*Legem, diem functo, malè intellectam ex unius dictiuncula inuersione.*  
CAP. XX.

**P**apinianus lib. respons. tertio: Diem, inquit, functo legato Caesaris, salarium comitibus residui temporis, quod legatis praestitutum est debetur, modò si non postea comites cum alijs eodem tempore fuerint: diuersum in eo seruatur, qui successorem ante tempus accepit. Hæc uerba sub titulo de assessoribus relata hodie leguntur, corruptis tamen exemplaribus, in quibus non praestitutum, sed praestitum, falsò legitur. uerum & tantum negocij ex eis, interpretibus nostris fuit illatum, ut in quatuor hæses diuisi uaria in responsi interpretatione tradiderint. Nos omisso quid ipsi senserint, cum facile unusquisque eorum comentarios sibi comparat, nostram sententiam sic explicamus. Cum Imperatores legatum suum in prouinciam mittebant, salarium suum quod sibi haberet, constituebant: tum etiã aliud quoq; assignabant, quod suis assessoribus dederet. Fingamus igitur legatum, cum in prouinciam uenisset, mortem obiisse, num idcirco de suo salario assessores periclitabuntur? & non periclitari responsum est. Finge rursus non decessisse, sed successorem illi datum, & tunc aliud iuris obseruatur: quando enim praesidi ante tempus successor datur, non fit id, nisi cum ipsius contumelia, & ob peruersos mores: quapropter & omnes qui ab eo electi sunt, decidunt, quoniam ab improbo sunt delecti, in morte non ita est. Nec dicat quisquam, posse successorem dari legato, qui tamen nullius culpæ erit reus: quoniam nisi delinquat, non solet princeps alium subrogare ante finitam administrationem: cum etiam si sua opera indigeat, possit praeses per delegatum quem princeps approbauerit, in magistratu esse: nam & qui Romanæ historiae peritus fuerit, non opinor hac in re aliquid dubitaturus est,

*Multa iurifconsultorum responsa, de uasis mensurisq; loquentia declarantur, reducunturq; illæ ad nostri temporis normam.* CAP. XXI.

**A**mphora uas est uinarium, mensuram uidelicet continens. Vt autem breuibus expediam, non tam quod alij longissimis tractatibus prosequuntur, quam quid ipse sentiam: Hemina uncias continet nostras septem semis: sextarius, uncias x v. congius heminas xii. modius, heminas xx xii. urna, heminas xlvi. amphora, heminas xcvi. Sed quoniam qui sextarij pondus nouit, cætera nouisse facillimè potest, probandum a nobis est, in sextario xv. esse uncias: & in primis Plinium laudo autorem, qui lib. xx i. cap. ultimo, cyathum pendere drachmas x. scripsit: unde cum in sextario constet xii. esse cyathos, sequitur centum & uiginti drachmas, hoc est, uncias quindecim pendere. sic & Rhem. Palamon de cyatho: Bis quinque hunc faciunt drachmæ, si appendere tentes. Cleopatra quoq; quæ de unguentis, & chemistica ratione Græcè scripsit: ὁ ξέστος, inquit, μέτρον μὲν ἔχον τίτλος β'. σαθμῶν ὅσων ἑκάστη ἐκ. καὶ λέγεται ἢ πρὸς Αἰγυπτίους ὁ ξέστος ἴδιον. id est, xestes, qui & sextarius, mensura habet heminas duas, pondere drachmas cxx. uocaturq; ab Aegyptijs Inium. Galenus quoq; Παρά τῶν τοῖς Ἰταλοῖς, inquit, δίδεται ὁ χέστος μέτρον μὲν ἔχων ἑξήσδεσ' κστύλας β'. σαθμῶν ἢ ὄδων ὁ μίλιος, ὅπερ ὄσιν ἀφθονέσων, ὄσα χμάς μ'. In Italis congius inuenitur, in quo mensura sextarij sex insunt, id est, heminae xii. pondere uerò drachmæ dccxx. aqua pluuiali accepta, quòd ea iustissimè semper pondus habeat, nec mentiat unquam. Nec me mouet quod ab autoribus traditum est, in xeste, seu sextario Atticas uncias xvi. alibi uncias xx. esse: quoniam Attica uncia erat aliquanto leuior quam Romana: còmunis uerò Græcorum longè leuissima: eiusdemq; ponderis erant Romanae quindecim, cuius Atticæ xvi, Græcæ xx. quæ res cum à me alibi tractata diffusius sit, non est quòd hîc repetatur. Sanè cadus congios decem continet, sicut & metreta Dioscoridi lib. v. licet alij cadum duodecim congios continuisse referant. Pollux metretam, amphoram quandoque significasse scripsit: sed priorem sententiam probo. Hæc uolui praefari, ut quædam Iurifconsultorum loca exploratiora facerem in titulo, de tritico, uino & oleo legato. Pomponius: Vino legato, ea demum uasa sequuntur, quæ ita diffusa sunt, ut non ad perpetuum usum referuarentur, ueluti amphoræ & cadi. cum enim amphora, & cadus uasa sint mensoria, & non magnæ amplitudinis, in eis uinum perpetuò non seruatur, sed ad tempus conditur. non ita est in dolijs, quia dolia etiam maximæ amplitudinis fiunt, nec certam mensuram habent. hinc eodem titulo Proculus: Illud uerum esse puto, cui uinum legatum cum uasis erit, ei amphoras, cados, in quibus uina diffusa seruamus, legatos esse: uinum enim in amphoras & cados hinc mente

mente diffundimus, ut in his sit, donec usus causa probaretur: & scilicet cum his amphoris & cadis id uenditamus. In dolia autem aliam mentem conijcimus, scilicet ut ex his postea, uel in amphoras & cados diffundamus, ut sine ipsis dolijs uaneat. Declarat eodem modo aliud responsum, quo traditur, legato uino in amphoris, illud comprændi quod in urnalibus erat: urna enim dimidiam amphorâ comprændit.

*L. quisquis. C. si certum petatur, hæc lenus non intellectam: tum quid ibi significet collectarius: rursusq; quædam de argentarijs & mensarijs.* CAP. XXII.

*L. quisquis. C. si cer. pet.*

**I**mp. Honorij & Arcadij & Theodosium præfect. præ. constitutio est, in hæc uerba: Quisquis iudici foenebrem pecuniam mutauerit, si in prouincia fuerit uersatus, quasi emptor legum atq; prouinciæ: uel si quis collectarius honoris precium dederit ambienti, exilij poena una cum ipso iudice plectetur. Pro huius constitutionis interpretatione dubitatum fuit, quid significet collectarius. & Accursius, mox alij existimauerunt, eum hanc appellationem fortiri, qui eundem honorem ambienti riuali suo pecuniam dat, ut desistat, nec secum concertet: quæ sententia nullius autoritate comprobatur. Suidas, Collectarius, inquit, est ἀργυρομοιβός ἢ τοῖς κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἀμοσόμενος. hoc est, argentarius camptor, & pro argento monetam uicissim tribuens. Acron quoq; in Horatium, collectarios pro coactoribus argentariorum accipit. Igitur sciendum, in re nummaria esse argentarios, nummularios, mensarios, campsores, trapezitas, collybistas: quæ omnia uocabula fere idem significant: nisi quòd argentarij maiores negociatores erant, qui non in permuto tantum, ut cæteri, tabernâ exercebant, sed qui etiam nummos foenori collocabant, non suos tantum, sed etiam aliorum. Hinc apud Plautum argentarius pro foeneratore accipitur. sicut enim nostris temporibus in foro mercatorum literis quibusdam, quas cambij uocant, debitores subscribunt, soliusq; proxenetæ testimonio utuntur, ita ueteres illi argentarij rationes pro instrumento habebant: quapropter ne fides labefactaretur, de publico solebant constitui, eligebanturq; magnæ fidei homines. Si itaq; aliquis collectarius, id est, argentarius, pecuniã ambienti aliquem honorem praesidi, quòd eum facilius consequatur, dederit, & ipse & praeses exilij poena coërceri debent. Hic itaq; rectus est constitutionis sensus, ut nemini dubium esse possit, uulgatum illum Accursij explodendum esse: nisi quisquam in significatione uocabulorum idoneum illum habet autorem.

*Præscriptis uerbis actio unde dicta: et quid ab exceptione distet: præscriptio: quid item sit actionem dare: & declarata lex ij. C. de formulis.* CAP. XXIII.

**T**heodosij Valentinianiq; Imp. constitutio est, Hieronymo præfect. præ. scri-

pta his uerbis: Nulli prorsus non impetratæ actionis maiore uel minore iudicio agentis, opponatur exceptio, si aptam rei & proposito negotio competentem eam esse constituerit. Quæ quidem constitutio non id respicit, ut à Pontificibus, quod Accursius & quidam alij attestati sunt, actiones impetrari solitas ostenderet, cum id etiam ante horum Imp. tempora, in usu esse desisset: sed potius ad iudiciorum, quæ sub prætoribus agitabant, consuetudinè refertur. nam priusquam quisquam litem contestari permetteretur, necesse erat ut prætorem adiret: narratq; illi re, prætor quæ competere sibi uidebatur, actionem illi dabat. Cicero in Verrè: Si quis eum pulsasset, edixit, se iudiciu in iuriarum non daturum: quicquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum: ipsi autem nullius rei actionem se daturum. Hinc in edictis prætorum, quæ passim sub titulos Digestorū composita leguntur, itemq; in interdictis, prætor nunc se daturum actionem affirmat, nunc uti æquitas suggerit, negat. Erant autem actiones quibusdam formulis comprænsæ, quas litigatoribus iudices præstabant: nisi quòd ex facti differentia plerumq; eas prætor immutabat: & pro arbitrio uel expungebat, quæ ad rem non faciebant, uel quæ necessario erant apponenda, subiungere non grauabat. Non ita erat in contractu innominato, in quo certa forma uerborum erat statuta, ut uidelicet quemadmodum se res haberet, describeretur: tum quæ còtractus species esset, referretur: hinc actio præscriptis uerbis dicta. Cicero de finibus bonorū & malorū: Omnis autem in quærendo, quæ uia quadam & ratione habetur oratio, præscribere primum debet, ut quibusdam in formulis ea res agatur. Idem in Oratore ad Brutū: Quid est quo præscriptum aliquod, aut formulam exprimas, cum in suo quodq; genere præstet, & plura genera sint: præscribere enim Latina lingua statuere, & certo modo ante ordinare comprændit: cuius uulgatæ significationis non est quòd hîc satagam probationis causa quicquam asserere, ut inde fortasse præscriptiones pro exceptionibus sumi crehendum sit: quòd certis formulis exceptiones ita constarent, sicut & actiones. Fortunatianus certè rhetor, atque idem consultus, libro primo Institutionum rhetorices: Quid interest, inquit, inter præscriptionem, & translationem? quòd præscriptio excludit actionem, translatio autem differt. quibus uerbis ostenditur, generalius esse exceptionis nomen, cum præscriptio ad eas solum referatur, quibus seu à principio seu post litem còtestatam probatis euanescit actio: licet Socinus aliam ipse differentiam excogitarit, quam non sequor.

*In rubri. ff. de excep. Dec. in rub. extra co.*

DISPUNCTIONVM LIBRI QVARTI ET VLTIMI FINIS.



Andreas Alciatus sacrosancto antistiti  
Philippo Saulo electo Brugna  
tensi. S. P. D.



**V**i meus in te est amor, summaq; obseruātia, humanissime Saule, cum iam diu munusculo aliquo tibi ostendere decreuissem, nunquā tamē, nisi in præsentia, data est occasio. nam cum precibus quorundam adductus, treis ultimos Codicis Iustiniani libros emendare conatus fuisset, creuissetq; castigationes illæ in opusculi formam: uisus sum operæ precium facturus, si hoc quaecunq; est libelli, tibi nominatim dedicauissem: tum quod inde non minimā operi auctoritatem comparari uidebam, tum etiam quod non alij magis quam eloquentissimo Iuriconsulto opus dandum erat, quod ex Iure ciuili, humanioribusq; literis constaret: quibus in studijs ita tu profecisti, ut cum summa laude possis in utrisq; primas partes sustinere. Accipe igitur sub patrocinio tuo eius auctoris opusculum, quē iamdiu tibi addicē habes: uel ex eo maxime, quod & tu merito in huiusce gloriæ partem debes admitti, qui non parum multā opem nobis attuleris, cum nescio cuius antiqui auctoris de palatinis officijs, ad Theodosium Imperatorem, quod unicum extabat exemplar, mihi dono dedisti: quoniam illud ad hanc prouinciā obeundam necessarium esse cognoueras. Vix cuiquam credibile fuerit, quantū difficultatis nobis attulit eorum auctorum inopia, qui tempore, quo constitutiones hæ, quas emendandas suscepimus, promulgatæ sunt, fuere in precio. Nam cum in his non admodum castigatum sit dicendi genus, dilabente Latini sermonis elegantia, non Cicero, nō Liuius, nō ex antiquioribus aliquis fuit adeundus, sed qui posteriori inter Theodosium & Iustinianum ætate floruerūt: quorum scripta rarissima extant. quæ res, uti arbitror, una deterruit alios: ut cum plures sint qui in Pandectas annotationes ediderunt, nemo tamen ausus est hoc oneris assumere, quod nos nō quidē alijs doctores, sed audaces fortasse magis, sumus aggressi. Me adiuuit itaq; tuus iste codex, nec minus legum interpres Græcus, alijsq; quidam recentiores, cæterorū manibus haudquaquam triti, uulgatiue: ut uel ob hoc non paruam gratiā aucupetur hic liber, quod repertu rara, nec passim cognita cōtineat. hac enim nostra tempestate, cum probabili certē consilio, se ueteribus unusquisq; familiarē præstet, eosq; auctores nocturna & diurna manu uerset, usu uidemus, ut rerū posteriori tempore gestarum cognitio penē sit nulla. quotus enim ille est, eorum scripta qui uitas Imperatorum post Tranquillum scripsere, qui perlegat, aut lectas intelligat? cum tamen in hac parte nō parua sit utilitas. Quod ad me attinet, et si hoc opus breui tempore à nobis absolutum sit (non enim plus dimidio mense in eo elaborauimus) maximo tamen studio continuaq; cura ita usi sumus, ut quod propter tempus deesse potuit, sit repensum diligentia. auguror tamen, quin potius uideo, quantos in meum caput crabrones excitem: cum exploratū mihi sit, increbuisse eam inter recentiores Iuris ciuilibus sectatores opinionem, ut eiusdem esse negēt, & leges scire, & humanitatis studia profiteri. Sed hos uel tu ipse potes conuincere, qui utranq; scientiam adprimē calleas: ut Aretinum omittam, Græcè & Latine disertissimū, qui tamen etiam ipsorum iudicio, optimus fuit Iuriconsultus: nam & uterq; nostrum Iasonem audiuit etiā in Latinis literis longè præstantē. sed hoc natura plerisq; datum est, ut quod ipsi assequi nō possint, maledictis deprimāt. Cæterum ut nemini hic nō esset quod posset addiscere, si obiter alicuius antiquioris auctoris, ab alijs malè intellectū locum, data est occasio declarandi, nec hoc grauari sumus adscribere, ut quoquo modo uidelicet studiosis proficerem, quod & ipsum si quibusdam fortasse non probabitur, mancipiolum certē tuum tui erit officij defendere, & iuuare suffragio. Vale. Bononiæ, Nonis Ianuar. M. D. XIII.

D. ANDREAE

ALCIATI IURISCONSULTI  
MEDIOLANENSIS CLARISSIMI,

in tres posteriores Codicis Iustiniani  
libros annotatiuncula.

De iure fisci, lib. x.



Metœci.

Locus in digressis.

Metœcia.

Optio.

Accensus.

Sitocomia.

Restitute in f. dictiones.

**L**N lege quarta, Cod. de iure fisci, lib. x. certa, ait Imperator, forma super metrocis data est. Crediderim ueram lectionē esse, metœcis: sic enim à Græcis dicitur qui sedes mutat, & de loco ad aliū transit. Latine trāsmigrator dici potest, seu incola. quem etiam Pomponius appellat, de uerb. sig. l. pupillus. quamuis ibi Græca dicitio impressorū uitio desideret. Sanè metœcion etiam locus Athenis fuit, in quo erat carcer. Metœcia quoq; ibidem dies festus. item sacrificia de receptis in ciuitatem colonis, sic appellari autor est Plutarchus in Theseo. Suidas metœcos dici eos tradit, qui extra patriam habitant: & tributum quod ab his persoluitur, metœcion: uiri enim soluebant drachmas XII. scemina, v. i. sed si qua filium peperisset, erat immunis. Menander horū meminit, & Aristophanes: Τὸς γὰρ μετῶκος ἀχρεῖα πρὸς ἄλλων λέγω. Paleam metœcos esse dico ciuim.

[In lege, super.] Scribit Accursius, optiones eos nuncupari, qui publica exigebant. eum ego haud rectē percepisse hanc dictionem existimo: cum Plautus in Asinaria, Varro, Nonius, Vegetius, optionem in eum sensum capiant, ut miles sit, qui ægros antecedit, tanquam eorum uicem, si usus uenerit, gerere sit paratus. Priscis accensus dicebatur. hoc in significato capitur apud Callistratum in l. ult. de iure immu. quamobrem etiam qui in palatina militia idipiū agat, quod in exercitu optiones, iure arbitror dici optionem. Ut nemini liceat in empt. spec. & c.

[In rubr. de munere siconiæ.] legendum, Sitocomiæ. Est autem magistratus nomen, qui frumenta & annonam curabat. Arcadius Iureconf. in l. munerum. de mune. & hono. personale, inquit, munus est cura emendi frumenti & olei. nam harum specierum curatores, quos σιτοκόμιας Græci uocāt, creati moris est. Vlp. quoq; de uacatione mun. l. 11. sextūdecimum, inquit, annum agentem ad munus Sitocomiæ uocare non oportet. Habetur etiā huius uocis mentio in l. ult. de administr. rerū ad ciuit. perti. uerū & illic & apud Vlp. Accursius hallucinatur. apud Arcadiū Græcum nomen deest, quod in Pandectis dicitur σιτῶνας καὶ ἐλεωνας. Sicut etiam apud Hermogenianum in lege prima, in princ. de muneribus, ubi σιτοκομία ait, id est, annonæ ac simili-

lium cura, munus personale est. nomen ipsum deducitur ἀπὸ τῆς σίτης, id est à frumento, καὶ κομίας, quod est curare. nec aliquem moueat, quod Arcadius eo nomine appellari tradat eos, qui etiam oleum emi curant: nam ea quibus uescimur, omnia possunt σίτη, hoc est, cibaria dici. Hom. ἰλιάδ. l. 1.

Πάτροκλος μὲν σίτης ἐλάσας ἐπένεμα τραπέζῃ.  
Diuisit capiens Patroclus edulia mentis.

Idem ἰλιάδ. τ.

Σίτη καὶ οἶνοιο τὸ γὰρ μὲν ὄρεσι καὶ ἀλκί.

Et Bacchus uires, & robur edulia præbet. Ex his patet error Accursij, qui mentionem omnino nullam de Sitocomis, huius in legis contextu haberi tradit. & idcirco suspicatur aliquā legem Græcam sub hoc titulo ab Imperatore fuisse appositam, quæ amplius non extet: cum in primis uerbis scriptum sit, quoties urgente necessitate comparationes frumenti & hordei, & c. quid enim aliud hîc designatur, quam Sitocomia?

De decurionibus.

[Lex, Circensium magistratus.] Existimat Accursius, Circenses populi nomen esse: quod nusquam legit: nisi fortasse Cirensium loco id nominis subditum fuisse, liberiorū culpa aliquis opinetur. Quibus lectionem uariare non placet, his operæ precium facturus uideor declarare, quinam hic sit magistratus. posse enim hîc intelligi arbitror, eos qui Circensibus ludis præerāt, quos quidam Plauti auctoritate in Pœnuli. adducti, designatores appellāt. Sed eorum opinio haud satis probabilis est, cum ludis funebribus potuit ea fabula esse acta, sicut Terentij Adelphi. nam & Horatij interpres, & Donatus scribunt, ludis tantum illis designatores præfuisse. quam in sententiam iturum Annæum Senecā existimauerim, qui de beneficijs lib. sexto, eos libitinarijs adiungit. Vlpia. de his qui notantur infamia, l. athletas. magistratum esse ostendit, cum tanquam maximum beneficium huiusmodi administrationem à principe dari solitam testatur. qui autem sint ludii Circenses, sat puto esse perspectū ex Tranqu. Seruio, & cæteris. Possumus etiam legere, circitorum: ut intelligamus eos, qui à triumphis, aut à præfecto uigilum cōstituti, urbem noctu circūibant, ad extinguenda incendia, & arcendos fures. unde illud in Iuuenilibus: Quid mecū tibi circitor moleste? Ad me cur prohibes uenire furem? Vegetius quoq; lib. 111. Idoneos, inquit, & probatissimos tribuni eligunt, qui uigilias circumeant, ut renuncient si emerit culpa: quos circitores appellant. nunc militiæ factus est gradus, & circitores uocantur. quid enim, si hos Imperator circenses appellauit? Sanè circitor, alio atq; alio significato capitur apud Vlpia. in l. quicumq; de institoria actione & Modestinū in l. si duos. de excus. tut. si modò fidelia sunt exemplaria. nam mihi subolet, eam legē, sicut & alias plerasq; eo in titulo ex Græco tralatas à quodam, qui non magis Græcè q̄ Latine

Circensium magistratus.

Designatores.

Circitores.

Circitor.

Circulatores. nē sciverit. Circulatores uerò apud Paulum in l. ult. de extraordinar. criminib. hī dicuntur rabulæ, qui serpentes circumferunt, proponuntq;: quales sunt nostro tempore, qui se diui Pauli gratiam (ita enim dicunt) habere profitentur. sed id ab re est.

In lege, quidam ignauia. Imp. Valens, quidam, inquit, monazonio congregantur. Suidas monazonos esse tradit inter militares uiros honoratos, & cingulo illustres. sed hoc ad rem præsentem non facere existimo: quoniam hīc per monazonium intelligo in eremis locum, in quo monachi congregant. *μοναζιον* enim id significat, quod solitarie uiuo: unde & *μοναζιοντας* patrio casu hīc legi posset. Nam Eutropius atq; Orosius tanto odio tradunt Valentē, qui eiusce legis autor fuit, persecutū monachos, ut abstracta ex eremis multa eorum millia, Barbaris trucidanda obiecerit, eo in prælio quo aduersus Gothos conflixit. et si Bart. qui inter Iurisperitorum interpretes longē primus est, eumq; secuti cæteri existiment hac lege prohibuisse Valentem conuenticula impiorū: & eorum præsertim qui ad subterfugienda munera ciuitates deferebant. sed hī profectò non norunt, quib. furijs sit in monachos inuectus hīc Imperator: nec ex historiarum ignorantia decepti hoc tantum in loco sunt recentiores, sed & in plerisque alijs. duo interim proposuisse

quidem in constitutione ita laborauerunt plerique Iurisperiti, ut referat Accursius, nescio quem Petrum, qui omnes se leges intelligere gloriatus fuerat, de hac interrogatum obmutuisse. Sensus itaq; huic textui talis uideatur assignandus. Scribit Iulius Nypsius in mensuris agrorum ad Celsum, legem XII. tab. apud Romanos fuisse, qua cauebatur inter confines uicinorum agros quinq; pedum spacium relinquendum esse, ubi aratrum circumuerti, & iter fieri posset, intra quod spacium nullus esset ufucapioni locus. quod & Cicero lib. de legibus primo ostendit. hanc igitur præscriptionem antiquatam hac constitutione crediderim, eodem Nypso autore: et si in hoc non tam disputo, quam locum indico unde ueritas exquiri possit: cū enim per ocium potero, diffusius rem omnem sum explicaturus. Sunt & cōplura alia, quæ longiore egent interpretatione: ueluti quid sit nexus, in l. unica, C. de ufuca. transfor. quid item ibi res mancipi, & ne mancipi: & quid sit testamentū per æs & libram: nam qui Boethium in Topicis non uiderit, haudquaquā intelliget. quin & frequentissima illa dubitatio, an de iure digestorum, materna bona filijs familijs quærentur, ex Iulij Capitolini uerbis in M. Antonini uita, qui à diuis fratribus id lege declaratum tradit, luce clarius potest perspicui: cuius rescripti & Iurisperit. Caius meminit in l. sacratissimi. ad Tertullianum. ut proculdubio cōmunis recentiorum sententia hac in quæstione sit explodenda. Accedit his, quod ex lege Falcidia dodrantem ab hæreditate semper deduci tradunt recentiores omnes: cū tamen diuus Hieronymus in Eusebij chronicis, ita demum euenire tradat, cū non plus quatuor hæredib. erant instituti, alioqui semis apud hæredes remanebat. Nam & quæ sit cretionum solennitas in l. cretionum. C. de iure delib. non intelliges, nisi ex Cicerone coniectaueris: qui ad Atticum lib. XI. literas, inquit, tuas accepi pridie Nonas Februarias, eoq; ipso die ex testamento creui hæreditatem, & rursus: Galeonis hæreditate creui. dico enim cretionem fuisse simplicem, quoniam ad me missa est. licet Veneti librarij, ab Pomponij editione (cū eam non intellexissent) dissidentes, aliter impreserint: cū & creui hæreditatem, acquirere significet, Festo autore. Sed hæc alibi diffusius.

In l. quinque summates. Imperatores Theodosius & Valentinianus mentionem faciunt augustalium. qui hoc nomine appellantur, non reperies, arbitrator, qui id in expedito habeat. Vegetius rei militaris lib. I. sic nuncupatos testatur eos, qui primos ordines in bello ducebant, quod ab Augusto ad id munus essent adiuncti. Capitur etiam huiusmodi dictio pro dignitate quadam, quæ inter magistratus municipales erat. Horum mentio in plerisque antiquorum tumulis: qualis ille in antistitis Brixiani palatio:

In l. prima mentio est nominis possessiui, Biblius. Iquod unde deductum sit, quidam aure nec Bozota, nec illepidi ignorant: cū tamen Auianus, qui Dionysij poetam transtulit, Bybliū nō longē Libano in Phœnicia collocet, uicinamq; dicat Beryto, hoc carmine: Hic Tyrus est opulens, Berytus, & optima Byblos. Dionysius: *Και τυρος, ὡν γίλω, βηρυτὶ τ' αὐτὴ βερνύ.* Berytus autem metropolitana urbs est, satis apud Iurecons. celebrata: ueluti in Pandectarum proœmio, in l. unica, de metropoli Beryto. in l. sciendum. de censib. ubi Iurisperit. eam coloniam appellat, Augusti beneficijs gratiosam, quibus uerbis addicit Plin. lib. V. cap. XX. qui non alia, uti arbitrator, de causa felicem Iuliam appellari tradit. extant apud Græcos de eius incendio uaria epigrammata, minime ad præsens opus facientia. In l. secunda, ex prouincia equitari. Legge, Aquitania: quæ Gallia est, sat nota ex Cosmographis, & Tibulli carmine: Gentis Aquitanæ, celeberrima Messala triūphis.

In l. secunda, in splendidissima ciuitate Laudiciorum. Vera lectio est, Laodiceorum, à Laodicea, quæ & ipsa nota est ex Plinio lib. V. cap. XXI.

Coll. Fabrum, & Cent. sex Sextio, Onesigeni ornamentis decurionalib. Brixia: VIVIR Augustal. patrono collegiorū Fabrorum, & Centonariorum, & Dendrophorum. Creabantur autem hī Augustales ab ordine decurionum, ut ex alio epigrammate didicimus, quod in mensa marmorea Mediolani, in diui Nazarij templo est: Faustus VIVIR Augustalis, qui inter primos Augustales à Decurionib. Augustalis factus est. Viria: Maximæ uxori charis. & Vrsō, Lupo, Leoni, Libertis futuris. Erant etiam tanquam iudices decurionū, ut ex lege sequenti cognitu facilimum est. Non me latet, Augustalem præfectum in Aegypto fuisse ab Augusto cōstitutum, cuius mentio in Digestis, de quo & hīc agi crediderim: nam & inde appellatam credere quis possit Augustanicam, quæ pars prouinciæ Aegypti est, ut scribit Ammianus Marcellinus: qua tamen in re iudiciū meum nō interpono.

In l. si quos spontaneos. Hypomnematographi. quid hæc uox significat ignorauit Accursius: quamobrem quædam de emponematibus nihil ad rem facientia inculcat. Sed illis ommissis, sciendum est, Hypomnematosographos eos appellari, qui cōmentaria scribunt. *ὑπομνηματα* enim cōmentarij sunt. Cicero filius epistolarū lib. XVI. multum, inquit, mihi operæ eripitur in scribendis hypomnematis. sanè postquam Augustus Cæsar Aegyptum in prouinciæ formam crexit, inter cæteros magistratus, etiā Hypomnematosographos constituit, ut scribit Strabo. de his hac constitutione agi existimo.

De Municipibus. In l. prima mentio est nominis possessiui, Biblius. Iquod unde deductum sit, quidam aure nec Bozota, nec illepidi ignorant: cū tamen Auianus, qui Dionysij poetam transtulit, Bybliū nō longē Libano in Phœnicia collocet, uicinamq; dicat Beryto, hoc carmine: Hic Tyrus est opulens, Berytus, & optima Byblos. Dionysius: *Και τυρος, ὡν γίλω, βηρυτὶ τ' αὐτὴ βερνύ.* Berytus autem metropolitana urbs est, satis apud Iurecons. celebrata: ueluti in Pandectarum proœmio, in l. unica, de metropoli Beryto. in l. sciendum. de censib. ubi Iurisperit. eam coloniam appellat, Augusti beneficijs gratiosam, quibus uerbis addicit Plin. lib. V. cap. XX. qui non alia, uti arbitrator, de causa felicem Iuliam appellari tradit. extant apud Græcos de eius incendio uaria epigrammata, minime ad præsens opus facientia. In l. secunda, ex prouincia equitari. Legge, Aquitania: quæ Gallia est, sat nota ex Cosmographis, & Tibulli carmine: Gentis Aquitanæ, celeberrima Messala triūphis.

In l. secunda, in splendidissima ciuitate Laudiciorum. Vera lectio est, Laodiceorum, à Laodicea, quæ & ipsa nota est ex Plinio lib. V. cap. XXI.

De incolis. In l. secunda, in splendidissima ciuitate Laudiciorum. Vera lectio est, Laodiceorum, à Laodicea, quæ & ipsa nota est ex Plinio lib. V. cap. XXI.

In l. secunda, in splendidissima ciuitate Laudiciorum. Vera lectio est, Laodiceorum, à Laodicea, quæ & ipsa nota est ex Plinio lib. V. cap. XXI.

De muneribus patrimoniorum. Lex est cuius initium, nec prostaſia. Possumus hīc legere, prostaſia. nomen enim id à Græcis magis celebratur, pro cuiusdam præfecturæ genere. *προστασις* enim præsidem, adiutorem in bello, defensoremue significat. Prostates, inquit Suidas, sacrificulus est, & altariū præses: est etiam magistratus nomen, qui præerat inquilinis Athenas incolentib. Prostasia quoq; auxiliarem turmam significat, & alia. ut apud Suidam ex Demosthene & Didymo. Antiqua tamen lectio & ipsa improbanda non est, cū significatione non differat à prostaſia. Capitur autē hīc seu promunere quod præstabatur à principe decurionum, seu (quod magis puto) pro eius magistratus munere, qui sacris præerat. apud Eustasium uidetur prostaſia idem munus esse quod proxenia. sunt autem proxeni hospitiibus suscipiendis præpositi: quod munus solebat à regibus iniungi, ut Herodotus autor est. scribit Aelius Dionysius proxenos ciuitatis hospites dici, ad quos diuertant legati, & qui eos ad populi concionem deducant. Quod autem sequitur, decaprotia. Per decaprotos intellige eos, qui pecuniam exigebant, quam ipsi fisco demum numerabāt. quod si morte alicuius, reipublicæ fuisset illatum damnum, decaproti de eo quod receperant, ipsi supplebant. munus non ab simile uectigalium cōductorib. quod *δευκ. προπια* Græcè uocatur. Arcadius Iurisperit. in l. ult. de munerib. & honoribus: Præterea habent ciuitates prærogatiuam, ut hī qui in territorio earum possident, certum quid frumentii, pro mensura agri per certos anno præbeant, quod genus collationis, munus possessionis est: munera uerò mista sunt decaproti, ut Herennius Modest. & notando, & disputando bene, optima ratione decreuit, nam decaproti *δευκ. προπιας, καὶ εἰκοσι προπιας* tributa exigentes, & corporale ministerium gerunt, & pro muneribus defunctorum fiscalia detrimenta refarciunt. Censet igitur Iurisperitus, eorum munus qui decaprotis dant tributa, possessionis esse: decaprotorum uerò mistum. hos decemprimos Latina uoce dixit Cicero in oratione pro Roscio Amerino. Existimo autem huiusmodi officium mancipibus proximimum fuisse, quos Asconius Pedianus tradit publicanorū esse principes, qui decimas à fisco emebant. in eo tamen differre, tum qd ex decurionum principibus eligebantur, & idcirco nobiliores erant: tum etiam quod illi ex portorijs ut plurimū recipiebant uectigalia, at hī fundos ciuitati uectigales habebant, unde pecunias colligerent, ab eorum uidelicet dominis. huius frequēs uocis quoq; mentio est apud Iulium Fir. lib. III.

De excusatione munerum. Lex, negociantes partiarj. Corrīgunt quidam, pannarij: eorū uidelicet more, qui quoties aliquod non intelligunt, inclamant corruptum codicem, & culpam suam refundunt.

Lex, negociantes partiarj. Corrīgunt quidam, pannarij: eorū uidelicet more, qui quoties aliquod non intelligunt, inclamant corruptum codicem, & culpam suam refundunt.

Noua declaratio data ad l. genera liter. in §. fin. ff. de decu. Iudaica superstio.

Vlpianus Iurisperit. consultus.

Sensus uerior l. quinq; pedum. C. fin. regund.

Filijsfa. bon. ma terna. quæri de iure ueteri.

Lex Falcidia.

Augustanica.

Hypomnemata.

Byblus.

Berytus.

Locus Plinij.

Augustales qui.

Prostates.

Prostaſia.

Decaproti.

Decemprimi qui sint apud Ciceronē et Firmicum.



dunt in librarios. Ipse certè minoris duxerim, ignorantiam meam fateri, quam alios noxæ reos facere: quod tamen impræsentiarum necessarium non est, cum parthiaros hic, interposita aspiratione, intelligere possimus, Parthiarum pellium negociatores, quarum mentio apud Plinium: & de quibus sensisse Martianum iuris civilis autorem existimant plerique in l. ult. de publicanis. alioquin & hoc nomine dici possunt, qui ex celeberrimo Carra-  
**Parthiarum.**  
**Carra** apud Iuriscons. quid significet.

rum emporio (is in Parthis uicus est) negociabantur, nam & inde carream, dicitur ligustrum Paulo Iurisconsul. in l. non omnes. de penu legata. etsi ibi impressus codex corruptus circumferatur.  
 ¶ In lege, maximarum conficiendi pollinis. Carisus declinari iubet, pollis pollinis. Cæsar in analogia, & Probus in Catol. pollen-pollinis, mauult. Est autem flos farinae. unde deducuntur pollinctores: quoniam in funeribus coenas opiparas, panesque ex polline comparant, precioso non parcentes. Inde à Græcio *ἄμμα πῶλον* dicti, ut Iulius Pollux autor est horum mentio in l. cuicumque. de insti. act. si libitaniarius, quem Græce *πῶλον* appellat, seruum pollinctorem habuerit. ubi in impressis codicibus & Græca uox deest, & pro pollinctore, pollicitator legitur. Sunt qui existimant pollinctorem, quando libitaniarum seruum significat, dici à pollincendo, hoc est, mortuos curando, ut ait Nonius. apud Catonem uero eum significare qui pollinem facit: quod proboneque me lateat, quanta sit apud humanioris literaturæ professores contentio in huius uocule differentia, cum polluctore: quæ hic referre nihil attinet. ¶ Quod autem sequitur, paraueredorum. intellige eos qui ueredum (est autem curriculae genus) regunt, ueredarios dici. hinc paraueredorum munus, cum ultra ordinariam cursus publici functionem, hoc munere extraordinario aggrauantur subditi, ut paraueredica causa aliqui conferant. qua ratione dicitur & paragaria: de qua dictione infra dicitur sum.

¶ In ead. l. Rheticus limes. ¶ quid hic uelit Imperator, Accursius non percepit. quare sciendum est, Rhetos populos prope Germaniam esse, per quos opus erat transire Barbaros, atque Rom. Imperii hostes, qui in subdita Imperatori regna tenderent. Iubet igitur hac constitutione Augustus, eos quibus Rheticus limes curæ est, ne à Barbaris capiatur, à muneribus quæ supra retuli, non esse excusatos: ut si usus uenerit, ipse ad eos possit ire, habiturus qui munera subeant. Fl. Vopiscus in Aureliano Fuluij Boij mentionem facit, qui dux fuerit Rhetici limitis. quin idem in Bonoso: Tribunatus, inquit, egit, & dux limitis Rhetici fuit. etsi apud eum, uitio impressorum. Rhetici militis legatur: sed castigatior lectio est, limitis.

¶ In ead. l. illicita expeditionis. ¶ legendum. Illyricæ, ex antiquo codice. sunt autem hi populi, quos Selaonas uulgaris lingua appellat: de quibus Plinius cap. xx. tertij libri, &

Polybius historiarum III.

¶ Quod uero subsequitur, utilitatis. ¶ uerior lectio est utilitas, hoc sensu: Sordida munera nulli subeant, exceptis his, à quibus limes Rheticus includitur & curatur, uel exceptis his, à quibus utilitas expeditionis Illyricæ adiuuatur, pro tempore & necessitate: id est, quotiescunque in Illyricos expeditionem ducere opus est. Erant enim quidam qui ad munera tenebantur, quoties Imperator pro sua utilitate agmen in Illyricos fortasse rebellantes duceret. hoc infra clarius patet in l. i. titulo proxime sequenti.

¶ Qui morbo se excusat. ¶ Lege, cum auriculari. ¶ uetustus codex habet, articulari. sic enim appellat chiragra, quod articulos, id est, digitos lædat. que infirmitas quo modo leuetur, habes apud Cornelium Celsum quarti libri capite ultimo. paruus hic utique error, sed uel ob hoc non obmittendus, ut antiquæ scripturæ fides salua sit.

De athleticis. ¶ Lex unica & singularis est, quæ athletarum certamina sacra appellat. cur sic nuncupentur, ab Accursio minime perspectum est: cum id adepta nominis sint, quod in deorum honorem fierent. Quatuor enim erant celebrati Græcis agones, quorum præter Pindarum, hymno v. Archias quoque his meminit notissimo epigrammate:

*Τίσαρες εἶπας ἀγῶνι αὐτῷ Ἐλλάδα, Τίσαρες ἴπποι, Οἱ δὲ οὐ μὴ θνῆκας, οἱ δὲ οὐ δ' ἀθανάτους, Ζεὺς ἀπειθείας, Πάριμον, ἀρχαῖοι, ἄθλα δὲ ἴππων, κῆρυ, κῆρυ, σέλινα, πίτυς.*

Sacra per Argiuas certamina quatuor urbeis Sunt: duo facta uiris, & duo caelibus. (ricque. Ut Iouis, & Phœbi, Melicertæque, Archemo. Præmia sunt pinus, poma, apium, atque oleæ. Hoc autem in certamine quinque ludis utebantur, quos Paulus Iureconf. in l. ij. de aleæ lusu describit, & Simonides hoc disticho: *Ἰσθμία, καὶ πύθοι, διοφῶντος ὁ φίλωνος ἐνίκα, ἔλμα, ποδοκάλυ, διοφῶντος, ἀκύντα, πάλω.*

Isthmia Philonis, Diophon, & Pythia, uicit Et cursu, & iaculo, saltibus, orbe, pale. Apud Pindari quoque interpretem. *ἔλμα ποδοκάλυ, διοφῶντος τὴν βολήν, καὶ ἀκύντα ἔρωι, καὶ δέομος ἡδὲ πάλω, καὶ δ' ἐπὶ πᾶσι τελετή.*

Cum disci iactu, saltus pedis, impetus hastæ, atque pale, & cursus, studium fuit omnibus unum. Qui autem his omnibus ludis uicisset, pancratiastes nuncupabatur. Pancratium enim hi quinque ludi uocabantur: sicuti & Pentathlon, autore Hermolao in Plinium. quæ tamē sententia ex autoribus probabilis non est: nam Lutatius pro diuersa ludicri specie pancratium ponit, dum palæstram esse tradit ludum, qui in lutea aspergine fiebat: qui autem in puluere fit, recto stadio inuicem se percutientium, pancratiū esse. huius ludi meminit Synesius in lib. de somnijs, Thucyd. lib. v. & Proper.

Dum patitur duro uulnera pancratio. Nam hic Propertium haud intelligere opinor, de quinque ipsius ludorum generibus, sed de eotantum,

Carra apud Iuriscons. quid significet.

Restituta Iurisconsulto antiqua lectio.

Veredarum. Paraueredum.

Rheticus limes.

Fl. Vopisci locum.

Articularis morbus.

Agones sacri quatuor.

Declaratus Iurisconsulto in l. ij. de aleæ lusu.

Pancratium.

Propertij locum.

Locum in ff.

tantum, cuius ex Luciano meminimus. Sicut & Iurisconf. in l. qua actione. §. si quis. ff. ad l. Aquil. Si quis, inquit, in colluctatione, uel in pancratio, uel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit, si in publico est certamine, cessat Aquilia. Mentio huius etiam apud Senecam habetur in declamationibus. Plinium lib. xx. xv. Gellium lib. 111. Imperator quoque Iustinianus in auth. de consulibus. Post illud, ait, quod dicitur totius diei, multa delectatione complebit populum hoc, quod uocat. Græcè *παγκράτιον*, & cum bestijs pugnant homines. sic enim ibi legendum est, non pancarpon, id est latine, sylua cōspecta. hæc enim uerba ab aliquo literarum ignaro addita textui ipse crediderim. ¶ Quod autem sequitur supra dictis proximum, adorna. ¶ existimo eum locum sic dictum, quod in eo cantantes cerentur, *πῶλον ὁ ἀδω*, id est, cano, *καὶ ὄρω*, uideo. Quod ad superiora attinet, dum Luciano pancratiastes scribit exercere se in puluere solitos intelligendum est de eo puluere quo se inspergebant: cuius mentio apud Statium in pugna Tidei atque Achillei: & apud Verg. fulua luctantur arena. Inde Iul. Pollux inter gymnica instrumenta enumerat, *κύνθη* *αὐτοῦ*, hoc est, pulueris sportulam. Sanè athlete quidam sunt, qui quod hastis luderent, xistici dicebantur: sicut & histriones, thymelici, & saltatores nuncupati, ut in l. athletas. de his qui nota.

Emendate duæ in ff. dictiones.

Heracleoticum certamen.

Emaculate Pandectæ.

Sacri canones correcti.

Restituta antiqua lectio in authenticeis.

nes reperiri. Cæterum latissimus est de huiusmodi ludis dicendi campus: uerum ad presentem rem hæc nimis fortasse multa.

De excusationibus artificum. ¶ Lecticarij. ¶ Hi sunt qui lecticas, in quibus per urbem magnates circumferantur, fabricabant: quarum meminit Iuuenalis Satyra prima alioquin hoc etiam nomine dicuntur serui, qui eas ferebant. Pomponius, l. si ex toto de legatis primo: Si lecticarios, inquit, octo legatum sit, non potest pars seruorum uendicari. hos Petronius Arbitrator lectuarios appellat: Procurator insulæ à coena excitatus, à duobus lectuarijs in mediam uixam profertur. nisi apud eum scriptorum uitio lectio salua non est, lubrico inter hæc lapsu. Meminit lecticariorum etiam Ser. Sulpitius in quadam ad Ciceronem epistola.

¶ Seu actuarij. ¶ Cediderim ueram lectio nem esse, arcarij: id est, qui arcas faciunt: quorum mentio est in l. ultima. ff. de iure immunit. nisi ibi malis legere, arcuarij. Hoc autem in loco nec improbanda fuerit lectio, lactarij: ut intelligas eos qui lac uendunt, & qui edulia ex lacte conficiunt. Lamprid. in Heliogabali uita: Dulciarios & lactarios tales habuit, ut quæcumque coqui de diuersis edulij exhibuissent, uel structores, uel pomarij, illi modo de dulcibus, modo de lectarijs exhiberent.

¶ Quadratarij, quos Græco uocabulo ποέτας appellant. ¶ Legendum, peccas, à *πῆχυμι*, quod est figo: uel quod magis est, *ἐπὶ τῷ πῆχυ*, quod ornare significat Suidæ: etsi tondere quoque pecora, Aristophani. Quadratarij uero dicuntur marmorarij, qui ea ad amulum quadrant. Sidonius lib. 111. quod factum siue ab industria, seu per iniuriam, mihi magis quam quadratario liuidus lector adscribet. In sacris quoque libris, in quatuor Coronatorum uita, sic legitur: Dum Diocletianus omnes metallicos congregaret, inuenit Claudium, Castorium, Symphorianum, & Nicostratum, mirificos in arte quadrataria. Corrigendus & hac uoce est Senecæ locus, epistola lxxvi. uti aliquando admonui.

¶ Muscarij. ¶ Potes interpretari eos qui muscaria, hoc est, flabra quibus muscæ abiguntur, uendunt. sic enim à Martiale atque Plinio appellantur. Possunt & sic dici, qui conopæa faciunt arcendis muscis: sicut Aegyptij propter culices. Erunt etiam quibus magis arridebit, si intellexerimus hos myropolas, qui muscum uendunt. Est autem muscum apud diuum Hieronymum, quod Plinius & Dioscorides phagnon uocant, odoratum scilicet unguentum: diuersum tamē ab eo quod nos à mosco animali moscatum dicimus. Alij tamen codices antiqui habent, munerarij: quod probarem, nisi cōuenientius esset musuarij, à musiuo: cuius mentio in uita Pefennij Nigri: & Augusti. de ciuitate Dei, uulgò mosaium dicitur. De huiusmodi opere sensisse Nilum Scholasticum existimo epigrammatum libro quarto.

Lecticarij.

Lactarij.

Quadratarij.

Muscarij.

Moscatum.

Παύτος μὴ σάτυρος... ἔπειτα καὶ οὐ, τὴν πρὸς ἐκείνους ὁρῶν τὸν δὲ γέλωτα χεῖρας... εὐμειθεῖ ἔχων γέλωτα, πῶς ἐκ λίθου ἄλλοθεν ἄλλης... Συμφέρει, ἡνδρῶν ἡβραίων σάτυρος.

Sunt Satyri, falsiq; petulciq; ast age cur te Ad nos uertentem lumina, risus habet:

Admiror qua arte ex alijs alijsq; lapillis Tam citò compositū trāsierim in Satyrū.

Albini, quos Græci comatas uocāt. Lege, si placet, quos Græci coniatas uocant: ut per albinos, albarios ue (nam & hoc plus cōsonum est) intelligamus eos, qui albario muros spargunt. est autem albarium calx ipsa liquesfacta, qua muri exalbant, renouanturq;.

Plinius: Albaria tectorū interpolantur. mentio extat etiam apud Vitruuiū. quòd autem Græcè albini dicantur coniatæ, ostendit Suidas: κωνιάτ οἱ σὺν ζήχης πρῶτος ἐόντες.

Barbaricarij. Fuit tempus cū legebam myrobrecharij, hoc est, qui unguenta uendunt: μύροισ ἐνίμ unguentum dicitur: βρέχω, aspergo, madefacio. hoc nomine proprie appellantur, qui capillos delibutos gerūt, qualis apud Tranq; in Aug. Meccenas: & Anacreon poëta epigramatum lib. III. quod idem ab Gellio adducitur lib. XI. cap. IX. constat autem epigramma illud ex dimetris iambicis catalecticis: quāuis Theodorus Gazes, qui quicquid Græcè in Gellio erat, transtulit in Latinum, existimauerit esse senarium.

Nec sole autoris nomina defraudata est lepidissima illa ὁδὴ, sed etiam sex, uel septem carminibus: quæ ex Græco exemplari tute poteris fumere. Myrobrecharij inter artifices meminit Plautus in Aulularia. In præsentiarum tamen castigatius legendum hîc puta uerim, barbaricarij: ut hi sint, qui barbaricas uestes intexunt: aliter dicti phrygiones. horum artis est, ex auro & coloratis filis, in uestibus, hominum animaliumq; effigies exprime. Vergilius: Picus acu tunicas, & & barbara tegmina crurum.

Apuleius in Asino aureo, lib. X. & in modum Paridis Phrygij pastoris, in barbaricis amiculis, humeris defluentibus pulchrè indusiatus adolescens.

Diatretarij. Legerit hîc aliquis, diabathrarij: quod perinde ualet ac coriarij. nam diabathra, ut Pompeius scribit, Græcarum solarum est species. Plautus in Aulul. Seditarij futores diabathrarij, capiuntur etiā pro gradibus pensilibus seu scalis, ἐπὶ τῷ διαβαίνῃ, quod est transire: hîc anabathra. Iuuen. Saty. VII. Sed eò fortasse probabilior est sententia, quòd ueteri scripturæ proximior, ut legamus, diatretarij: intelligamusq; eos, qui in tarsiatū (quod uocant) faciunt: a Græca præpositione ἐπὶ καὶ τῆς. Inde apud Vlpianum in l. si seruus. §. si calicem. ad leg. Aquil. calix diatretus. Sanè hi artifices possunt tornatores dici: quonia διατρέω, torno laborare significat: & τρέπος, tessellatus dicitur. Sed quid si diatrocharij legerimus: quòd rotas pilasq; ligneas faciunt, & carros, nam idipsum signi-

ficat τροχός, inde τροχοποιέω uerbum.

Quod sequitur, cerenei. legendum ceramei. Hesiodus: καὶ κεραιμῶν κεραιμῶν κεραιμῶν, καὶ τῶν τεκτωνῶν.

Inuidet & figulus figulo, fabrum faber odit.

Specularij. hi sunt qui specula faciunt, & qui uitrea specilla. Possunt & hoc nomine denotari, qui fenestris specularia ad arcendū hyeme frigus, componunt: quorum meminit Vlpianus in l. quæsitum. §. si domus. de fundo instructo. meminit & Iuuenalis.

Bratearij, id est, pentalgæ. lego, bratearij, id est, petalurgi, πεταλοργοί. nam Græcis πετῶλον, folium significat, atq; bracteam. hîc & petalia, Plauto.

In l. seq. metameos. uerior lectio, mathematicis. Theon: κωνιάτ οἱ σὺν ζήχης πρῶτος ἐόντες. est enim matheseos duplex species: alia quidem quatuor sub se liberales artes complectens: alia uerò sacris constitutionibus, tanquā quæ cantamina doceat, prohibita. Imperator Constantinus in l. si excepta. C. de malefic. Si quis magus uel magicis carminib. assuetus, qui maleficus uulgi consuetudine uocatur, aut aruspex, aut hariolus, aut certè augur, uel mathematicus, uel narrandis somnijs occultans artem aliquā diuinandi, aut certè aliquid horum simile exercens, in comitatu meo uel Cæsaris fuerit depræhensus: præsidio dignitatis exutus, cruciatus & tormenta non fugiat &c. Hæc libentius scripsi, quoniam codices ut plurimum circumferuntur in his uerbis corrupti. Quin & Accursius declarare uolens quid significant illa uerba, Comitatu meo uel Cæsaris, nil certi habet, quod in mediū proferat. Quare sciendum est, inter Augustum Cæsarem id interesse, quod Augusti hi dicuntur, qui nunc regnant, & ab senatu Imperatoris nomine honestati sunt: at Cæsares dicuntur, qui ab ipso Augusto electi sunt ad regendam prouinciā aliquam cum Cæsaris honore tantum, donec Augustus uixerit, post eius mortem successuri in imperio: ut ex Ammiano Marcel. didici. Comitatus autem, ne & hoc ignoretur, is dicitur locus, in quo uitā agit princeps: & Palatini omnes, qui eunti Imperatori, Cæsariue assunt, dicuntur eius comitatus: & ipsi nunc Comites, nunc Comitatus: ut Græcus legum interpres (qui quantū uideo, Iustini tempore scripsit) autor est. Magos autem, & huiusce generis diuinatores, etiam ex sanctorū patrum decretis puniendos, ostendit diuus Augustinus x xv. q. vi. capite ult. et si dum in principio Arcades tradit deo suo Lyæo sacrificare solitos, in emendatus sit liber: & pro Lyæo suppositū sit Lyæo: intelligit enim Iouis Lycæi templū, in quo uiui homines sacrificabantur: ut ex Hyginio didicimus: ut non alia de re ea templa imposita nefastis iugis, existimem dixisse Papinium Thebaidos libro primo. In Augustini sententiam scribit etiam Plinius libro VII. ubi de lupis uerba facit, nam & horum diuinatorū ars ita ab anti-

Specularij.

Bratearij.

Mathematici.

Declarata. ff. Excepta. C. de malefic.

Cæsar & Augustus differunt.

Comitatus.

Comites. Comitatus.

Correcta in Decret. uox.

Papini locus.

Plauti locus.

Ouidij locus in Ibin.

Boethi qui sint.

Boethij circumfertur uulgò nomē corruptum.

Logistæ.

Logographi.

Medogramatei.

Locus ff. Diastoleæ.

antiquis despiciatui habita est, ut in prouerbium uenerit, Nihili cocio. Istos enim aruspices Laberius cociones appellauit, ut est apud A. Gellium lib. XVI. cap. VII. Prouerbij meminit Plautus in Asinaria: etsi eius interpretes locū non intellexerint: tamen eo in loco ipse arbitrer nihili coactio legendum, & de argentariorū coactione intelligendum, cuius Seneca, Tranq. Iureconsulti, itemq; Horatius meminere. Plutarchus quoq; & Apollonij interpres Tareus, diuinatricem quandam Aglaonice, Egemonis Thessali filiam, cū in Ossa monte coitus lunæ obseruaret, in iudicio cōuictam à mulieribus, existimantibus ab ea lunam cœlo deduci, grauissimis affectam supplicijs tradunt, & ex Ossa præcipitem datam. quam fabulam, seu historiā mauius, tetigit Ouidius in Ibin:

Vtq; dedit saltus è summo Thessalis Ossa. sic enim ibi legendum, non Thessalus, ut interpretes crediderunt: qui dum poëtam hunc non intelligunt, uana quædam sunt commenta. ut uel ex antiquissimis fabulis appareat, diuinatores hosce, & magos impunes non euasisse. Quod ad præsens institutū pertinet, non solum hac in lege mathematicos, sed etiā mechanicos, legi potest. nam & antiqui codices sic ferè habent: & qui sint hi satis notum est.

De tabularijs, scribis, & logographis. In ultima huius tituli constitutione hæc uerba reperies, Boëthos, logistas, medogramateas, logographos, diafcoleas. Corruptū omnino ultimū est nomen, & legendum, diafcoleas. Boëthi dicuntur ab Imperatore, adiuutores scribarū: quos alij, subadiuuas, alij adiuutorios appellant. ut in l. unicuiq; C. de proximo. sac. scrib. Bonbæo enim idem ualet quod adiuuato. Inde Seuerinus Boëthius dictus, quē alij falsa uoce Boëtium uocāt. quorū errorem confutat antiquū marmor, quod adhuc Derthonæ extat in diui Martiani cœnobio, ubi tumulus est, quē antiqua inscriptio, Boëthio & Butharico consulibus factum ostendit.

Quod autem sequitur, logistas. hi sunt qui rationales alibi dicuntur. In hoc distant à logographis, quòd illi libros rationum scribebant, logistæ curabant. Medogramatei uerò sunt, quos scribæ consulebant: nam μῆδος, βέλυμος significat Suidæ, & cæteris. grammatei autem notarij, seu scribæ sunt: γεγραμματος enim idipsum denotat: nomen sumptum uidelicet à literis: sicut gramatophylacium, locus in quo reconduntur literæ. quæ uox corruptè circumfertur in l. moris. ff. de pœnis. Diastoleæ uerò dicuntur rationum correctores, seu distinctores: uel, quod magis erit gratiæ, diuifores. διασέλλω enim est idē quod diuido ac distinguo: & inde διασολῆ dicta. Sanè Ammonius in differentijs logographos interpretatur eos, qui διακρινόμενοι λόγους scribunt, id est, iudicialia acta.

De susceptoribus & præpositis. In lege, si aliquid legitur uerbum, decoxit, ab Accursio malè interpretatum: quare

scire æquum est, decoquere apud antiquos idem esse quod bonis decedere, & delinquendo creditoribus imponere. Inde decoctores. Decoctores dicuntur helluones, & bonorū consumptores, autore Nonio. Meminit huius uocis & Catul. Decoctoris amica Formiani. & Spartianus in Hadriano: & deniq; est nemini non uotum nomen. Sed nec lex ab Accursio adducta eum defendit, cū ex antiquis codicibus legenda sit hoc modo: quilibet principium, uel decurionū, si decoctor pecuniæ publicæ, uel fraudulenter in adscriptionibus &c. Sciens id prætermiserā: sed quoniam uidi hinc falsæ latinitatis Accursiū ansam capere, uolui hoc saltem in loco lectorem admoneri.

De ponderatoribus. In lege II. per singulas ciuitates constituto igostatem. Vetus codex habet, constitutum igostatem. uerū & ipse menda nō caret: repono enim, Zygotatem constituit, hoc est, uirum qui ponderum, & staterarū rationē optimè calleat. Is igitur in hac lege fortasse intelligendus est, qui non multum ab similis esset illi, qui ab antiquis nunc curio, nunc magister curiæ dicitur: nam is nummos erogabat existētibus in sua curia. Plautus in Aulularia: Nam nos ter nostræ qui est magister curiæ, Diuidere argenti dixit nummos in uiros. Appellatur etiā diuisor, à Cicerone in Verri-

nis: quod & notat Pædianus.

LIBRI PRIMI FINIS.

DN. AND. ALCIATI IN XI. LIBRVM CODICIS Iustiniani annotationes.

In lege, cum nauarchorum. in fine: uel ex eo quod uocatur Græcè. Reponenda est dictio ἀλλοτρογνώσια, quæ uox Suidæ immunitatem, seu excusationem à publicis oneribus significat. cui penè significatu par est ἀπλοα. Quod autem hîc dicitur de Carpatia, intellige classē à Carpato insula: unde Carpatius uates Proteus apud Verg. De nauibus non excusandis.

In lege, iubemus ante felicē embolam. Interpretare, itineris ingressum, id est, ἐμβολῶν. Embola uerò significant rostra nauium, & alia præter hoc, de quibus Hermolaus in corollario Pliniano. Sanè ἐμβολῶν eiectionem denotat: quod uerbum reponendum est in lege tertia, de incend. ruin. naufra. inde etiam eiectionem suam, Græci ἐμβολῶν appellant, ut ex Athenæo didicimus.

De Metallarijs. Balluca, quæ Græcè Chryfamos dicit. Etsi hanc lectionem quibus reproben argumentis, non habeant: accommodatius tamen quibusdam uidetur, chryfoma legendum. est autem uas in quo aurum infundebatur, unde & nomen sumpsit ἐπὶ τῷ χρυσῷ, id est,

Decoctores.

Zygotates.

Diuisor.

Restituta Græca uox Iuriscōsul.

Balluca.

Albini.

Comiate.

Myrobrecharij.

Gellij locus.

Barbaricarij.

Diabathrarij.

Diathretarij.

Diatretus apud Vlpianum quid significet.



ab auro. Plautus in Bacchid. Opus est chryso Chrysale. Chrysammos auream arenam significat, hoc est, auri ramentum. Herodoto dicitur chrystitis, & quandoq; psegma. hanc balucem appellari, Plinius est autor libro trigelimo tertio, capite quarto.

¶ Quod aut in text. sequitur, octonos scrupulos, intellige duas sextulas, quæ etiam duella dicuntur. Lentis enim duo semina, granum frumenti faciunt. grana quatuor, siliquam siliquæ, hoc est, ceratia sex, scrupulum. tribus scrupulis constat drachma. duplex drachma

Sicilicus.

Locus in ff.

Sicilicum creat, cuius mentio apud Scauolam in l. liberto. §. filium. de annuis legat. et si ibi corrupti sint impressi codices. Drachmæ additus scrupulus, sextulam facit: cuius ponderis est solidus. sextulas uncia sex habet. drachmæ autem octo, unciam faciunt: at uncijs XVI. constat Romana libra, hoc est, drachmas XCVI. Attica uerò libra LXXV. drachmas habet: sicuti mina, seu mna, centum. nam Romana libra minor est hac quatuor drachmis. Talentum minus Atticū, minas LX. hoc est, drachmarum sex millia continet. talentum maius LXXXIII. habet minas, & uncias insuper quatuor. Hæc ideo latius explicauit, ut Iuris ciuilibus studiosis ponderum ratio fieret paulò notior: tamen alibi latius tractaturus sum, cum ad multarum legum cognitionem spectet: ut in l. i. C. de ratiocinijs operum. & in authent. ad hæc. C. de usuris. in authent. sed hodie. C. de episc. & cler. Cæterum mente huius legis nos existimamus id præcipi, ut quilibet metallarius octo scrupulos aureorum ramentorum teneatur præstare, priusquam inter metallicos principis designetur.

Gynæciarij.

Iosippi locus.

¶ In rub. de gynæciarijs. hi fortasse erant, qui mulierum uestes tingebant, curabant uel dicitur ἐπιγυναικίως, id est, a fœminis. quæ lectio si placet, interpretare illud quod sequitur, gynæcij, esse locum in quo uestes hæc concinnabant: eadem ratione deductum nomen, qua & gynæconitis, apud Aemiliū Probum. Accursius hic legisse uidetur, gymnaciarijs: & idcirco sic dictos opinatur, quod nudi essent. γυμνός enim nudum significat: inde γυμνιστική ars dicitur, qua quis nudus se exercet, ut inde lucellum aliquod consequatur, quo in diem uiuat. uerum mihi prior lectio plus applaudit. Iosippus lib. VII. cap. LI. de bello Iudaico: Transgressus ait ad eos est Ionates, homo nequissimus, arte gynæciarius. Et is qui de insignibus magistratum opus scripsit ad Theodosiū Imperatorem: Sub dispositione, inquit, uiri illustris, comitis sacrarum largitionum, sunt magistri lineæ uestis, magistrum priuata, procuratores gynæceorum, procuratores baphiarum, præpositi bastagarum, procuratores lanificiorum, procuratores monetariorum. Ut ex eius uerbis, sicut ex huius tituli compluribus constitutionibus. satis constet, hæc omnia textrini Imperatorij officia fuisse: ut conijcere liceat, gynæciarios fuisse, qui pannos curabant, & uel peniculo adhuc ru-

des tergebant, uel forfice lanæ nodos incidebant, extrahebant: opus quod a mulieribus fieri solet. Inde gynæceū dictum, quod si qui uiri fœminis mihi id agebant, a loco dicti gynæciarij. nā in gynæceo operari solitas fuisse fœmellas, ostendit huiusce tituli lex iij. intellecta aliter q̄ crediderit Accursius. & idem etiam demonstrat Paulus Diaconus, ubi de Narfete agit. & in præsentem diem hanc mulierum præsertim esse operam, usu cognoscimus: nam & Thessalum medicū damnat Galenus primo methodi libro, tanquam lanificem & de gynæceo eductum. Quod autem de monetarijs in l. i. fit mentio, nostri interpretes existimauerunt hic eos accipiendos, qui monetam cudunt. quæ sententia idcirco reijcienda est, quia nihil ad huius tituli materiam facit. quamobrem tum ex uerbis prædicti ad Theodosium libelli, tum ex hac lege non dubito, quin monetarij & ipsi pro textrini quodam officio capiantur: sicuti & apud Flauium Vopiscum in Aureliano: Vbi seditio, inquit, monetariorum intra murana bellum grauissimum peperit, autore Felicissimo, cui procuratio fisci mandata erat. In qua re tamen dubito, cum Suidas contraria disseruerit in uerbo μονηταριοι. dicti sunt fortasse monetarij, ab officij ipsius utilitate, ἐπι τῆς κομμωτικῆς. nam & hodie huiusmodi lanifices in minimo sunt precio.

Monetarij.

Fl. Vopisci locus.

Bastagiarij.

¶ Bastagiarijs. hoc nomine appellari posse eos reor, qui necessaria militibus portabant: ut quod in bello calones, in priuata familia mediastini, in militia palatina faciebant bastagiarij: a Græco uerbo βασυλῶ, quod portare significat: inde etiam uernacula lingua clientellam, baston appellamus, quod onera portet atq; sustineat. et si bastagia munus iungatur in prædicto opere ad Theodosium Imperatorem gynæciarijs: quod & sacre constitutiones hoc in titulo fecerunt: ut bastagiarios opiner eos fuisse, qui uestes ad tincturam ferebant, referentq;. nam & ibidem traditur, tertio cerium dictum, qui bastagas tractabat. Legitur & apud eum, bastaga priuata.

¶ In l. notas sericoblatae & metaxe species. Castior lectio erit, sericobapta, id est, serici tincti. βαπτω enim significat tingo. inde bapta apud Iuuen. dicitur quod faciem fuco illinerent. μεταξα autem Græcis, a nobis sericum dicitur: cuius tinctores, baphij, τῆς τοῦ βαπτῆ, quod est tingere. Hinc baptofericum pallium, Fl. Vopisco in Aureliano: licet corrupti codices, bratto serico, seiunctim habeant. quamuis nunc mihi fiat magis uero simile, & Vopiscum & Imperatorem sensisse nō de bapta, sed de blatta, hoc est, purpura: nam blattam pro conchylio capi, scribit Paulus Aegineta: & quem Suetonius in Nerone, coccineum funem, & Orosius purpureum, Eutropius blatteum dixit. Meminit & Cassiodorus in epistolis, & Lamprid. in Heliogab. Parauerat fures blatta & serico & cocco intortos. Censeo itaq; hic legendum, sericoblatta: & apud Vopiscum blattofericum pallium. Et cum uxor sua

Baptofericum pallium. Fl. Vopiscilocus.

Blatta.

sua peteret, ut unico pallio blattoferico uteretur, ille respondit, Absit ut auro fila pensetur. libra enim auri, tunc libra serici fuit &c. Prohibet igitur Imperator, non solum uestes inferri purpureas serico intextas, id est, sericoblattam, sed etiam sericum ipsum simplex, id est, metaxā. nam sericas uestes tanto in precio fuisse tradit Lampridius in Alexand. ut eas Alexander Imperator gestauerit, nunquam holosericas. Antoninus Heliogabalus eas prius induisse creditur, ut in illius uita scribit Lampridius. Dicti & hinc sunt metaxarij negociatores. l. fin. C. de pign.

Sericum.

Metaxarij.

Conchylegulus.

¶ In l. ult. legendum est, conchylegulo, iunctim, pro collectore conchylij: sicut murilegulo alibi, pro muricis collectore.

De uestibus oloberis.

¶ Quidam corrigunt holoserici, id est, totis ex serico: quarum meminit etiam Lampridius, Vopiscus, & alij. Ego quantum possibile sit, uelim parum a pristina scriptura uariare: quare lego, holobryzis, ut has uestes credam dictas ἐξ ὅλης ἰσίδου ἰσίδου, quod totę essent ex byzro: quod aurum purissimum est, & quantumuis coctum non diminuitur. Bartolus tamen, qui sine controuersia primas inter recentiores iuris prudentes habet, legisse uidetur, holobaris. quam lectionem neq; ipse reprobam duxerim, ut eas uestes hic denotari rear, quæ ob aurum intextum graues sunt. βαρυς enim Græcè grauem significat. inde apud Homerum, βαρυίους χεῖρας.

Holobaræ uestes.

¶ Quod autem sequitur, de sacro murice. idcirco dictum est, quoniam eo tincta uestis insigne erat Imperatorum. Lampridius in Alexand. Hoc solum Imperatoris habens, quod lacernam coccineam habebat. Laudatissimæ erant, quæ ex serico ab Rhodo insula aduecto, tingebantur. quod Imperator in huiusce tituli l. III. significat, licet Accursius locum non intellexerit.

Chlamys.

Paragaudes.

¶ In l. i. sericas paragaidas. legunt quidam parachlamydas, ut intelligamus uestem quæ supra chlamydem sumebatur: a Græca præpositione παρά, & chlamyde: quod genus uestimenti non modò est militare, ut apud Plautum in Perfa, sed etiam puerile, Vlpiano in l. uestis. de auro & arg. leg. Nobis placet uel uetus lectio, uel sanè paragaudas. Trebellius Pollio in Clau. Albam subsericam paragaudem triuncem unam. Fl. Vopisc. in Aureliano: Cum darentur tunicae subsericæ, lineæ, paragaudæ. Item in eodem: Paragaudas uestes ipse primus militibus dedit, cum antea non nisi rectas purpureas accepissent: & quidem alijs monolores, alijs dilores, trilores alij, & usq; ad pentelores, quales hodie lineæ sunt. Idem in Probo: Huic dari iubebis interulas paragaudes duas. et si in aliquibus hisce locis uulgati codices mendosi sint. Ex his plene uerbis constat, paragaudas genus esse uestimenti uirilil, ut plurimum linei, quod sub alia ueste gerebatur, uinctum nunc unico nexu, nunc pluribus loris, auratis fortasse: ita

enim intelligo monolores, dilores, & similia. Licet Hermolaus Barb. a coloribus tractum putet corollario Pliniano. nam & interulas, dilores nominat idem Vopisc. in Bonoso.

¶ In l. ult. at quatuor de scrinio ad baphia Phœnicis. castigandū hic est, de scrinio uestiarij ad baphias Phœnicis, ex antiquis codicibus. nam scrinium canonum, & scrinium uestiarij sacri, sub comite sacrarum largitionum erat, ut est in breuiario Theodosij. quod si nil mutare placuerit, potest hic utiq; locus sic legi, & punctis distingu: At quatuor de scrinio baphiæ ad Phœnicis. nam baphia taberna est tinctoria, βαφικῆ. Hinc Lamprid. in Alex. purpura Alexandrina, uulgò probiana dicitur, idcirco quod Aurelius Probus præpositus baphijs id genus muricis reperisset. quauis ibi, baphijs legatur corruptissimè. Apud Phœnicis autē tingebatur preciosissima purpura, quorum tincturam Suidas appellauit oxum, ὄξυς ἐπιπύρον ὄξυς φοινικίας. hinc oxobapta, in l. i. C. quæ res alienari non poss. ut malè faciant recentiores quidam Bononienses, qui in Ius ciuile pauculas quasdam annotationes ediderunt, & in prædicto loco ueram peruerentes lectionem, corrigunt dibapta. Est & castorium tincturæ species Suidæ, de quo fortasse Persius: licet alij de animali intelligant, quod nemini non notum est.

Baphia.

Lampridius emendatus.

Oxobapta que sit. Declarata lex Codicis.

Cucuma.

Panis ciuilib.

Locus Codicis.

Perisseumatis.

Nulli licere in franis equestrib. ¶ De cucurnijs. legunt hic neoterici quidam cucumis: ut accipiatur pro his ornamentis, quæ ex aurichalco fiunt in modum lancis: & habenis affiguntur lorissue, quæ armis pendunt atq; pectore equorum. Ipse hac in re sententiam meam non interpono: nam cucumã, pro uase capi, ex Martiale, Petronio Arbitro, & Iuriconsultis dudum nouit: in hac significatione adhuc nō legi: et si Politianus existimauerit uocabulum inuentum rarum. hoc sanè in loco mihi nō displicebat gutturnijs, ut de colli ornamento intelligamus: quamuis gutturnium aliud quoq; significet.

De frumento urbis Constantinop.

¶ In l. i. pro annona præstetur. annonam hic pro pane capi, Accursius & cæteri existimauerunt: quorum sententiæ illud accedat, quod & è conuerso panis quoq; pro annona reperitur, præsertim apud Imperatores, qui non ita emunctæ naris sunt, ut Iuriconsulti. Conijcitur id ex eo, quod a fisco percipiendos redditus, quos Iustinianus in authent. de non alien. §. hæc ergo. annonam ciuilem appellat. idem Cæsar in l. ult. C. de iure dotium. & in l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nuptijs. panem ciuilem uocat. quod hic apponere libuit, quoniam de hoc a plerisq; interrogatus, cognoui omnibus non esse ad manum & in promptu.

De annonis ciuilibus.

¶ Lex, centum perapateumatis. emaculandus liber est, & reponendū περιωδύματ' perisseumatis: quasi dicas donatiui nomine. περιωδύμα enim id dici potest, quod abundan-

tiam suppetit: hinc *πρωτόνια*, copia rerum superare significat. Sanè perisseumatis nomen cōmodius uerteretur in congiariū, cū hoc propriè sit quod plebi datur: sicut quod militibus, donatium. Ael. Spart. in Aelio Vero, & Iul. Cap. in Pio. Solebat autem uītra stipendium dare liberalitatis causa, ut milites magis addicti Imperatoribus essent. Huius mentio in l. i. inferiori titulo, de re milit. licet Accursius, Andabatarum more, clausis oculis hac atq; illac in illius loci expositione feratur.

De frumento Alexandrino.

¶ Quicquid decreto elogij, & sygostasij munere. ¶ legendum, uti arbitror, quicquid decreto elogij sitostasij munere: ut intelligamus Imperatorem hīc confirmare quicquid præfectus Orientis, ad quem rescriptū istud dirigitur, statuerat decreto elogij, id est, in elogio, quo cōtinebatur quoddam decretū pertinens ad munus sitostasij. ita enim appellat eum, qui uendendo frumento præerat: *σιτοστασιος* frumentū significat, *σιτοστασιος* stationem: elogij autem nunc titulum, nunc breue, seu rationcinorum chartulam exprimit. Verg. in Culice, Modest. de re militari, l. 111. Tertulliano in apologet. & cæteris. Sed an illa lectio probabilior? ut admissa copula legamus, & elogij, & sitostasij munere: quasi munus elogij sit officium ipsum eius qui annonæ rationem procurat. *σιτοστασιος* enim rationalis, ratiocinator, ue dicitur Græcis. hinc alogistes, & alogos, qui rationes reddere non tenentur. Cuius dictionis reperies mentionē apud Modest. in l. quidam. de administr. tutorum. Sitostasius uerò dicitur stationarius ipse, ab eo quem supra retuli etymo.

¶ In l. seq. perisso corrigie. ¶ Accursius hīc, dum uerbum id conatur explicare, sese meris implicat nugis. tu lege, perissichoregia. erat autem nomen magistratus, curator fortasse annonæ, *περυσσική* *πρωτόνια* *καὶ χορηγία*, quod est abundantiam fertilitatemq; suppeditare. Sanè huius dictionis mentionem alibi nusquā reperi, quod recorder.

De spectaculis.

¶ Lex prima, coartatur amplectenda felicitis populi stadia gynæcij ut agonis. ¶ legem dum cohortamur: item, gymnici ut agonis. Agones enim, siue (ut Latine loquar) certamina gymnica sunt quinq; dicta quod a nudis exercentur. ea in Arcadia primus inuenit Lycaon, ut scribit Plin. in VII. Iulius quoq; Pollux, athletarum appellatione omnes gymnicos cōprændi existimat: Planè de his plura diximus in tit. de athletis, præcedenti libro.

¶ In l. 11. eos qui agitant. ¶ legendum, eis, tertio casu: ut regatur à uerbo officij, id est, noceri, ut interpretatur Cicero, & Ambrosius in Officijs. potes tamen & cū uulgatis exemplaribus legere, eos affici. Agitare autem hoc in loco quid significet, parum Accursio compertum est: sicut & in l. 111. in prin. ff. de his qui notantur infamia. nam agitatores, aurigæ sunt, qui in ludis Circensibus curuli certa-

mine sese exercebant. quorū species quatuor, Russati, Albati, Prasini, Veneti: præmium mappa. Horū mentio apud Plinium Cæc. lib. VIII. Suetoniū in Dom. & Calig. Iuuenalem Satyra. 11. & in epigrammatis Græcis lib. v.

¶ In l. 111. quilibet equos. ¶ intellige uel equos aurigarū, qui in Circensibus currebant: uel etiā desultores, quorū desaltorios Græci *ἀμολιπτες* uocant, ut est apud Aelianum. Horum mentio est in Liuiio, Calsiodoroq;.

¶ In l. 1111. ¶ Accursius hīc in interpretatio ne pantomimi, & profcenij partim mutilus, partim falsus est. Pantomimi quidē dicebantur omnium imitatores, effictoresq;: Græca dicitio cuius meminit Plinius in Panegy. Tranq. in Calig. Iulianus in l. si libertus arit. de op. liber. solebant eorum opera ueteres uti in recitandis præsertim tragœdijs. Profcenij autem locus est ante scenā porrectus, in quo pulpitum erat ludicris exercendis accommodatum. Verg. Veteres ineunt profcenia ludi. Trāq. in Nerone: hos ludos spectauit ex profcenij fastigio. Meminit Vitru. lib. v. & Vlpianus in l. de pollicitationibus. ff. de pollicit. probè faciet Statius Rufinus, si opus profcenij. scena autem ipsa dicta est *ἀμφὶ τῶν οὐκῶν*, ab umbra: pudendo Accursij errore in l. 11. §. ult. de his qui notantur infam.

De aqueductibus.

¶ Lex prima, sub quorum fines formarum transeunt. ¶ uide ne legendum sit forinarum, potius: ita enim meatus, tubiue aquarum uidentur appellari in antiquis inscriptionibus Genio forinarum & cultoribus &c. sed & in hoc nihil affirmo, cū in hac significatione apud Iulium Frontinū ubiq; legatur, forma: nisi & ibi corruptus est codex. Est autem in opusculo cui titulus est, de aqueductibus. Non ignoro, Forinæ deæ sacrificari solitum à ueteribus, ut est apud M. Varronem: foriamq; pro excrementis capi Nonio Marcel.

¶ Quod autem paulò inferius dicitur, respurgium. ¶ lego, repurgium. Ambrosius ad Theodosium: Non audisti Imperator, quia cū iussisset Iulianus reparari templum Hierosolymis, diuino qui faciebant repurgium igne cremarunt. de his autem aqueductibus Procopius lib. 1. Romæ, inquit, aqueductus quatuordecim sunt, cocto ex latere, per priscos homines illos ædificati, ea latitudine ac simul profunditate, ut equester uir aliquis ipso cum equo per eos supernè euadere liberius queat. ¶ Sanè quod in fine legis dicitur, quoquoerum linquendos xv. pedes arboribus, ne formas ipsas radicibus destruant. ¶ circa hoc uidendum est lepidissimū senatusconsultum, quod refert Frontinus in prædicti opusculi fine.

¶ Lex, eos qui aquæ, earum fistularū quas matrices uocant. ¶ Matricis nomen multa significare iam pridem cognoui. nam & uterum, & quod Græci *μήτρα* uocant, significat. item nutricem pullorum, apud Columellam, & generaliter quancunq; educatricem.

item conturnicum ducem quem Græci *ὀρθογώνητρον* appellant: transtulit Theodorus matriçē, quomodo autem nomen id conueniat fistulis, certè non percipio. quare interim legendum puto, fistularum quas mastos uocant. Est autem Græca dicitio, qua usus Vitruuius lib. VI. ubi, Athenis, inquit, ex huiusmodi locis & fontibus masti, usq; ad portum Pyrenæū ducti sunt salientes. Hanc M. Varro, de re rustica, papillas uertit: Calsiodorus, ubera: dum, quanto, inquit, pulchrius est, Claudia aquam per tot sicca montium iuga, lauacris & domib. liquores purissimos fistularum uberibus emisisse. quæ sanè Calsiodori autoritas, multum ad rem præsentē conducit. nā Claudia urbis Romæ erat aqua, ut Frontinus, Tranq. P. Victor scribunt. Negat igitur Imperator se passurum, ut aqua que per mastos lauacris & domibus Romanorū influebat, attentetur. Potest etiam alia ratione id esse prohibitum: quoniā masti ipsi, seu epistomia, facile rumpebantur transuersa, ut sentit Iulius Frontinus, dum senatusconsultum interpretatur huic constitutioni simillimum: hoc, inquit, senatusconsultum dignum admiratione est, quod aquam non nisi ex castello duci permittit: ne aut riuī, aut fistulæ publicæ rumperentur.

Masti.

Claudia aqua.

Nymphæa.

¶ In l. si quis diuuiam, quid in lymphis. ¶ legēdum, nymphæis. P. Victor tradit Romæ nymphæa fuisse XI. in Romanis inscriptionibus legitur huiuscemodī eulogiū: Fl. Philippus, v. c. præf. urb. nymphæum sordidum, squallore foedatum, & marmorum nuditate deforme, ad cultum pristinum reuocauit. existimo autem fuisse locum, in quo mulieres lauarentur. Iosephus de bell. Iud. lib. 1. Apud Ascalonam nymphæa condidit, & lacus ornatisimos. Iul. Capit. opera Gordiani Romæ nulla extant, præter quædam nymphæa, & balneas, ut malè faciant, qui illic genialem thorum interpretantur, ut est in quadam Sidonij paraphrasi. sunt etiā Lymphionnes, quorū mentio in epistola Hadriani, ex libris Phlegontis, & Fl. Vopisco in Saturnino.

¶ In l. omnis seruitus. ad thermas, quæ achi les nuncupantur. ¶ corruptus hīc utiq; locus, qui fortasse corrigendus est hoc modo: ad thermas, quæ Achilleæ nuncupantur. Solebant enim principes thermas constituere, & alicuius herois nomine nuncupare: sicuti uidemus de thermis Agamemnonijs, quibus Agathius poëta nomen inditum tale scribit Epigrammatū lib. v. *ἀπὸ τῆς πύλης*, hoc est, pro honore. duodecim autē thermas Romæ fuisse tradit P. Victor. et earū nomina: inter quas minimæ sunt Achilleæ. sed procul apud me dubio est, nō de Romanis in hac constitutio ne fieri mentionem, uerū de Constantino politanis. Socrates apud Calsiodorum libro duodecimo: Interea, inquit, incendium in urbe Constantinopolitana factum, paulatim peruenit ad thermas, quæ uocantur Achilleæ, demum ad locum qui dicitur Pelargus,

Achilleæ thermæ.

Pantomimi. Declaratus locus in ff.

Forinæ.

Foria.

Aqueductus Romani.

Matrix.

Potes etiam legere, apsidēs, quod hæ fornices sint, Suida autore: quales reperiri in Baniensis thermis tradunt recentiores. meminit Plinius in naturali historia, libro tertio: in epistolis Cæcilius libro secundo. sed tamē nō dubito, quin alia superior lectio sit uerior: nam & Constantianus thermas Constantinopoli fuisse, ostendit Socrates apud Calsiodorū libro decimo.

¶ In lege, ad reparationē, ex operarijs quicicanici &c. ¶ legendum fortasse, cyziceni: ut his nomen inditum opiner à Cyzico, urbe in ora Propontidis notissima ex omnibus Cosmographis, & Plutarcho in Lucullo, qui maxima in ueneratione ab his habitam Proserpinam ostendit: ut apud Vergilium legere non dubitem, raptā cyzicos, ostreosa diuam: nō cocytos, ut Domitius & Merula, dein cæteri, contra rationem carminis legunt. Planè quod ad rem attinet, Albericus Rosatus in lexico legisse hīc uidetur, cioceni: ut inde cōiectura ductus, castigatiorem lectionem putem zoxeni, ut hoc nomine credamus appellatos operarios, quod in diem uiuerent, *πρὸ τῆς ἡμέρας καὶ ἐπιπέρας*, quod uiuere significat in horis. Ipsi autem operarij qui aqueductus silice insternebant, silicarij dicuntur. Iulius Frontinus tradit duas familias constitutas fuisse in custodiam aqueductuum: quarum altera publica erat, altera Cæsaris: utraq; autem uillicos, castellanos, curatores, silicarios, tectores, aliosq; opifices habet: quibus salarium constitutum est ex uectigalium reditu, ad ius aquarum pertinentiū. quæ quidem uectigalia constant ex oliuetis, quæ sunt circa ductus, castellæue.

¶ In l. decernimus, contra munuscularios aqueductus. Iuera lectio, muscularios. Item de iisdē paralogijs. ¶ melius, paragogijs. Item aquarū custodes, q̄s hydrophylatos uocāt. ¶ hydrophylacios, seu hydrophylacas legendum. Muscularios autē aqueductus appellauit eos, qui ex musculis dilabuntur. musculus enim instrumentū est ad similitudinē muris, quo in bellis utebantur ad æquādas fossas, ut Vegetius tradit. horū mentio apud Cæsarem in cōment. frequens. erant autem tubi in ductibus ad similitudinem musculorū, quos hīc intelligit Imperator. nam sicut à papillarum similitudine dicuntur masti, & ubera, ut superior diximus: & leones in canalibus Sidonio Apollinari, libro secundo: cur etiam à muscularorum forma, non dicemus muscularios aqueductus? Paragogia autem Græcè hīc dicta existimo, pro ipsarum aquarum poris & meatibus, *ἀπὸ τῆς παράγης*, quod deducere est. hinc *παραγωγή* dicta Aelio Donato, & cæteris: nam & *ἀγρός* aqueductus est. Hydrophylacas uerò capi pro curatorib. aquarum, satis notum esse debet. nam *ὕδωρ* aquam, *φύλαξ* custodem significat. quamobrem Plautus, phylacam pro carcere, custodiæue posuit: & Iurisconsultus grammatophylacium, in l. moris, de pœnis. Sanè musculus ultra suff

Vergilij locus.

Musculi.

Sitostasius.

Elogium.

Locus in ff.

Perissichoregia.

Agitatores.



pradicta etiam piscis nomen, autore Plinio, Sidon. epistolarum libro tertio, ad quem al- ludit etiam Claudianus in Eutropium, libro secundo.

De Mauima.

Maiuma.

Corruptus est hic titulus, & legendum, maiuma. Suidas, maiuma, inquit, festiuitas est, quae fit Romae Maio mense: nam Roma- ni maritimam urbem adeuntes Hostiam, in- ter aquas uoluptatibus incumbabant, inui- cem sese inuadentes: quam quidem solenni- tatem sustulit Anastasius Imperator. haec il- le. ut error nostrorum Iurisperitorum sit pa- lam, qui existimant hoc illud esse festum, cum in praesentem diem quercum Calendis Maij ludentes in urbem iuuenes portant.

De Agricolis & censitis.

Eucteria.

Lex, immunitatis. prouinciarum eucau- terij. Rectius fortasse dicitur, εὐκτηρίοις, eu- cterijs, id est, locis in quibus orationes, actacq; prouinciarum continentur, ut hac lege non solum censeantur immunitates, quae in libris publicis continebantur, reuocata: sed etiam si quae nondum in libros relatae erant, stabant tamen in gramatophylacio, eucterioque. quae dictio non solum Graecis, sed & Latinis usi- tata: ut apud Tertullianum in apologetico cap. xv. legendum sic existimem: Risimus & inter ludicras meridianorum crudelitates Mer- curium mortuos eucterio examinantem. alio

Tertulliani locus.

quin impressi codices habent, canterio, nul- lo sensu, aut certe inepto. quauis & illud non omiserim, posse apud eum cauterio legi: nam & in Moralibus Plutarchus scribit, Cyrenen- sium tyrannu Nicocratem, ne quisquam ciuis fauissimam suam aufugeret, portis custodes ap- posuisse, qui etiam mortuos, dum afferrent, pugiunculis uel cauterio scrutarentur. signi- ficat id ferramentum candens, quae inusta no- ra imprimuntur. Sanè scriptores horum pri- uilegiorum, qui prouinciales erant, Mode- stinus Reipublicae causa non abesse tradit, in l. inter. ex quib. caus. maior. appellanturq; exceptores Tranq. & Padiano.

Comana.

Cum antea Comanensium. legi potest, Comagenensium, ab Syria Comagene. uel si placet prior lectio, intellige populos habi- tantes in conuallibus Antitauri, in Comana urbe, cuius mentio apud Strabonem lib. xi. in qua Chrsostomum sepultum tradit Suidas: meminit & Ptolemæus.

Privilegiu Bo nonien. studij subditium.

Quod inde sequitur, Anatenium. Ama- striensium, potius legerim, ab Amastri Pon- tica urbe, cuius Catul. Plin. Strab. Pomp. me- minere. Sanè Ariani in India sunt, quorum praeter cosmographos mentio fit Arriano hi- storico, & Apul. Afini aurei lib. xi. Sed de his Imperator intelligere non potuit: quonia eousque non protulere arma Romani, cum neq; Parthos tenuerint. etsi uulgò circunferatur Bononiae diploma Theodosij Imp. scho- lasticis concessum: quo Imperator ipse Indiae sibi titulum usurpat. Sed proculdubio illud, quicquid est priuilegij, subditium opinor,

tum ex hoc maxime: cui accedit Herodiani sententia, Antoninu Commodum ridentis, qui se Parthicu inscripserit: tum etiam quod in eo mentio fit Longobardia, Marchiaq; cum eo tempore id nominis haec regiones no- dum essent naetae. qui igitur Parthos no sub- egerunt, nec Indos potuere, ad quos per Per- sas accessus est.

Amasinoru helenoponti. Amasinoru Helleponti. Amasina patria Strabonis, ex eius scriptis notissima: sicut Hellepontos ne- mini non notus: etsi in breuiario Theodosij quandoq; Helenoponti dicatur. uerba eius: In Pontica regione pontus Polomoniacus, & Helenopontus. In nouellis quoq; Iustinia- nis Caesaris, titulus est ita inscriptus, de Offi- cio moderatoris utriusq; Ponti, id est, Hele- noponti. Eliocesiensium. Aeliocesi- fariensium urbs ab Aelio Hadriano (uti sup- sicor) dicta. nam & Dion Aeliam ciuitatem, in Hadriani honorem appellatam tradit, cuius & meminit Suidas. Neocæsarea autē ca- strum est iuxta ripas Euphratae: quod demo- litus est Licinius Imperator, ut scripsit So- zomenus libro secundo: licet Cassiodorus scriptorum uitio corruptus circunferatur. Sunt etiam Aeliopolitani, quorum mentio apud Vlp. de censib. De his autem locis plu- ra dicere operæ precium non est: cum nemo sit, qui Plinium, Strabonem, Pomponium Melam non habeat, unde haec affatim suppe- ditantur. quod non tam propter praesentem legem dictum a me sit, quam pro quamplu- rimis locis, oppidis ue, quae in toto Iuris ciu- lis corpore leguntur. nam ex his autoribus antiqua omnia, penè dixerim, urbium nomi- na poterunt facile cognosci.

Aelia.

Cassiodori loc.

Item quod sequitur, aequatores. adden- da est praepositio, per. peraequatores autē di- cuntur exactores censuum capitacionis, quod aequaliter ab omnibus exigat: de quibus pau- lo inferius in tit. de censib. & censitis.

Peraequatores.

Vt nemo ad suum patrociniū.

Lex prima. quia hic fit mentio consu- latus Sigisbuldi: Hieronymus in Eusebium Sigisuilti legit. Aetio secundo, & Sigisuil- to consulibus, Theodosius & Valentinianus bellum aduersus Gothos gessere. ut neces- se sit alterum codicem esse corruptu. Suidas Silxibulum Turcaru ducem fuisse tradit.

Sigisuiltus.

Quod deinde legitur de Cyro. Huius quoq; metio est in Hieronymi chronicis. Sui- das: Cyrus panoplites, uersificator ac consul patrius, factus est praefectus urbis & prae- torij floruit sub Theodosio iuniore, & demum episcopus fuit Phrygiae in Cotyæo: & uixit usq; ad Leonis Imperatoris tempora.

Cyrus.

Non licere habitatoribus.

Lex unica, quae metrocomie communi uocabulo. Accursius metrocomias, uillas interpretatur, quae ex iussu principis, meto- cis, id est, peregrinis transmigratoribus di- stributae sunt, & p. mētra, καὶ κώμης, hoc est, a mensura & uilla, quasi uillam mensam dice- res

Metroconia.

res. quam interpretationem, ut in re tam ob- scura (neq; enim id nomē apud alios autores reperiri facile est) improbare sat firmis argu- mentis non ausim: ita aliunde etymum deduci posse constanter affirmare possum. Scire itaq; debemus, eos qui in ciuitatibus habita- bant, capitationibus non fuisse suppositos: qui uerò ruri erant, contra, ut ex praecedentis tituli prima constitutione probatu facile est: sed quia erant pagi quidam, qui licet ciui- tatum nomine censerentur, uillis tamen no- biliiores erant: & propterea qui in his habita- bant, capitatione etiam ipsi eximebantur: ne- gat Imperator se passurum, ut in his pagis ex- teri admittantur, ne fraus fiat fisco. intelligo itaq; per metrocomia, pagos hosce maiores qui paulum infra urbis dignitatem sunt: ut si- cut μητρόπολις dicitur ciuitas matrix, hoc est, maior caeteris: ita etiam μητροκομία pagus cae- teris maior, & caput aliaru uillarum. nam & hodie quoq; sunt in Mediolanensi agro hu- iuscemodi metrocomia, seu matrices pagi, quos uernacula simplicitas capita plebis ap- pellant. Thucydides, & p. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. & p. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. magno er- rore Isidori, xxi. dist. qui a mensura dicta me- tropolim existimat, qd etiā alij adnotauerunt improbaueruntq; haec metrocomias Mar- cus in Euang. comopoles uidetur appellasse.

Locus in Decret.

De colonis Thracensibus.

Lex unica, humanae capitationis censu iugatio &c. Non parum ad huius legis cla- riorē notitiam conducunt, quae ponit Am- mianus Marcellinus lib. xxi. interrogatus quid haberet ex arte cōpendij: uicenas diur- nas respondit annonas, totidemq; pabula iu- mentorum, quae uulgò dicuntur capita. acci- piuntur autem capita diminuta apud Paccatum in panegyrico, pro capitatione, cuius & in hac constitutione mentio: pro tributo uidelicet, quod pro singulo quoq; capite exige- batur. etsi recentiores quidam, qui annota- tiones in uarios autores edidit, apud Pac- catum de capitis diminutione, per quam sta- tus diminuitur, intelligant: quod ad rem mi- nimè facit. uerba Paccati sunt: quid memorē capita diminuta, & uitam are taxatam: alio- quin etiam de emancipatione posset hic in- telligi: quod est profus absurdum.

Paccati locus.

De censibus & censitis.

Lex, omne territoriu sterilia atq; arenia. lego, arena: quae sterilis quammaximè est. Ouid. Quid arenae semina mandas: ut etiam in prouerbium uenerit. qua ratione & semi- nare arenam dicitur, qui uxore uetulam du- cit. Leonidas in ii. epigram.

Γεννῶ ἐγὼ μὲν ὀλίγη δὲ τῆς ἄλλης ἐστὶν ἡνίκ᾽ ἀπὸ τοῦ ὄρους ἀναβῆται, καὶ οὐδὲν ἔσται.

Καὶ γὰρ ἄπαις δέμενε τὸ τε σπέρμα δὲ ἀνεργεῖ, Νύξ δὲ ἐτόποις γῆρας, ἀμφοτέρωθεν σέρεται.

Quod nos pauillum ab exemplari receden- tes sic transtulimus:

Nuplit anus iuueni, uetulo tibi iuncta puella O nimiu ex omni tēpore inepta Venus. (est:

Aut alijs ducis, sterili uel conseris agro, Coniuge nec frueris, nec frueris iobole. Ad hoc fortasse alludit Martialis libro xi. in Locu Marti sine epigrammatis ad Lydiam.

De omni agro deserto.

Quicumque dyacatochia. Accursius, & eum secuti caeteri posteriores, interpretan- tur, hospitale: quae declaratio nec sensui legis cōuenit, nec ex se uera est. nam hospitale, pro chotrophium, xenotrophium ue dicitur, ut in rubrica C. de epis. & cler. cernere est: quae uerba nihil commune habent cum dictione de qua agimus. Ipse suspicor ueram lectio- nem esse, diacatharotia, ut id nomen sit eius mune- ris, cum Imperator priuatis fundos concedit, ut purgentur: non multum dissimile uideli- cet emphyteutico contractui. & p. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. enim idem quod purgo: purgatio ipsa & p. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. dicitur, quod si diacatho- chen legere uoluerimus, sciendum id titulum pos- sessorum praedij significare.

Locus Cod.

Diacatharotia.

De fundis limitrophis.

In rubrica, qui sint limitrophii fundi, alij aliter atq; aliter interpretantur. quidam limi- narcham, praefectum militum, qui limina Im- perij custodiunt, interpretantur: fundos au- tem unde his alimenta praestantur, limitro- phos dici: a limine uidelicet, & p. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. quod nutrire significat. uerum haec sententia om- nino repellenda est: quoniam limenarchae, non a liminibus Imperij, sed & p. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. id est, a portu dicuntur: sunt autē custodes por- tuum, quos Aristoteles in Politicis appellat limenophylacas. Nec enim ratio admittit, ut Latina dictio cum Graeca cōponat, ut Fab. Quint. autor est: & ita uox haec intelligenda est in l. limenarchae. de seruis fugitiuis. in l. muneru. de munerib. & honorib. Illud cum alijs sentio, limitrophos fundos dictos, non a liminarchis, sed a limitaneis militib. quod teneretur eorum possessores annonam inde prouenientem, ad castra militum ducere, qui in Imperij limitib. excubabant aduersus bar- baros: hinc limes orientalis Fl. Vopisco in Sa- turnino: limes Reticus, eodē autore in Bo- noso. Aelius Lampridius in Alex. sola quae de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus, & militib. donauit: ita ut eorum essent, si ha- redes eorum militarent, nec unquam ad pri- uatos pertinerent: dicens attentius eos mili- taturus, si etiam sua rura defenderent. ex qui- bus Lampridij uerbis cognoscere est, qui sint agri limitanei, de quibus in ultima huius ti- tuli constitutione, & quomodo differant a li- mitrophis. Fl. Vopiscus in Probo: Accepit xvi. millia tyronum, quos limitaneis militi- bus interfereret. Rufus Festus de accessio- ne Ro. Imperij: Impetravit, inquit, Maximia- nus, ut reparato de limitaneis Daciae exerci- tu, euentu Martis repeteret. Sulpitius Alex. historiae lib. iiii. Eugenius tyranus suscepto expeditionali procinctu Rheni limitē petijt. Suidas hos praecipue collocatos fuisse tradit in orientali limite aduersus Saracenos & Per-

Limenarchae.

Locus in ff.

Limitrophii fundi.

Limitanei agri.

Suide locum.

fas, cum quib. facta à Iustiniāno pace, uenisse eos Constantinopolim: & ne rem populo gratam facerēt, quicquid lucrati fuerāt clam sub ulnas tulisse. Corruptus est Suidæ codex, ubi legit *λιβιταναιοι*, libitanei: legendū *λιμυταιοι*.

¶ Quod demū in fine rubricæ legitur, castellorum. ratio suadet ut legamus, castellis. De pascuis publ. & priuatis.

Antiochia.

¶ Lex, insignis Antiochenorum. Antiocheni populi sunt ab Antiochia urbe Syria præstantissima, quæ dignitate non multum inferior est urbe Roma, ut scribit Herodianus. Aelius Spartianus in Caracalla, Antiochenes dicit, non Antiochenos. urbs ipsa cognitissima est ex Cosmographis. barbarico sermone hæc dicitur Nisibis, in l. 1111. C. de cōmer. ut quidam tradunt: licet ipse ex Ammiano lib. XIII. contrarium opiner.

Nisibis. Locum Codicis.

De fundis patrimonialib.

Osfroena.

¶ Lex, omnes fundi per Mesopotamiā & Osdrocena. ¶ Osdroenam suspicor legendū, quoniā antiquis codicib. uox hæc ita frequērius legitur. Huius mentio fit Lampridio in Alex. & in Maximino. Rufus Festus: Traianus, inquit, Osenorū loca & Arabum occupauit: ut suspicer corruptū codicem. Suidas: Osfroem nomen loci, uel ciuitatis est. Ammianus Osdroenam appellat, lib. XIII. Herodianus Osroeniā, in VI. & VII. lib. in breuiario ad Theodosiū, Olyhenia: & in seq. lib. de milit. ueste, l. prouinciæ. Osioenia legitur. Procopius Persic. bell. libro I. Osroenam ab Osroo duce dictam opinatur. nusquā maior codicum inconstantia. omnino prouincia est Parthis contermina: ut scripturæ ratio, non res ipsa ueniat in dubium.

Agonothetici fundi.

Iuuenalis locus.

¶ Lex, iubemus, aut agonotheticos. Sacra erant certamina quatuor, quæ in honorē deorum fiebant, Iouis, Phœbi, Palæmonis, Archemori: ut superius retulimus. qui his præerant, Agonothetæ dicebantur: erantq; decē uiri, ut Iulius Pollux scribit. Sanè prædia, quæ his iam emeritis distribuebant, possunt agonothetica dici: siue ea quæ ipsi agonothetæ athletic adiudicabant. Nam multa præmia his dari solita, potest etiam ex Iuuenali cognosci, qui id ipsum conqueritur in

Ruffato Lacerta cursore: cuius fundus centum patrimonialia causidicorū æquabat: Saty. VII. Ruffatus enim factionis aurigarum nomen est. Vnde in Epigram. Græcis lib. V. *Ιελιανός εστ' ἄρμα ἔρατος ἔχων, ἐνίκα τῶν οὐρανίων δόμων.*

¶ Ut erent, qui de milite intelligendum existimant, fuisse enim populo & principibus gratissimos, eodē lib. ostendit: quapropter & alii qui aureis statuis honestati, ueluti Vranus: *τῶν καὶ χρυσῶν μίλις ἀνιχρῶσαντο μετὰ μὲν κνδίσφ.* In Valentiniāni Martianiꝝ nouellis constitutionib. agonothetici fundi dicuntur ciuitatum fundi, ex quorum reditu seu canone honoraria agonothetis præstabantur.

De fundis rei priuatæ.

¶ Vniuersi rationalium. Accursius interpretatur, procuratores Cæsaris. Iul. Capitol. in Maximino, uidetur capere rationalē procuratore fisci. Erat fisci procurator in Libya, qui omnes Maximini studio spoliauerat: hic per rusticanā plebē interemptus est: sed cum per eos qui rationalē in honorē Maximini defendebant, uiderent autores cædis, &c. In quam sententiā etiā accedere uidetur Lampridius in Alexan. nisi capiamus procuratorē fisci & Cæsaris esse eundem: quod tamen negāt recentiores Iureconsulti in l. I. de offi. proc. Cæsar. At dixerit aliquis, rationale generale esse uerbū, quod & fisci & Cæsaris procuratorem in se continet.

Procurator fisci. Rationalis.

De prædijs tamiacis.

¶ Rubrica, qui sint tamiaci fundi, uenire potest quantumuis perito in dubium. Accursius plures affert opiniones, quas potius somnia dixerim. Ipse tamiacos fundos eos arbitrator, qui dispensatori publico præstabant annuos fructus uectigales: quibus ille postea in domo Imperatoria dispensabat alimenta. nam *ταμίαις* dispensatorem significat, hinc in nominatus poeta epigram. lib. V. *ὅτι οὐ μοι βίος τ' ἄγαθός ταμίαις.*

Tamiaci fundi.

Tamiac.

Aelius Lampridius in Alex. Aurum & argentum rarò cuiquā, nisi militi diuisit: nefas esse dicens, ut dispensator publicus in delectationes suas & suorū cōuerteret id quod prouinciales dedissent. *ταμίαις* etiā custodē penus significat, & plerunq; exactorē, quæstorē uel *ταμίαις*, cella ipsa salgamaria. Tamiarū quoq; in alio significato meminit Suidas.

¶ L. meminimus gomariçij. Barbara hæc est uox, & nullum capit sensum, fortassis uera lectio est, gunathetici: ut accipiamus saltus eos, quos homines quodammo adscripti in colunt, nullam ulterius expectantes mercedem, q̄ quæ ex ipso saltu colligetur. *γῆδος* is locus dicitur, in quo feliciter pullulant, proueniuntq; arbores. *θιλικός* autem mercenarium, seruitutiq; addictum hominem significat. potes hic etiam legere, agonothetici, quam dictionem supra satis explicaui, & hic magis conuenire arbitror.

De diuersis prædijs.

¶ L. si quis ex titulo ergasteria. intellige officinas mechanicas, in quibus manu opera fiunt. horum mentio in rubr. C. de monopolijs. Græca est dicitio. Leontinus in sphaeram Arateam: *πῶλον, ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρτέων, ὃ τῶν μηχανῶν καὶ ἐργαστικῶν ἐργαζόμενοι.* id est, pridie, ὃ bone Theodore, in mechanico ergasterio laborantes. huius mentio est etiam in l. eos. C. de usuris. in l. prima. C. neg. ne milit. & XLIII. distinctione. nulli.

Ergasteria.

¶ Quod autem in hac lege sequitur, Agonotheticos, abundè supra declarauimus. ¶ Lex, hac in perpetuum Calamacho. In nomina sunt hæc possessionum Apamena urbis, quorum etymologiam uestigare frustra esset. De Apamena plura apud Plin. lib. IIII. De priuilegijs domus Augustæ.

¶ Absit ut nos titulis, istud idcirco dictū est, quoniam

quoniam si qui Imperatores aut fecissent, aut instaurassent pontes aliquos celebres, solebant magnificentia suam marmore inciso eulogio significare. quod etiam hodie Romæ passim conspicitur, ueluti in ponte Narsetis, & in ponte Gratiani, & similibus: quod & Lampridius in uita Alex. testatum reliquit.

De grege dominico.

¶ Lex, propositis, siue Hermogenianis, siue palmatis. ¶ Palmati equi iidem ferè sunt, quos uulgò baios uocamus: quoniam spandices, hoc est, cum fructu suo ramusculos, Græci *βαίαις* uocant: sic igitur dicti sunt à colore. Possimus etiam intelligere equos palmatos, quibus utebantur aurigæ in circo, à palma: ut Hermogeniani etiam in simili significato capiuntur ab Hermogene aliquo auriga, seu agitatore alicuius factionis. alioquin Hermogenes sub Constantio Imp. fuit præfectus prætorio, ut libro XXI. scribit Ammianus. eundemq; magistrum equitū, & seditione facta à Constantinopolitanis occisum tradit Socrates in hist. Cæsiodori. fuit & Hermogenes rhetor, de quo Suidas. Sanè tunicæ palmatae sunt, quibus consules, aut alicuius magistratus uiri utebantur. Vopiscus in Aurel. Cape pro rebus gestis tunicā palmatā, fellam eburneam: nam te consulem hodie designo. Meminit & Trebellius in Galieno, & Apul. in apolog. & Seruius, qui triumphalib. uiris dari solitā scribit: cuius rei etiam Liuius est autor. Aufonius in Panegy. Palmatam, inquis, tibi misi, in qua diuus Constantinus parens noster intextus est. hæc planè. hæc est picta uestis non magis auro suo, q̄ tuis uerbis. Illud nō prætereundū, innominatū legū interpretem, qui tempore Iustiniāni, uel certè paulò post Græcè scripsit, in hanc sententiā palmatis equos declarare. fuisse enim Palmatium quendam equorū diuitem, cuius bona per tyrannidem proscripta sint: cuius in hunc prope modum meminit illustrius Esychous philosophus Milesius, chronicarū diuisionū libro V. Tempore Valeriani in Cæsarea Cappadocia Palmatius habitabat, supra regiam præfectus: equorū indomitorū, & etiam aliarum diuitiarum acquiritor: factionis plebeie princeps, & petulans ut quiuis alius: qui cum consularis uiri, Isoemi nomine, uxorem quæ Iosida uocabat, rapuisset, inter proscriptos relatus est. Cæterū potes etiam legere Paladios equos. Cæsiodorus historiarū lib. XIII. Inuenit, inquit, Theodosius quendam uirum, animi habitu, corporisq; fortissimū, qui tanta uelocitate ueredos agebat, ut tribus diebus perueniret ad terminos Romanorū atq; Persarum: & rursus totidem remearet ad Constantinopolim. is enim Romani Imperij terminos uelociter transibat: de quo quidā eloquentissimus sic ait: Isue uir, cum sit lata Romanorum respublica, eam paruulam sua uelocitate demonstrat. erat autem illi nomen Paladius. Non tamen à ueteri scriptura reor discedendum, Sanè solitos Imperatores equo-

Palmati equi.

Hermogeniani.

Palmata uestis.

Palmatius.

Paladius.

rum sobolem in Thracia alere, autor est Procopius in bello Aphricano. De cupressis.

¶ In rubr. ex luco dampheis, uel perseis. lege, ex luco Daphnes, uel Perseidos: eodē modo corrigenda sunt primæ legis uerba. Daphne autem Antiochiæ in Syria suburbanum est, quod LXXX. stadiorū ambitu clauditur, ut scribit Strabo: in eo erant spectatissimæ lauri, autore Aufonio: unde & nomen sumpsit. Addit Philostratus, alibi insolitas in eo nasci cupressos, in memoriam Cyparissi, quem Apollo dilexit, cui ille lucus est sacer. Eius meminit, præter Arrianū, Pausaniam, Cæs. Iulianum, in oratione quæ inscribitur Misopogon, Capitolinus in Antonini philosophi uita, & Claudianus: Lambit Apollinei nemoris nutritor Orōtes. Perseidis autem luci rara est admodum apud autores mentio. Suidas, *περσεῖς, αἰτ, ὄνομα τῶν περσεῖς.* Sofomenus historiarum lib. VI. Fertur quod in Hermopoli Thebaide arbor, quæ uocatur Perseidis, multorum languores subegerit, si fructus aut folium, aut pars eius corticis collo ægrotantium ligaretur. Verū in his dubito, ne Suidas Persarū regionem, Sofomenus arborem intellexerit: nisi & de arbore hic quoq; Imperator sensit, ut punctis distinguenda sint uerba.

Daphne.

Perseis.

¶ In lege, omnes iudices. sed nec à luco, uel litucha. ¶ Recentiores quidam, qui nescio quas annotatiunculas in Ius ciuile edidere, legunt, à lucuco, uel à lucuca: interpretanturq; uirum, seu foeminam, quæ lucum custodiat, quam expositionem, ut pluribus reprobare non curem, satis sit illud, quod sine autore loquuntur, quo nihil in re Latina est impudentius. alij à luco, uel à littore legunt, cum nullum sit in Daphne littus. Ego libentius legirim uel à liturgo, uel liturga: seu (quod magis placet) litucho, uel litucha. liturgos enim Græcè dicitur, qui publicè operatur, circa res sacras præsertim. *λειτουργός*, minister publicus: cuius etiam in epistolis Plin. Cæcilius meminit. Lituchus uerò non absimili significato, ne potest dici habens curam rei sacræ, quæ ad ius publicum spectet, *ἐπὶ τῷ λῆτῷ καὶ ἔχω*, sicut etiam rhabdunchus dicitur præses curatorq; athletarum, *ἐπὶ τῷ πάλει καὶ ἔχω*, Suidæ & cæteris. Sanè hunc locū Daphnes sacrum fuisse, supra retuli ex Philostrato: cui ad stipulatur Rufinus sacræ historiae lib. X. cum Iulianus in Daphnes suburbano Antiochiæ, iuxta fontem Castaliū litaret Apollini, & nulla ex his quæ quærebat responsa susciperet: causasq; silentij percunctaretur à sacerdotib. &c. Procopius belli Persici lib. II. Rex, inquit, Daphnen uenit Antiochiæ suburbanū, ubi nemus amœnum, fontibus aquarum irriguum: hic ubi nymphis sacrificauit, abiit.

Liturgos.

Lituchus.

Rhabdunchus.

Daphne sacra.



DN AND ALCIATI IN XII. LIBRVM CODICIS

Iustiniani, annotationes.

De pratoribus, & honore praturæ.



N rubrica, & in l. 11. non facile reperies quid significet gleba, clavis, phollis, & septem solidorum functio. quare, qui in ob-

est, alio nomine dicta balantiu: trahit autem donos ducentos quinquaginta, hoc est, libras CCCXII. & uncias VI. singuli uero doni libram unam, uncias XII. comprædebant. Est & alius phollis coactus ex argenteis leptis, qui militibus quos milliarios uocabant, dabatur. Lepti autem ceration unum cum dimidio continent. ita Phollis iste argenti, ceratia CCVIII. habet, & numos IX. quæ summa nunc ualet millia CIX. Est & alius phollis, à duabus auri libris incipiens, & usq; ad octo procedens, prout soluentium tributa substantiæ patiebantur. hæc ille interpret. Veru Suidas: Phollis, inquit, masculini generis, est obolus. Idem in dictione cermata, κερματα, ducenti & decem oboli, quos pholeis uocant: & hoc sensu Augustino de ciuitate Dei, ultimo libro capitur. tamen Beroaldus in Apul. pholles legerit, cum ea uox nunquam pro pecunia accipiatur. Puto itaq; Phollē, glebam, clauem, nomina esse extraordinariarum functionum (nam & Corn. Tacitus lib. XI. clauariū donatiui speciem esse tradit) quas hac lege sustulit Imperator: nihil autem habere comune cum prætore, nisi forte quod ab illo exigebantur. Procopius in bello Persico, libro III. Aulæ, inquit, præfectus, quem Romani prætorem uocant, & quæstor ærarij, pecunias bello necessarias à populo exigebant. follis in hoc sensu mentio quoq; est in Theodosij Codice, in legib. nouellis Martiani, ubi Imperator: Quicquid, inquit, ex titulo senatoris follibus in prouincijs debetur, hoc iubemus remitti.

De consulib. & non sparg. pecun.

Rubrica. Morem istum spargendaru pecuniarum damnat etiam Vopiscus in Aureliano: Vidimus proximè consulatum Furij Placidi tanto ambitu in circo editum, ut non præmia dari aurigis, sed patrimonialia uiderentur: cum darentur lineæ subsericæ, lineæ paragaudæ: darentur etiam equi, ingemiscensibus frugi hominibus. factum est enim, ut iam diuitiarum sit, non hominum consulatus. qui utiq; si uirtutibus defertur, editorem spoliare non debet. perierunt casta illa tempora, & magis ambitione populari peritura sunt. hæc ille. Quæ uerba sunt puræ puta rationes huius constitutionis, qua misilia damnauit Imperator.

Quod autē sequitur in rub. de patritijs. aliter apud ueteres scire debemus dictos patritios, aliter in his legib. capi. nã apud Rom. senatorij ordinis uiri, quiq; ab his progeniti erant, patritij dicebantur, ut scribit Liuius lib. 1. ab Urb. con. & sentit Tranq. in Aug. Apud Græcos autem, de quib. hic loquit, omnino maior erat dignitas, non ex successione debita, sed quæ solebat à principe concedi. Sidonius Apol. Egditio honor patritiatus accedit: celerrimè, si cogites eius etatem: si merita, tardissimè. Cassiodorus epist. lib. VI. Nostro munere subleuatus, patritiatus culmen ascende: quod quidam iuridicorū à patribus dictū esse uoluerunt, Suidas patritios esse tradit comunis

Balantiu. Doni. Lepti.

Phollis.

Prætor.

Phollis.

Phollis.

comunis reipublicæ patres, qui in suprema dignitate senatorij consilij esse censentur. meminuit & Procopius lib. 111. Interea patritios uiros cum LXX. militibus, qui ad se paulò antè conuenerant, in Siciliam misit. Palam est igitur malè sentire Accursium, qui in §. filiusfam. Insti. quib. mod. ius pat. po. sol. hanc dignitatem cum uetere confundit.

In l. prima, repetiti etiam faces. Alij codices, & ipsi impressi habent, fasses, & melius: consuli enim dabantur XII. lictores cum fascibus, pro consuli uero VI. tantum. Erant autem fasses, manipuli uirgarū, intra quos stabat securis, Plutar. in problematis, T. Liuius, & cæteris: licet Accursius in l. pro consules. de offic. pro cons. interpretetur, uices: cuius erratum cum Beroaldus, tum alij detexere. Vopiscus in Aurel. consuli à senatu deputari tradit faces. Ammianus lib. XX. tunc & memoriam Constantini ut nouatoris, turbatorisq; prisicarum legum, & moris antiquitus recepti uexauit: eum apertè incufans, quod barbaros omnium primus ad usq; faces auxerat, & trabeas consulares. puto corruptum utrobique codicem, & propterea legendum, fasses. Sanè Imperatoribus ignem præferri solitum, lib. VII. scribit Herodianus.

De præfect. prætor.

Lex prima. Pomponius Latus post ueteres existimauit, in opere cui de magistratibus titulum fecit, Magistrum equitum eundem esse, qui & præfectus prætorio sit. cui opinioni refragatur hæc constitutio. quare sciendū est, olim regnante Romulo, eum qui præerat prætorio, id est, militibus, cohortibusq; prætorianis circa palatium principis, solitum fuisse etiam in bella prodire, & dictū magistrū equitum. sed ubi Romanorū opes creuerunt, distincta fuere officia, ut hic excubias ageret, ad tuendam principis salutem: ille uero contra hostes imperium tueretur. et si & illud subticendum non est, à paulò recentioribus Cæsaribus præfectos prætorio missos quandoq; ad regendas prouincias. cuius rei testimoniū affert l. pen. & l. ult. C. de offic. præf. prætor. ubi legitur, præfectus prætorio Africæ, & præfect. prætor. Orientis. cuius & mentio est in breuiario Theodosij. Ambrosius ad Titianum, epistolarū lib. VI. Rufinus ex magistro officiorū factus est in consulatu præfectus prætorio, ac per hoc plus posse coepit: sed tibi iam nihil obesse: est enim aliarum præfectus partium. Sidonius libro III. ad Polemiū: Bienniū propè clauditur, quo te præfectum prætorio Galliarum, non noua uestra dignitate, sed affectu adhuc uetere gaudemus. Quanta autem sit huius magistratus dignitas, ostendit Cassiodorus epistolarum lib. VI. Potestati præfecti prætorio nulla dignitas est æqualis: uice sacra iudicat: nullus ei miles fori autoritate præscribit, excepto officiali magistrati militum: curiales etiam uerberat: in officio suo ius retinet singulare: & talib. tantisq; noscitur iubere, quos etiam

Accursij error.

Ammianus, & Vop. emendati.

Magister equitum. Præf. prætor.

Patritij.

prouinciarū non auderent iudices in qualibet parte cotemnere: militia perfunctis tribunorum & notariorum honorē tribuit, & milites suos illis exæquat: gratanter implet Imperator, quæ ille constituit, &c.

De præpositis sacri cubiculi.

Lex, hac nostræ. angarias, seu perangarias, uel etiam peraueredos. lego parangarias, & paraueredos: ut munera quæ subeunt incolæ cū carris & ueterinis, puta ad auhendæ, reuehendæq; instrumenta belli, ea dicantur peraueredos fieri: quæ uero aliter, dicantur angaria, seu parangaria. Vnde deducantur paraueredi, supra explicauimus. & angarias appellat Vegetius lib. 11. omnia munera, quæ à militib. fiunt, etiã non uilia. inde uigilias, itationesq; & gestationes in usum belli, angarias dicit: quotidianas etiam in pace uigilias, item excubitū, siue angarias de omnib. centurijs, quæ uicissim milites faciunt &c. Et alibi: Si uero ad uigilias, uel angarias faciendas, siue ad opus aliquod, uel ad decursionē campi exeunt milites. Suidas: ἀγγαρία ὅτι δημοσία καὶ ἀναγκαία δαρεία, publicum & necessarium munus. Procopius in Persico bell. Veredos, inquit, equos publicos uocant.

De primicerio.

Accur. in rub. existimat primicerium dictum, quod primus ferat cereū. quæ etymologia planè ridicula est: nam primicerius, notarius principis dicitur, & honore inter notarios primus: sicut sequens dicitur secundicerius. κηρός enim ceram significat, κηρωμα tabulā ceratam, in qua antiqui scribebant. ab huiusmodi igitur tabulis dicti sunt primicerij. Vegetius libro 11. Primicerius, inquit, in officio præfectorū prætorio, ad honestum quæstiosumq; militiæ peruenit finem. Athalaricus Gotthorum rex in quadam epistola ad senatores urbis Romæ: Illustri uiro atq; magnifico patritio Maximino primiceriatu, qui & domesticatus dicitur, gerendam duximus dignitatem. Suidas, πριμικερῖος ὁ πρῶτος τῆς τυχεύσεως. dicitur autem primicerius non solum notariorum, ut apud Renatum Frigidum in historia Honorij & Theodosij: Rusticus Agretinus ex primicerio notariorum Iouini, multiq; nobiles apud Aruernos capti: sed etiam primus aliarum dignitatu. Hieronymus in chronico. Eusebij: Iouinianus ex primicerio domesticorum, Imperator est factus. Ammianus Marcel. libro XVI. Inter quos etiam Valentinus ex primicerio protectorum, tribunus. Hieronymus, uti suspicor, in uita Martiani: Hadrianus Septitium primicerium scholæ candidatorū ordinauit. Innomatus autor ad Theodosium, primochirium appellat, quasi primum à manibus dicas: nisi corruptus est à scriptore codex, qui unus extat. quæ autem huius officij sit dignitas, ostendit Cassiodorus epistolarum libro VI. in forma comitiæ sacrarū & primiceriatu: ubi, ad publicæ, inquit, festiuitatis indicium, locū quoq; primiceriatu adiugimus.

Angaria.

Primicerium.

Primochirium.

parum est autem, quod prouinciarum iudices tunc subiaceant dignitati: ipsis quoque proceribus chartarum confirmas officium, dum perfectum non creditur, nisi a te fuerit pro solennitate completum. uestis quoque sacra tibi anti quitus noscitur fuisse commissa. curas quoque littorum, aduentitia lucra, prouisionem comitis, negociatores, quos humanae uitae constat esse necessarios, huic potestati constat esse subiectos. nam quicquid in uestibus, quicquid in aere, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana potest habere preciosum, tuis ordinationibus obsecundat. Zonaras, *μεγάλα*, inquit, *περικμηκεύς ομιάδιόνδτι μέγας λόνκς κρι μέλαν* &c.

De comitibus & archiatri.

**Archiatri.** ¶ Archiatri dicuntur medici principis, *αρχος* enim princeps, *ιατρος* medicum significat. Homerus:

*ιατρος γαρ αυτη τωντων αυταξις ελμων.*  
Vir medicus, multis alijs æquandus honore est. Non igitur hic summos medicos interpretandum puto, quod alij faciunt: sed medicos principis in aula Imperatoria. *αρχος* quoque Athenis summus magistratus erat, ut in Gallienis scribit Pollio. Formam autem, quomodo constituerentur archiatri, cuiuslibet discere est facilimum ex Cassiodoro epistolarum lib. vi. ubi ex persona principis: Indulge, inquit, nostro palatio, habeto fiduciam ingrediundi, fas est tibi nos fatigare ieiunijs, fas est contra nostrum sentire desiderium, quæ uerba clarissime ostendunt, fuisse medicos principis archiatros. Horum & meminit Iulius Firm. lib. iii. Etymologiae autem ratio, hoc in titulo non inde deducitur, quod *αρχος* *ιατρος* essent: sed quod primi, principesue medicorum illi existimandi sunt, quos in aula sua Imperator haberet: alioquin & archiatrum Aesculapium Augustinus de ciuitate Dei iii. appellat.

**Silentiarij.** ¶ Et quod inferius sequitur titulus, de silentiarijs. ¶ Procopius Persic. belli ii. Romani, inquit, ad ea quæ quietis sunt, in palatio ministrum, silentiarium uocant: sicuti domesticum, arcanorum principis conscium: ut in eodem opere legitur.

De præpositis laborum.

**Domestici.** ¶ Accursius in huius tit. declaratione, anceps nimio plus quam equum est fertur: cum antiqua lectio satis probabilis sit, quod his præpositis subessent mediastini omnes, alijque Imperatoriae domus opifices. Illud fortasse se fellit Accursium, quod alibi legerat ergolabos esse operarios: quæ Græca dictio est, *εργολαβοι*. reperitur autem in l. unica, C. de monopolijs. quam lectionem probarem, nisi ueterum codicum auctoritate adducerer, in quibus præpositos libellorum lego. Cæterum quoniam hic de labaro quædam Accursius dicit, illud sciendum uexilli speciem esse labarum alijs nobilior, quod ante Imperatores ferri, & a militibus adorari moris esset. erat autem auro & preciosis lapidibus operitum: ut Socrates episcopus scribit in tripartita historia, li-

bro i. cap. v. Vt inde cognosci possit, quid sibi uoluerit Septimius Clemens in Apologetico, cap. xvi. Sypara illa uexillorum & laborum stolæ crucium sunt.

De proximis sac. scrin.

**Cornicularij.** ¶ Lex ii. corniculario. ¶ quia in huius dictionis significato Accursius hic fallitur, intellige cornicularium, id est, adiutorem principis custodiae, uel officialis. Aconius: Accensio, inquit, dicebantur attributi decurionibus, hoc est, ministri eorum, quasi ad censum additi, quos nunc commentarienses & cornicularios appellant. Valerius Max. libro vi. Cui Cominius tribunus plebis diem ad populum dixit, quod cornicularium suum stupri causa appellasset. Dicitur autem cornicularius in bello accensus decurionis: quo significato capitur etiam apud Frontinum lib. iii. Tribuni cornicularius uigiles quosdam excitauit. & apud Tranq. de claris grammaticis: Orbilius corniculo meruit. In palatina uero militia, cornicularij accipiuntur pro accensis primis scriniorum, uel principis proximorum: quo sensu capitur hæc uox hic, & apud Maternum lib. ii. & Tranq. nam quem ipse in Domitiano appellat Clodium cornicularium, Dion Græce *κλωδιον οπτελον* dicit: quod quidam prodidit, licet eorum iudicio non omnino acquiescā. Horum quoque mentio est in breuiario Theodosij de officio scriniorum. Cornicines autem alio significato dicuntur Vegetio in ii. sed hi nihil ad rem præsentem. Dicitur autem in hac lege, caput officij, eo modo quo Vegetius dixit, caput contubernij. Sanè magistri ipsi scriniorum *απρηραφης* uocantur, ut Græcus legum interpres scribit.

**Venality.** ¶ Lex, iubemus uenalityum. ¶ Venality dicitur negociatores, a uendendo, Plin. lib. xxi. & Ciceroni, & Nonio: præsertim seruorum: inde serui quoque ipsi uenality dicitur & uenales. & in hac l. uenalityum munus, quando quis cogitur negociari, quod uiro nobili indignum putatur.

**Teloneon.** ¶ In sequentibus uerbis, temonis. ¶ lego, teloneis, hoc est, tributis & uectigalibus. teloneon locus est ubi tributa fiscalia exiguntur: cuius mentio habetur etiam in Euangelijs. *τελωας*, exactor ipse, seu publicanus, Tranq. in Aug. Nisi forte quis existimet temonem illud esse tributum, quod Ammianus Marcel. iugum appellat: qua in re dubito. Sanè Maiorianus in nouellis, iugum uidetur mille solidorum censum appellare, ex quibus bini solidi functionis publicæ nomine exactoribus præstabantur.

**Temonis tributum.** ¶ Lex, peculiari. usque ad meloproximos, simplici liquida legendum, si deducat ea uox a Græco uerbo *μελιτω*, quod exercere significat: uel a Græco *μελες*, quod curæ esse denotat. Nero in epigrammatis. *εμθ βανοντ ε γαία μιχθίτω πνει, εδεν μέλες μοι, τα μά, γαρ κελος εχθ.* Me terra functo misceatur ignibus, Id curo nil, mea probe se continent.

Quos

Meloproximus.

Quos senariolos ideo libentius adduxi, ut explicatiore haberes Senecæ in libro de clementia ii. Tranq. in Nerone locum. Significabit igitur meloproximus eum, qui se cum proximo sacri scrinij exercet, inferior tamen illo gradu dignitatis. eritque hoc modo compositio Græca & Latine dictionis, quod et si ueteres, autore Quintiliano, raro admiserint, posteriora tamen secula receperunt. nisi malis toto titulo, non proximos legere, sed prochiros. Græci enim *προχίρος* uocant honeste scribas, quod manu expediti sint. at facilis factu, lubricusque error, & Græcum in X uertere. Potest itaque legere, meloprochiros. et si, ne lectionem rear mutandam, non parum me inducat Theodosius, qui ubique, proximos, dicit: cui accedit & Ammianus, licet corruptus scriptorum uitio autor. Sed & potuit ea ratione meloproximus dici, qua mesonautas Iurisconsulti nuncupauere. alij meloproximum interpretantur qui futurus est proximus: qua ratione mellonymphum dicunt designatum sponsum, & mellothanon capula rem. ¶ Lex, unicuique, ut x v. primatum. ¶ iunctim legendum est, xv primatum: erat enim dignitatis nomen, hoc est x v. primarij uiri in scrinijs. Cicero in Roscio Amerino: Itaque decurionum decretum statim fit, ut xprimi proficiscantur ad L. Syllam. Græce dicitur *δεν πρῶτοι*. Arcad. in l. ult. de mun. & hono. & supra diximus: est enim diuersa illa dignitas ab ea de qua loquimur.

Antiquarij.

¶ Lex, hac parte. antiquarios. ¶ intellige eos memoriales, qui antiquarum rerum principi memoriam suggerunt. antiquarius enim significat eum qui antiqua uerba interpretatur, qui ue curat uetera. Iuuenalis satyra vi. Ignotosque mihi tenet antiquaria uersus.

De agentibus in rebus.

**Curios.** ¶ Lex ii. pateat cogia. ¶ locum hunc ut menda non carere credam facit dictio, cogia, nusquam reperta apud tot scriptores: præsertim tam audaci deriuatione, ut a cogo fiat cogia: cum alij omnes dicant, coactio. quare non absurdè putauerit aliquis hic legendum, elogia pateant, hoc est, concedatur licentia. elogium enim plerumque pro licentia ponitur, de quo superius dictum. Alij etiam de uulgatis codicibus habent, copia, quam lectionem probō.

Ducenarij.

¶ Lex, matriculam. ¶ Ducenarij, quorum hac in lege est mentio, quem in sensum capiantur, probabiliter certè dubitari potest. nam hoc nomine appellari eos iudices legitimus, qui de leuioribus rebus pronuntiabant, dicti a censu ducentorum sestertiorum. horum decuria addita fuit ab Augusto Cæsare, ut scribit Tranq. Ducenarij quoque, ut alij tradunt, capiuntur pro exactoribus publicanis uel ducenaria enim nomē uectigalis est, sicut centesima, quinquagesima. Apul. lib. vii. nam procuratorem principis ducenaria perfunctum, dein fortuna tristiore decussum, orato fueram aggressus. reperitur etiam id nomen in alio significato apud Vegetium lib. ii, ubi

primus, inquit, hastatus duas centurias, id est, ducentos homines, ducebat in acie secunda: quem nunc ducenarium uocant. Et paulo inferius: Erant centuriones qui singulas ducebant centurias, nunc centenarij nominantur. Sed in lege nostra, quod erant centenarij, & ducenarij in re militari, puto fuisse hos in domestica familia. Scotus ad Theodosium Imperatorem, in schola agentium tradit fuisse ducenarios, qui in præfectorum officio in prouincijs fiebant officij principes: eratque eis potestas principalis clementiæ adorandæ. nam ducenarium habuisse proconsulem Achaïæ, comitem Orientis, præfectum Augustalem, uicarium dioceseos Asianæ scribit, qui in eorum officio scriptorio fiebat princeps.

**Biarchi.** ¶ Quod sequitur, Biarchorum. ¶ intellige eos qui emebant necessaria ad uitam totius domus principalis. *βι* uitam significat, *αρχος* principem. Cassiod. hist. lib. v. i. Demosthenis cuiusdam meminit, qui in Imperatoris Valentis aula præerat emendis obsonijs: constitutusque erat super epulas Imperatoris. possimus & legere, biarcei, quod ita appellentur uitæ necessaria curantes. unde epithetum Panos dei, Suida & Archiæ in epigram.

*πανι βιαρκε ελμ επ αλλης αυθυ μοι τειασοι.*  
cōuenit uenatoribus. *βιαρκε*, uita sufficientis. De Curiosis, & Stationarijs.

**Curios.** ¶ Crediderim curiosos eos appellari, non qui ubiubi delicta fierent denunciabant, ut sentit Accursius: sed tantum qui commissa in curia Principis, uel in comitatu præsidum, per omnes prouincias referrent ad præfectos: unde & nomen sumpsere. alioquin fuisse officium, qui denunciarent passim delicta, nusquam (ut arbitror) lectum est. Innominatus autor ad Theodosium scribit, in officio magistristri officiorum esse curiosum unum cursus publici: item curiosos per omnes prouincias, quos magister officiorum emittit. horum fecisse mentionem arbitror Apuleium Asini aurei lib. i. Non equidem curiosus sum, sed qui uelim scire cuncta, uel plurima. timentibus enim comitibus, præsertim Aristomene, mortem comitis prodere, eos fari audacter hortatur, qui non curiosus, id est, delator esset, sed potius libenter plurima scire cuperet: nam eo in loco ueteres codices habent, curiosum. at interpretes legunt, curionem: quæ lectio omnino falsa est. quid enim aliud est esse curionem, quam uelle scire cuncta, uel plurima: magis itaque credibile est, eleganti illa translatione uti Apuleium, quam pugnantia loqui. Stationarij quoque hoc in loco pro his accipiendi sunt, qui fugitiuos, & ad hostes transeuntes deferunt. Ammiano Marc. autore lib. xviii. sunt autem hi milites ordinarij, deputati ad aliquem tuendum locum in limitibus Imperij: dicti, quod in stationibus habitent, nec uagentur. sanè curiosorum quoque meminit Maternus libro iii. Si per noctem fuerint inuenti, erunt publicani, uectigaliarij, uel curiosi. Suidas etiam in uita Chrysostomi, reperiri tradit,

Centuriones.

Centenarij.

Biarchi.

Curios.

Apuleij locus.

Stationarij.



ἐλάμβανεν ὑπὸ κρείσσονος τῆς πόλεως ἐν μέσῳ τῆς πόλεως, tractus sub curioso urbis in media ciuitate.

De palatinis sacr. larg.

Lex, scrinijs, quisquis ducenarij numero unus centenarij numeri, legendum, centenarij numero i. id est, unus: quod alia probatione non uidetur indigere. Item in fine: barbaricarij centenarij numero i. i. intellige in quacūq; centuria duos barbaricos attributos.

Barbaricarij.

Barbaricarij autem sunt phrygiones, polymitarij ue, ut diximus superius, quos barbarios alij appellant: Imperator in l. i. s. de

Barbari.

præpositis agentib. in reb. barbaros. nam dictionis huius uaria est significatio. Siquidem antiquis illis temporibus & Romani ipsi barbari dicti sunt: quod legato Romano apud Aetolos obijcit orator Philippi regis, ut scribit Lilius x x x i. & Plautus linguam Latinam, barbaram uocat in compluribus fabularum prologis. sequenti demū tempore exempti hoc nomine sunt Latini, cum iam regna per diuersas prouincias protulissent: ut tamen & Hispani, & Galli, & Germani, ceteriq; præter Græcos & Italos sic notarentur. at sub recentiorib. Imperatorib. barbari solū dicti, qui sub Imperio Romano non erant, ut Sarmatae, Persae, Scythae, qua in significatione ubique capienda est hæc uox Ammiano Marcell. & si qui eo tempore scripserūt. & in l. i. i. C. de ser. fug. si fugitiui, inquit, serui deprædantur ad barbaricū transeuntes, pede amputato debilitentur. Ammonius in differentijs, barbarum tradit eum, qui Græcus nō sit: barbaricū uerò, barbarorū uel locum uel rem esse. Hodie apud graues uiros barbari existimantur qui Christianæ legis non sunt, uel sanguinarij & impij, quales milites gregarij plerūq; sunt. Vt cūq; itaq; capiatur id nomen, Phryges ipsi barbari sunt: inde phrygiones & ipsi barbari dicti: nam & rudis quicunque dicitur barbarus. Plautus in Milite: Nam hoc columnari poëtæ esse inaudiui barbaro. taxat enim Næuium poëtam, qui usus erat uerbo barbaro, columnari, quod Latinum nō est, ut conijcitur ex uerbis Festi Pompeij in dictione barbaros. ut iure mirari possimus, quā infeliciter Plautum declarauerit Hermolaus in corollario Pliniano.

Lex Codicis declarata.

Quod autem hac in l. mittendariorū fit mentio, Græcus legum interpret: Palatini, inquit, cōmuni nomine dicuntur omnes habitantes in palatio: alij quidē semper in domo Augusti perseuerantes, qui Comitatenfes dicuntur. Comitatum autem locum appellant, in quo uitam ducebat Imperator. Qui uerò in prouincias mittebantur, dicuntur mittendarij, à mittendo nuncio. hæc ille.

Locus Plauti.

De stratoribus. Stratores interpretatur quidam eos milites, seu mercenarios, qui castra præbant, ut loca accommodatiora ad traducendum exercitum facerent: uel aggeres, tumulosue æquando, uel struendo pontes, & similia: quorum mentio apud Vegetium libro secundo. Habet præterea legio fabros, tignarios, stratores, carpentarios &c. etsi alij codices habeant, instructores. Verum ipse in hac rubrica malim stratores legere: nam hos pro tabellarijs accipi Cicero ostendit, ut intelligamus hinc eos, quos princeps uaria necessitate mittit ad prouincias, ut nuncient aliquid: quibus tenentur prouinciales subinde mutare equos, quò celerius eant. uulgus uernacula lingua, equitantes principis famulos uocat. tenentur autem prouinciales eis offerre equos, aliter fisco solidorum nomine sunt obnoxij. Paulus Diaconus Longobardicorū libro sexto: Rex, inquit, Cunipertus, dum post hæc cum stratore suo, seu quem propria lingua marphais dicunt, consilium iniret. Suidas stratorem speciem esse dignitatis tradit, ut diuersa suspicer esse officia. Planè quæ Accursius & ceteri hinc scribunt, nec ex autoribus probabilia sunt, nec uerbis legis fat uidentur congruere. Staticulum autem & uehiculari genus est Plinio libro x x x v i i.

Mittendarij.

De decanis. Modestus in singulari libro, quem de rei militaris uocabulis fecit: Decani, inquit, erant decem militibus præpositi, qui nunc caput contubernij uocantur. Idem etiam testatur Fl. Rhenatus libro secundo, eodem modo dicti,

Stratores.

De castrensiarijs, & ministerianis. Hunc titulum proculdubio corruptum opinor: tum ex eo, quod Accursius pluribus eum modis legit: tum etiam, quò dictiones illæ non admodum Latinæ sunt. neque enim ministerianus, aliquo in autore est unquam lectum: cum alij, ministeriale potius dicant, ut Theodosius, qui in officio castrensiū hos connumerat: etsi Suidas magisteriani mentionem faciat, cuius dignitatis & mentio est in compluribus authenticorū locis, quæ à magisteriali non uidetur differre, qualem fuisse Cornelium Saturninū ostendunt inscriptiones ueteres, ut Bononiæ marmoreis stylobata in Margaritæ ædicula: Memoriam P. Cornelij Saturnini magisterialis, Cornelia prima uxor ex indulgentia colleg. signum liberi, basem C. aulis D. Sicut ergo & magisterianum, & magisteriale dicimus: ita utrunq; dicendum uidetur in ministeriali, ministerianoq;: etsi apud alios autores hoc, ut præfatus sum, legi nunquā. certè Latine magis dicitur, de castrensi. ministris. Lampridius in Alexandro castrenses ministros appellat: cuius uerba ideo maximè apponenda censui, quoniā quod horum esset officium, satis explicant: Aulicū, inquit, ministeriū in id contraxit, ut essent tot homines in singulis officijs, quot necessitas postuleret: ita ut annonas, non dignitatem acciperent: fullones, & uestitores, & pictores, & pincernæ omnes castrenses ministri. Castrensiariorum quoq; mentio est in uetustis spectationibus: ut in illo tumulo, qui Mediolani est in templo maiori: T. Ponti Maioris negociatoris silentarij & castrensiarij.

Ministeriali.

Magisterianus.

Magisteriali.

Castrensiarij.

Decani.

bet præterea legio fabros, tignarios, stratores, carpentarios &c. etsi alij codices habeant, instructores. Verum ipse in hac rubrica malim stratores legere: nam hos pro tabellarijs accipi Cicero ostendit, ut intelligamus hinc eos, quos princeps uaria necessitate mittit ad prouincias, ut nuncient aliquid: quibus tenentur prouinciales subinde mutare equos, quò celerius eant. uulgus uernacula lingua, equitantes principis famulos uocat. tenentur autem prouinciales eis offerre equos, aliter fisco solidorum nomine sunt obnoxij. Paulus Diaconus Longobardicorū libro sexto: Rex, inquit, Cunipertus, dum post hæc cum stratore suo, seu quem propria lingua marphais dicunt, consilium iniret. Suidas stratorem speciem esse dignitatis tradit, ut diuersa suspicer esse officia. Planè quæ Accursius & ceteri hinc scribunt, nec ex autoribus probabilia sunt, nec uerbis legis fat uidentur congruere. Staticulum autem & uehiculari genus est Plinio libro x x x v i i.

De castrensiarijs, & ministerianis.

Hunc titulum proculdubio corruptum opinor: tum ex eo, quod Accursius pluribus eum modis legit: tum etiam, quò dictiones illæ non admodum Latinæ sunt. neque enim ministerianus, aliquo in autore est unquam lectum: cum alij, ministeriale potius dicant, ut Theodosius, qui in officio castrensiū hos connumerat: etsi Suidas magisteriani mentionem faciat, cuius dignitatis & mentio est in compluribus authenticorū locis, quæ à magisteriali non uidetur differre, qualem fuisse Cornelium Saturninū ostendunt inscriptiones ueteres, ut Bononiæ marmoreis stylobata in Margaritæ ædicula: Memoriam P. Cornelij Saturnini magisterialis, Cornelia prima uxor ex indulgentia colleg. signum liberi, basem C. aulis D. Sicut ergo & magisterianum, & magisteriale dicimus: ita utrunq; dicendum uidetur in ministeriali, ministerianoq;: etsi apud alios autores hoc, ut præfatus sum, legi nunquā. certè Latine magis dicitur, de castrensi. ministris. Lampridius in Alexandro castrenses ministros appellat: cuius uerba ideo maximè apponenda censui, quoniā quod horum esset officium, satis explicant: Aulicū, inquit, ministeriū in id contraxit, ut essent tot homines in singulis officijs, quot necessitas postuleret: ita ut annonas, non dignitatem acciperent: fullones, & uestitores, & pictores, & pincernæ omnes castrenses ministri. Castrensiariorum quoq; mentio est in uetustis spectationibus: ut in illo tumulo, qui Mediolani est in templo maiori: T. Ponti Maioris negociatoris silentarij & castrensiarij.

dicti, quo centenarij & ducennarij, de quibus supra in nominibus rei militaris: Græcè δ'χθ' & δ'κκ' & δ'ρ' & δ'σ', idem sunt: & alij appellant οὐροποῖαν.

Mensores.

De mensuris. Mensores, inquit Vegetius & Modestus, sunt qui in castris ad podium metiuntur loca, in quibus tentoria milites figant: uel qui hospitia in ciuitatibus præstant. Teodosius in palatino officio mensorem lampadarij iungit: traditq; eos subditos fuisse præfecto prætorij per Orientem. Scio mensorem etiam in alia significatione capi, sed ea nihil ad hunc locum.

Pentaprotia.

De priuilegijs eorum, qui in sacr. palat. milit. Lex, de cubiculi. uel obsequium temoniariorum, uel pentaprotia. lego πενταπρωτία. Græca uox est, & significat quinque primorum munus: quos alia sacra constitutiones, quinque summates uocant. Ipse & quintumuiros appellari puto. Ab antiquis enim quicūq; magistratus extraordinarij, plerūq; ad simile nomen redigebantur: ut duumuiro, triumuiro, quartumuiro, quintumuiro, sextumuiro, decemuiro: quod & in magistratibus municipalibus obseruabatur. Planè dubium est apud recentiores Iuriconsultos, an duumuiro ius gladij habeant. quos Lilius admonere debuit, qui ab Vrbe cond. lib. i. scribit iudicasse duumuiros, ut Tergeminus Horatius si cui suspenderetur, quòd sororem interfecisset. quæ opinio & legib. ipsis probabilis est: nam duumuiro fasces habebant, l. duumuiro. C. de decur. qui capitalis animaduersionis sunt iudices, ut T. Lilius scribit, & Plutarchus in problem. & Pomp. Iuriconf. in l. ii. de orig. iur. nam & eos præfuisse carceribus, traditur in l. si quis uxori. §. si fugitiuum. de furtis. quamobrem duumuiros existimo ex magistratibus municipalibus duos fuisse, qui in reos inquirerent, & nullam ulterius iurisdictionem haberent, ut neq; ante eos ex illorū autoritate posset filiusfam. emancipari: nec debitor prætoris decreto contumax, possit per eos iure puniri, nec olim coram eis bonorum possessio agnosci: licet contrarium statuerit Iustinianus. Sed hæc alibi latius, cum certiora comperta habuerimus.

Quintumuiro.

Duumuiro.

Quod autem in hac constitutione dicitur, temoniarorū. superius admonui, & probabiliter teleoniariorum posse legi.

Capitulum.

Quod & legitur, turmariorum, quos capitularios uocant. fortasse sunt hic accipiendi decani, qui turmæ præerant: & alio nomine dicuntur, caput contubernij, ut scribit Vegetius. quod si ita est, uetat Imperator, ne decani possint in sui locum palatinos subrogare. Sanè capitulum, non solum Latine paruum caput hominis significat, ut apud Terentium: sed etiam particulam opusculi, ut apud Vlpianum l. i. de testam. mil. ut parum iure agant, qui id ipsum in suis disputatiunculis negant.

De priuilegijs scholarium. Scholares. hic intellige militantes in sacro palatio: nam & schola militū dicitur Vegetio, Seuerio Sulpitio in Martini uita, & ceteris: sicut schola literarum à Græco σχολή, id est, ab ocio. Meminit Cicero in Tuscul. Sanè negant pleriq; eruditi uiri, scholarem Latinā esse dictionē: sed pro ea utuntur Græca, scholasticus: quorū in sententiam ne eam, me multum mouet eloquentissimi uiri Fabij Quintiliani autoritas lib. ii. de officio discipulorum: ubi in ipsos, inquit, coetus scholarium læti & alacres conuenient: si modò emendata apud eum est lectio.

Scholares.

Scholasticus.

De perfectissimatus dignitate.

Tradunt recentiores Iuriconsulti, quatuor esse dignitatum species: ex quibus quidam sunt illustres, superillustres alij, quidam spectabiles, quarti clarissimi. tu uerò his quintum adde gradum, perfectissimorū, ex hac cōstitutione. unumquēq; autem magistratum sub horū aliquo gradu collocant: puta patritios, & senatores, superillustres: consules, præfectos prætorio, illustres: sicut spectabilem, præfectū urbis, prætorem, proconsulem: præsidem uerò prouinciæ, clarissimū. Sed ipse aliter reor: neq; enim omnes præsides erant clarissimi, uerū & perfectissimi quidam, prout dignitas prouinciæ requirebat, ad quā regendam mittebantur: qua de re alibi è nobis diffuse scriptum est.

Dignitatum species quot sunt.

De re militari.

L. contra. seu de castris riparensibus. riparenses hic accipiendos puto pro his militibus, qui in imperij limitibus excubabant pro republica aduersus Barbaros: puta in ripis Danubij, ad tuēdas Pannonias aduersus Sarmatas: & in ripis Euphratis aduersus Parthos. Herodianus libro sexto: Oppugnabat, inquit, Artaxerxes Persarum rex Romanorum castra, imposita fluminum ripis, quæ scilicet Imperij limites tuerentur. Et paulò inferior: Nunciatum est, Germanos Rhenum, Danubiūq; transgressos, in fines Romanos hostiliter intrasse, oppugnareq; exercitus ripis insidentes. Idem & alibi compluribus: nam ut Tacitus libro xvi. & Herodianus libro ii. prodiderunt, cum stante republica Romana, omnes Itali semper in armis fuissent, primus Diuus Augustus alienigenas milites mercenarios habuit, qui Romanum tuerentur imperium, tum fluuiorum magnitudine atq; fossarum, tum montibus asperrimis, & imperijs desertisq; locis.

Riparenses.

De castrensi pecul.

L. ius castrensis. legione prima adiutrice. Accursius in interpretatione huius uerbi, adiutrice, se plurimum inuoluit, atq; uix explicat. sed omisso quod ipse senserit, scire debemus, adiutricem hic pro legionis cognomine poni, cuius mentio Plaut. in uita Othonis, Cornelio Tacito, & ceteris. Hoc enim legioni Othonianæ nomen erat, quæ cum rapace Vitellij conseruit manus, mutabantur

Adiutrix legio.

Minervia legio.

tamen plerumq; hæc cognomina. nam Spartianus in Hadriano. primã legionem appellat minerviam: & secundam quoq; adiutricẽ dictam, ostendunt antiquæ inscriptiones.

De erogat. milit. annonæ.

¶ L. prima repetita consuetudo. id ab Imperatore dictum est: quoniã etiam apud veteres erant huiusmodi cibi militares, quales describuntur hic. Spartianus in Hadr. Ipse quoq; inter manipulos uitam militarem magistrans, cibus etiã castrensibus in propatulo libenter utens, hoc est, larido, caseo, & posca: exemplo Scipionis Aemiliani & Metelli, & autoris sui Traiani. Quid autem in hac lege sit buccellatum, ostendit Ammianus. Marc. lib. xvii. Firmatoq; cõsilio triginta dierum, frumentũ ex eo quod erat in sedibus, consumendum ad usum diuturnitatem excoctum, buccellatum uocant, humeris militum impositum. dicitur autẽ à buccæ, quæ est frustulum panis, quantũ comode buccæ capere possit. Augustus apud Traquil. Post horam primã noctis duas buccæa manducaui. Inde fit buccella, Martiali. Buccellarij autem Gallogræci uocabantur, & Buccellariorũ regio, Gallogræcia, ut est apud Suidam. Sunt & buccellarij equites cataphracti per Orientem, qui suberãt magistro militũ, ut ad Theodosium Imperatorem in breuiario legitur.

Buccellatum.

Buccæa.

Buccellarij.

Stellaturæ.

¶ L. septem diebus stellaturæ. uocabulum hoc inuentu rarissimum, interpretare ut ferẽ tessera frumentariã significet, nisi quod tessera gratuitũ frumentũ plebi dabatur, stellaturã uiliore precio annonã militibus uendebatur, idq; à paracho seu opinatore, qui à munificibus paganis acceptas species adærabat, id est, æstimatas in militare ærarium (magazinum uulgo uocãt, referebat, ut nomine stellaturæ distribuere, quod & hac ex constitutione & alijs pluribus ostenditur. Hinc Pescennius Niger Imp. ut est apud Spartianum, duos tribunos lapidibus obrui iussit, qui militum suorum stellaturas acceperant. Lampridius in Alexan. Annonam militũ diligenter inspexit, tribunos qui de stellaturis militibus aliquid tulissent, capitali pœna affecti. Puto dictas à stellis: ita enim Plinius libro vi. columnas seu pilas appellat, in quibus fœdera scribebantur. Capiuntur etiam pro quocũq; signo, etiam militari: nam & sedile collocatum in suggestu, Ammiano unde uigesimo lib. stella regalis, cum aureo puluinari, nullo uetante direpta est. nisi in emedatus est codex, & uerius legendum sit, sella. sed & de stellatura nobis alio loco dicitur.

Ammiani locus.

De militari ueste.

¶ Prouinciæ Tarsiarum. ¶ Tarsus Ciliciæ ciuitas, à Perseo condita. sed & legi potest, Tracheæ. Sextus Aurel. Victor in Vespas. Syria, inquit, seu Palæstina, necnon Cilicia Trachea, & Comagene, quam Augustofrauentem nominamus &c. Verum hic malim legere, Thraciã. ¶ Et paulò inferius, Misissia, ¶ Misissia, uerior lectio, est autem duplex,

Misissia.

superior & inferior, legito Plinium. Scotus Moesiam primam & secundã nominat, sicut Armeniã primam & secundã: quod & de Cappadocia refert in Pontico tractu: diuisæ enim ita erãt, & qualibet suũ habebat præfectum. ¶ Exceptis Ostereq; natis, & Olenia, & Isaria. ¶ castigatius puto legi, Orthodoxiæ natis, & Osthænia, & Isauria. Orthodoxia in Asia est trans Mæadrum, de qua Strabo lib. xiiii. potes etiã legere, Ostroene natis: quoniam Ostroem Suidæ urbs est diuersa, ut suspicor, ab Osthænia: quam conterminã Parthis supra diximus ex Herodiano: Isauria uero cognita omnibus.

10

20

30

40

50

60

70

80

90

100

110

Ostroem.

Epimetatici.

Metata.

Epidemetici.

Metatores.

Epidemigmatici.

Salgamum.

Cyrene.

120

De metatis & epidimeticis.

¶ Recentiores quidam legunt, epimetaticis: cuius quidẽ uocabuli significatio, ut ipsi arbitrant, inscriptiones continet, quæ à mentoribus fiebat: puta in ualuis ianuarum, quibus significabatur, quis in ea domo hospitaturus esset, domus ipsæ, metata dicunt: quam uocem numero singulari prolatam reperio à Casiodoro lib. iiii. historiæ: Et primum quidem interrogare militẽ, quis eum ad metatũ duxisset episcoporum. Ipse à ueteri lectione nil immutare ausim: quoniam mentores, inquit Vegetius & Modestus, etiam dicuntur, qui hospitia in ciuitatibus præstant: unde & dimentores, à qua dictione potuit deduci, epidimeticis, eo significatu quo epimetatica capiunt: etsi hæc quoq; deductio non admodũ Latina sit. Sed quid si legerimus, epidemetici: ut ita appellari credamus hosce metatores, quoniã in urbibus metarentur. *ὁ δὲ δὴ μὲν* enim idem ualeat, quod ad ciuitatem in rem præsentem uenio. Metatores autẽ sunt, qui præcedentes locum eligunt castris, ut scribit Vegetius. Erunt fortasse quibus epidemigmaticos, hoc est, demonstratores legere placebit: quod uix probo. Sanẽ Iustinianus in auth. ut nulli iud. uidetur epidemetica accepisse pro collatione pecuniæ, quã à ciuibus extorquebant milites, ne in eorum domibus hospitarẽtur. quam significationẽ & hic probo, propter l. omnes, huius tituli. hos metatores uulgo forerios uocant, ab inscribendis, ut arbitror, foribus.

De salgamo hospitib. non præbẽdo.

¶ Salgami appellatione uenit oleũ, sal, butyrũ, & huiusmodi esculenta ad condiendũ: atq; etiam alia in dies necessaria, ueluti ligna. Aufonius: Salgama non hoc sunt quod balsama, cedite odores.

Meminit & Columella in carminibus:

Tempore nõ alio uili quoq; salgama merce.

De numerarijs actuarijs.

¶ Lex, actuarij Chimelex. ¶ hanc urbem non reperio inter cosmographos, quare fortasse legendum est, Cyreneæ. ea est primaria Aphricæ urbs, patria Callimachi, prius Callisto, dein Thera, post Cyrene dicta: nemini non celebrata urbs. Ammianus x xii. lib. Aegyptus fertur habuisse temporib. priscis Aegyptum ipsam, & Thebaidem, & Libyã: quibus

Augustinica. Pentapolis.

Ammianus emendatus.

Cursus publicus.

Cursus fiscalis.

Parippus.

Auertia.

quibus duas adiecit posteritas, ab Aegypto Augustinica, & Pentapolim à Libya sicciore disseparatam. In Pentapoli Cyrene posita est urbs antiqua, sed deserta, quã Spartianus cõdidit Battus, & Ptolemis, & Arsinoe: eademq; lanchyra dicta, & Darnis, & Berenice, quã Hesperiadem appellant. Verũ apud Ammianum corruptissimus est hic locus, in quo batus pro Batto, cura pro Cyrene, berenie pro Berenice legitur. Seruius tamen in iii. Aeneid. Barcen agnoscere uidetur Pentapoleos urbem: unde Barcei Vergilio. Sanẽ Darnis hic, ut arbitror, appellatur, quæ alio nomine Plinio & Stephano est Apollonia in Lybia. Rufus Festus: Cyrenas cum cæteris ciuitatibus Libyæ pentapolis, Ptolemæi antiquioris liberalitate suscepimus.

De cursu publico.

¶ Quid sit cursus publicus, ut breuiter explicem, scen dũ est, per dispositos locos prouinciarum habuisse Imperatores quosdam equos, qui sumptu publico alebantur: ut quoties repẽtinum aliquid accidisset, mutatione equorũ citissimẽ quod uellet Imperator, posset mittere quẽcunq; nũcium: uulgo postas uocãt, alludens Latinæ dictioni, quod in his sint depositi equi: quorum etiã mentio apud T. Liuiũ. Verum in hoc hæc differunt à cursu publico, quod hic sumptu principis alebantur equi, & sine eius licentia, quam tractatoriam, aut euectionẽ, aut diploma uocant, priuatus nemo eis utebatur: sed impræsentiarũ priuato sumptu res agitur, estq; inde conducti locatiq; actio. Hisce etiã equis ibant in prouincias præsides publico sumptu. Ammianus libro xxi. Præfectus prætorio Taurus, ut hostem uitaret externũ, inde discessit: uectusq; mutatione celeri cursus publici, transitis Alpibus Iulij, eodem ictu Florentium itidem præfectum secum abduxit. Meminit & Casiodorus lib. ii. Appellatur etiã cursus fiscalis. Spartianus in Hadriano: Cursum fiscalẽ instituit, ne magistratus hoc onere grauarentur. Vt horum autorum sensus cæteris incogniti tandem dilucescãt, Sex. Aurel. Victor: Constantinus, inquit, ad frustrados insequentes, publica iumenta, quacũq; iter egerat, interfecit. meminit & Maternus lib. iiii.

¶ L. parphipum. ¶ lege, parippum: ut intelligamus eum, qui præter numerum in tractatoria cõpræsum, uehiculum, uel equos agit: *πῆλ* præter, *ἵππ* equus. hinc ephippia, ornamenta sunt equorum. parippi meminit non semel in epistolis Iulianus: *ἄλλο δὲ σε δὴ μὲν οὐκ ἔστιν ἀλλὰ χρομῶν ἐν τῷ πειπέτῳ*, ducet te publicus cursus uno utentem uehiculo & parippo uno. qd & alij annotarunt. hinc Suidas *παιπεπιδοῦντες* interpretatur, præter relictum iter currentes.

¶ L. quoniam ueredorum. ¶ interpretatur Accursius hic, auertam, equorum pectorale esse: quæ dicitio sanẽ repertu rara est. Græci *λέπεδον* dicunt coria lata circa pectus equorum, Verum ut Accursio in hoc hæream, fa-

cit: quia sicut postilenam Plautus in Casina appellauit incuruũ illud corium, quod à sella in caudam definit, uulgo croperiã uocant. ab eo quod post sellam sit: ita etiam potuit duci auerta, quod antè collocetur. Sed quid si capitis ornamentum quo habentur figuntur, intellexerimus: ab auertẽdo, quod equi per eam uertantur, prout sessori uisum est. Græcus interpres auertam interpretatur subalaria lora, quæ uehicularis equi humeris sustinentur. ¶ Quod sequitur, centenarium. ¶ Suidas centenariũ esse arbitratur nomismatum quantitatem: ut hic intelligenda rear ornamenta in modum nomismatis, quæ pectoribus equorum affiguntur. alibi appellantur. cucumæ. quã tamẽ in re dubito, cum non uideam qua ratione Suidas dictionem numer. generalem, de auri solũ quantitate intelligati

¶ L. non patimur ypocomos. ¶ legendum, hippocomos, id est, stabularios, qui equos curant. *ἵππος* enim equũ significat, *κομῶς*, nutritio, curo. Existimo autem fuisse munus publicum eorum qui in id agebantur, ut de prouincialibus acceptos causa publici cursus equos, cura sua alerent.

¶ Et quod sequitur, sageorum. ¶ corrige, saga eorum. Sagum uestis est militaris: *ἑσπερίδα* Græci uocant. Plutarch. in Lucullo. non absimile fortasse ab eo quod uernacula simplicitas, saium, uocat. Sanẽ quod de hippocomo dixi, ut probabile est Latine sciẽtib: ita etiam uulgari alludit consuetudini, qui hosce homines, qui armati equestres sunt, hippagos appellant.

De tractatorijs & statiuis.

¶ Lex, tractatores cum statiuis. ¶ lego, statiuis: quæ uox etiam in rubrica corrigẽda est. Statua enim dicuntur loca in quibus aliquis morat, à stando. unde & legimus: Caesar statua habuit castra. frequens & usitata scriptoribus uox. Tractatores uerò hic capiuntur pro his, qui tractatorias habent, id est, licentiam adducendi equos in cursu publico: quam C. Plinius in epistola ultima ad Traianũ, diploma appellat. Venuleius Iuriconsultus in l. continuus. de uerb. oblig. Non debet, inquit, diplomate diebus & noctib. continuare iter, omni tempestate cõtempta. Cuius uerba Plinius ipsum declarant, ante nos uix per coniecturas explicatum. Sanẽ de cursu publico supra. Diplomatum hoc sensũ meminit etiam Corn. Tacitus in Othonis morte.

De apparitorib. proconsul. & leg.

¶ Dubitant nostrẽ ætatis Iureconsul. quot legatos habuerit proconsul: nam alij unum, alij plures habuisse opinantur, & adhuc sub iudice lis est, in l. penult. de officio eius cui. Sed etsi hic titulus eorum adiuret opinionem, qui unum illi attribuunt, tamen tres eligere solitũ potius crediderim: tum quod & consuli tot numero dabantur, ut est apud T. Liuium libro x xvii. Quos petierat ad consulem tres legati missi, Sex. Iulius Caesar. L. Licinius Pollio, L. Cincius Halymetus. tum

Centenarium.

Hippocomi.

Sagum.

Statua.

Tractatores.

Plinij locum.

Legati proconsulis.



etiam, quod exploratissimū apud me est ex Ciceronis epistola prima ad Quintum fratrem, ubi illi gratulat̄ Asiæ proconfuli, quod̄ treis legatos optimos legerit, Tuberonē, Haliēnam, Gratidium. nisi ex prouinciā qualitate nunc plures, nunc unum tantū accessisse legatum crediderimus, quod mihi uero similis uidetur.

De cohortalibus.

Cohortales.

In hac rubrica malim legere, cohortalibus, quod in domestica militia alicuius cohortis essent. uidemus enim a re militari sumpta nomina fuisse inter palatina officia, ueluti decanos. nam & Scorus cohortales, cohortallinosq; ubiq; scripsit: ut est in uetustissimo exemplari, quod ex Basilea Germaniæ allatum est in Italiam: quam lectionem uisus est agnoscere Imperator in l. officia. infra eodem titulo.

L. solita bastagiā. Munus hoc est ferendi res necessarias ad exercitum. Basiliensis, porto. inde bastagiarij, de quibus supra.

L. quicunq; per os drozenam. Osihænam legi debere aliās admonui ex Herodiano: etsi dictio hæc diuersissime legatur apud autores: quæ tamen uox apud antiquiores a me nusquam lecta est.

L. ordinariorū. priusq; primipili pastū. Accursius in hac dictione uacillat, & nunc ueterem dictionem agnoscit, nunc legit, fastum: sed mihi prior lectio placet, ut dixerit, pastum, propter annonam, quæ dabatur primipilo, differentē a cæteris: quod lex sequēs ostendit, etsi Accursius ridiculam afferat interpretationem. Sanē πασαίς thalamum significat Leonidæ Græco poetæ, & alijs: πασας quoq; eodem significatu. hinc pastophori dicti Apuleio, Hieronymoq;: quos ex Horo in Hieroglyphicis, ædituos rectē dixeris.

De diuersis officijs.

L. agentium. comitis phœniceseos corone. Phœniciæ Osihæniæ lego: quamuis Corsiæ urbs Bœotici sit, autore Suida.

Syriæ. nota hæc ex scriptoribus. Illud non omittendum, hortos pensiles, qui Babylo niæ erant, ab Assyrio quodam rege fabricatos in gratiam pellicis, ut scribit Diodorus libro tertio. hinc apud Martialem:

Martialis locus.

Assyrius iacet nec Babylona labor. ita enim est legendum, non asidiuus. Plane totum illud epigramma ex Græco Antipatri translatum est:

κίππος τ' αἰώρημα καὶ ἡλιόιο κολοσδα.

Plinius libro undecimo: Antiquitas mirata est pensiles hortos, siue illos Semiramis, siue Assyriæ rex Cyrus fecerit. Diodorus Syrum appellat, non Cyrum: ut necesse sit alterum codicem corruptum. libens in hæc diuertacula plerunq; transeo, quoniam ea in se non minimam uidentur habere utilitatem.

Libyæ pentapoleos. pentapoleos, quæ autē sit pentapolis, supra ex Ammiano quædam retuli, & Rufo Festo.

Mysiæ. Mœsiæ legendum, nam Mysia

hic haudquaquam in proposito facit. Corrupta hæc locorū prouinciarumq; nomina, ita corrigenda sunt: quorum si quis maiorem uelit habere notitiam, cosmographos adeat.

De primipilo.

Primipilus est ceterio decime legionis, nam decumana legio nobilior erat cæteris, cuius centurio dicebatur primipilus, ut tradit T. Lilius libro septimo ab Vrbe condita. Vegetius libro secundo: Vetus, inquit, consuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoueretur ceterio primipili: qui non solum aquilæ præerat, uerum etiam quatuor centurias, hoc est cccc. milites gubernabat in prima acie. hic tãquam caput, totius legionis merita consequebatur & præmia. Suidas: Primipilarius, inquit, maiore dignitatem inter milites habens, a Romanis appellatur. Innominatus Græcus legū interpret, primipilum tradit militarem annonam esse, cui opinioni ut accedam, facit lex tertia huius tituli: quæ aliter intellecta, omni ratione prorsus careret: mutantur enim quæ nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus, Horatio autore, quam interpretis sententiam etiã adiuuat l. speciebus, in superioribus titulis, de cohortalibus. Nec tamen omnino absurda est hæc declaratio: nam cum primipilus in legione primus esset, consequebatur omnia legionis commoda, ut retuli ex Vegetio. & consequenter, annona quoq; militaris illi concedebatur diuidenda per capita militum: ut tandem ueritati locus sit, quam Accursij, Bartoli, Abbatis Siculi commenta in hoc articulo obtexerunt tenebris.

Publicæ latitiæ.

Lex unica, fastus si honor datus fuerit. Accursius interpretatur fastus, quia homo sit fastuosus. sed id omnino mihi non arridet: si quidem fastus, inter alia significata librum quoq; denotat, in quo leges & consules scribebantur. inde fastus honor, qui in libro Fastorum refertur. plura de hoc ex Ouido, Valerio Maximo, Lucano tradunt grammatici.

Quod sequitur, sine modico. immo dico, potius legendum: sicut in rubrica fecit Accursius. Nec enim uerisimile est uetari largitionem paruam pro euangelio. Græci enim mercedem allati nunciij secundi, βιαγυγέλια dicunt. Cicero ad Atticum: O si uas duas epistolas, quibus euangeliā deberi fateor. Meminit & Plutarchus in uita Demosthenis, & Isocrates in Areopago. quæ uox in l. falsus. §. qui alienum. ff. de falsis. est repōnenda in uacuo ab Græcas literas loco.

quamuis alij malint ibi legere μηυηρα, hoc est, indicij præmii: quod non improbo.

Primipilus.

Euangeliā.

Locus in ff.

Ad illustrem regium senatorem clarissimumq; Iureconsultorum Iacobum Minutium, in Prætermisso rum libros præfatio.



Morum tuorum institutiones, uiuendiq; modum considero, tantæ mihi admirationi es, clarissime Minuti, ut hominem te omnium bonorum usum natum, ubiq; prædicare non desinam: qui non satis duxeris, in dies & horas, quæ tui muneris sunt, diligenter exequi, nisi & in eo quoq; te exercueris, ut quoscunq; uel eruditione insignes uel plurimarum rerum scientia perornatos, ut studia sua in publicum proferant, orationis uiribus & persuadendo compellas. Ex quibus unum cum me arbitrareris (nimirum hac in re hebeti tantum iudicij acie) precibus tuis, quæ mihi pro iussu sunt, ut per impressores tractatus hosce meos diuulgarem, adegisti. quod, quæ tua est autoritas, denegare tibi nequaquam ausus sum quanquam multa essent, quæ me de hac sententia ut decederem, impellere poterant. uidebam enim in omnes, quæ de operum editione leges traderentur, me committere, tyronem in primis, & non satis expertum: sed & uirium mearum iniquum te æstimatorem: tum & opus festinatum et informe, quod diutina lima indigeret: præponendumq; idcirco nobis ante oculos urse exemplum, quæ cum informes catulos edat, diu lambendo in animantis sui similis effigiem deliniet. uerum neq; Flacci præceptum me obseruasse, quo in nouennium diffundi diem debere existimat. Merito itaq; id negocij differebam: cum tu omnis moræ impatiens, extorsisti ut ederem, cæsi iudicio tuo, quod longè consummatissimū iandiu antè expertus fueram. quapropter si insurgent aliqui, quibus quantulacunq; hæc nostra non arrideant, tui certè erit muneris, sententiam tuam defendere: ne Iurisconsultus tu alioqui celeberrimus, malè mihi cautam rem fecisse dicaris: quanquam mihi est quod formidem, Teucro duce, & auspice Teucro. Non enim me laet, quantum lota (quod ille ait) aure sis. quamq; egregius patronus, ubi animum intenderis. Vidit certè id integerrimus prudentissimq; uir Antonius Prætorius, cuius suffragio ad honestissimam hanc senatoriam dignitatem ascendisti: in qua hercle designatione se optimi iudicij, qui te honori parem cognoscebat, & probatissimi animi hominem præstitit: qui ambitione sordibusq; inconcussus, non alia re ductus, magis stratum hunc in te contulit, quàm quod pontificiæ ciuilibsq; legis acutissimū interpretē fuisse Aureliano in gymnasio sciebat. Ut igitur beneficia in dignum hominem conferret, te potissimū delegit: memor uidelicet consultissimus uir uersiculi antiqui fuerat: Beneficium dando accepit, qui digno dedit. Tu enim is es, in quo uerè possumus dubitare, an tibi dignitas, an potius tu dignitati plus ornamenti conferas. Sed quid hæc ego? quasi uel nunc primum in te hæc sim admiratus, uel tu istis laudibus impræsentiarum egeas, quem nemo non quotidie laudat, extollit, prædicat. Animaduerti sæpe cum tecum de difficilissimis iuris quæstionibus differerem, tam acutè, tam eleganter te respondere solitum, ut nihil supra. qua admiratione captus, Homericum illud insurrabam:

— αἰὲς οἱ τῶν ἀσπίων ἀμείνων

ὄρρησις τελέθει, εἰ καὶ τὸ βῶν ἀγοδὸν ἔλθοι.

Merito itaque tuo iudicio parere necessarium mihi fuit: quapropter si quicquam hinc opis ad studia sua aliqui acceperint, hi tibi debent: qui cum libros hosce adhuc supprimerem, et mihi ipsi nullo modo satisfacere, Floratianumq; præceptum sequi in animum induxissim, non potuisti tantum temporis expectare: sed ut es eloquens, & Periclea illa τειδῶν οὐ τοῖς χεῖλεσις præ modum excellens, coëgisti ne amplius remoram facerem, & qualescunq; opus in tui gratiam ederem, quæ humanitas non in me solum, sed in studiosos omnes, & bonarum literarum

rum cultores, tua, tantis laudibus digna est, ut breui futurum arbitrer, cum talem de literis curam geras, cum fauoribus et beneficijs doctos prosequaris, ut passim nomini tuo dicentur optimi codices, decantentur in laudes tuas encomia, recitentur panegyrici, sis q; qualis Etruscus eques Mecenas, in cuius gratiam nemo non scribebat: sed ed tu melior, quod non solum audire, atque ea legere paratus sis, uerum etiam de autoru peritia iudicare. Repeterem hic ingens ingenij acumen, maximam rerum cognitionem, summam æquanimitatem tuam, nisi has uirtutes à cæteris, quàm à me, mallet prædicari. Ipsi enim mihi, qui tecum assidue conuersor, qui coram omnia uideo, ita ad dicendum ob admirationem lingua hæsitat, sicut his caligant oculi, qui de proximo nimis inspiciunt. Quantum credis me admiratum, cum succisui horis, & (ut Græci dicunt) τω ἀπέργως, Atticæ linguæ operam dares: tam modico tempore te profecisse, ut præceptor ipse tuus Valterius Corbetes iuuenis nobilissimus, & mihi commercio studioru perquam charus, dicere Græcum illum de te uersiculum non dubitauerit?

πολλοὶ μάθηται κρείσσοις διδάσκαλως.

Sed hæc hæcenus: uereor enim ne dum pluribus tecum ago, in omnium fortasse utilitatem delinquam, in qua nunquam desinis esse occupatissimus: dum constantissimus uir nunquam incassum tempus teris, dum domi aduocatos audis, dum Ius ciuile ad amussim perpendis, dum in senatu sententiam dicis: forisq; nunc ad Heluetios pacandos legatus, nunc ad regiam maiestatem nuncius uadis: ut de te illud prædicare possim, quod de Alexandro Macedone Parmenio: ô strenuum hominem, & nunquam cessantem. Accipe igitur nomine tuo dicatum opus, quod Prætermissorum titulo insigniui, Græcos, Hebræosq; ueteres imitatus: quoru Quintus Calaber, & eo longè antiquior quisquis fuit ille Hebræus, τὰ πρὸ ἀλφειομῶνα conscripsere. cum enim in Iure multa sint quæ sine cognitione studioru humanitatis percipi nequeat, à cæteris operibus ea segregauit, & in hunc locum congepsi, ne inter tetricas illas (utinam non etiam odiosas) quæstiones, hæc nostratum Doctorum iudicio sordescerent. Cæterum et hæc nostra libellorum nuncupatio Saluij Iuliani, qui & ciuis meus fuit, exemplum præ se fert: qui τὸ ἀλυγραφῶτατος uir, inter cætera, etiam in Iure ciuili libros sex ad Minutium scripsit.

quem tu fortasse inter maiorum tuorum stemmata habes: uel cuius certè personam induisti, si uera πρὸ τῶ ἀλιγγονεσίας Pythagorici crediderunt.

Bene uale. Mediolani, Nonis Ianuarijs,

M. D. XVIII.

D. ANDREAE

ALCIATI IURISCONSULTI  
MEDIOLANENSIS CLARISSIMI

Prætermissorum liber primus,  
ad Minutium.



CEPHALI dicti sunt quidam peruersi dogmatis sectatores, qui hæreseos suæ proprium autorem non habebant. unde id nomen fortiti, quasi sine capite ἀκέφαλοι. In his

fuit Seuerus nescio quis exarchus, ut est apud Suidam.

Agapes, cōuiuia pauperum interpretatur Gratianus XLII. diff. Ipse à præceptoribus accepi, ἀγάπη dilectionem significare, non conuiuium: quare fortasse ibi nō agapes, sed cilapinas, ἐλαπίνας legendum aliquis opinabitur: significat enim id conuiuium, quod ad magnificentiam præparatur: ut si quis omnes pauperes cœna accipiat. Homerus, ἐλαπὶνὴν ἡ γὰρ ἐστὶν, declarat id etiam Eustathius. nihil tamē ego censeo immutandum: quoniam apud Tertullianū, Cyprianūq; Christianoru conuiuia hac uoce appellari solita reperio.

Album, matricula, seu pictatium, in quo nomina indicum describebantur. Plin. Quid te iudicem facis? cum hanc operam condicerem, nō eras in hoc albo. Rursus in quo prætores edicta sua describebant, Græcè ἀδικώματα dicitur Iulio Poll. ut errent qui parietem dealbatū tradidere, qua in sententia est Suidas.

Arabarches. extat Impp. Valent. Grat. Theod. cōstitutio in hæc uerba: Vsurpationē totius licentiæ submouemus, circa uectigal arabarchie, per Aegyptum atq; Augustaneā constitutū, nihilq; super transductione animaliu uendicari permittimus &c. quæ uerba indicant, arabarchen præfectū fuisse exigendo uectigali de pecuarijs, quæ ex Arabia in Aegyptū deuehebatur: ut sit illud nomē officij publicanorū. Meritò ergo Iuuenalis, Tit. Alexandrū natione Aegyptiū (ut Tacitus libro XVII. scribit) taxās, arabarchen appellat:

Atq; triumphales, inter quos ausus habere Nescio quis titulos Aegyptius, aut arabarches.

ut non immeritò damnandi sint, qui simpliciter mollem accipiunt, idq; editis annotationibus probant. Quapropter & in epistolis M. T. ad Atticū, appellat arabarchen M. Antoniu, quasi Aegyptiū publicanū: extorquebat enim ab illis ingentia uectigalia, unde pecuniam conflaret, quàm deinde prodigeret: ut est apud Plutar. Satius tamen est Pompeiū intelligere, quod alibi docui. Memorat & Eusebius Cæsariē. libro II. sacrae historiae Alexandrum arabarchen: & etiam Iosippus lib. ult. de antiquitate Iud. apud quem Rufinus præfectum salis interpretat. quasi ἀλασίογχιω

legisset. qua in re dubito, ne sicut in alijs plebis, in eo quoq; fallatur Rufinus, quem la cessere nunquam desinit Hieronymus.

Anachorita, monachū significat, quasi secedentem & segregatum à cæteris, ἀναχωρεῖω, secedo.

Apocha, chirographū significat, quod confessionē uulgò dicimus: cum enim debitor suam fidem liberat, de receptis chirographum à creditore accipit: id apocha, ἀρχὴ dicitur, ἀρχὴ τῆ ἀπέχης. inde apocha receptionē quoq; significat. qua ratione uiceuerla antapocham dicimus, quam debitor creditori facit, in præstationibus annuis necessariā, propter præscriptionem, & similia. Apochæ in hunc sensum mentio est apud Luciliū libro Epigrāmatum secundo, ἐς νομικὸς, φαῖσθ' ἢ περὶ μαπὸς καὶ ζωρεῖσθ' ἢ εἰσερῆσθ', πρὸ δῆσος γρῆ. καὶ πρὸ μοιότορος. ἀλλ' ὡς ὄσῳ ῆσθ' ἢ ῆσθ' τὰ γράματα ἔμελλε, φαῖσθ' ἢ ῆσθ' ἢ λαβῶς ἐκινικῶ ἀρχῶ.

Acta notans Phædrus, pictor quoq; pignore certat Rufus, uter citius scribat, uter propius: Sed dum concretos terit hic, soluitq; colores, Descripsit uariam protinus ille apocham.

Quo in epigrāmate Demetrius ἀρχὴν distantiā uertit, nimirū iuris uerbū illud esse ignorans.

Antiades, de ædilit. edi. legendū est apud Vlpian. lib. I. ad edictum ædiliū curuliū: non antiacas. significant id morbi genus, cum tonilla post inflammationem induruerit: cui malo pharmaca adhibet Plinius, Celsus, & cæteri.

Antidora. Græca uox est: remuneratio nem dicere possumus ἀντιδωρος. sicut & antipherna, ἀντιφθνή, quod uicissim à marito loco dotis uxori datur. de hoc sensisse Cæsare in VI. cōmentario Gallici belli existimo: Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperūt, tātas ex suis bonis æstimatione facta cōmunicant. φθνή dotem significat, inde parapherna dicta, quæ ultra dotem dantur.

Antinomia, cōtrarietas legū. ἀντινομία.

Analogisten tutorē dicere possumus ratiocinatore: ἀναλογιστοί, ratiocinor. quāuis apud Iul. de administ. tut. placuerit legi, analogistas, quasi rationes reddere non teneantur, λόγος ratio, inde λογιστής dictus, & ἀλογιστής.

Archimandrita, id significat quod dicimus abbatē. prisci enim illi monachi eremos colentes, ὡς τοῖς μαίστροις, id est, in speluncis & cauis montium habitabant: quod non uno in loco apud Hieronymum legere est. Sidonius Apoll. libro epist. VII. Palæstinus archimandritas nominat. apud quem paraphrastes suus dictos putat, quasi principes sint mandra & agminis: quod non probo. quid enim brutorum conuentus cum sacrosanctis uiris cōmune habet: licet idem quoq; senferit Accurs. cui error faciliter est remittendus, quando quidem extra suum forum litigabat.

Ascetria, non asisteria, in Authenticis & etiam Cod. Instin. legendū est. significat monialem ἀσκητήρια. Meminit alicubi in hūc sensum Greg. Nazanzenus, præsertim in pane-



gyrico Magni Basilij, deducit à uerbo Græco ἀρκίω, qd laborare significat & exerceri.

Bacchatus circa phana, ab Vlp. libr. 1. ad Bedictum ædil. curul. accipitur pro eo qui furore actus, lymphata ferè mente futura prædicat: Βακχάτωρ enim idē est quod μαινόμενος. hinc in epigram. Græcis, Bacchæ insanire dicuntur ex Simonidīs iambo:

πὶς ἀδὲ; Βάκχα. πὶς δὲ μίας ἕξει; οὐκ ἴστας. πὶς δ' ἰβήλυται, Βάκχῳ ἢ οὐκ ἴστας; οὐκ ἴστας.

Basilica, locus publicus est, in quo iudicia exercentur, uenaliacq; proponuntur: idem ferè quod Latini forum appellant. Basilicam M. Vitruuius ita ædificari debere ostendit, ut in superiore parte iudicia, in inferiore negotia exerceri possint. Paulus autor est, in basilica negociatorū uenale argentū reponi solitum. Prohibuit Imp. Theodosius, in basilicarum tabularis ergasteria constitui, uel eas picturis obumbrari, quem locū de diuinis templis Bartolus intellexit: cuius sententiam alij quoq; damnauerunt. Ipse nō negauerim, ea tempestate basilicas pro ecclesijs accipi solitū fuisse: quod ostendit Ambrosius in ea epistola, cui titulus, de basilicis tradendis.

Baucalium, uas uinariū Aphrodiseo de quo etiam infra emendandus est locus de sup. leg. oralia impanaliosa: lego enim, bocalia cuppe aleisa. tamen si & toralia legi possit ex Nonio Marcello.

Buccinū legendū est apud Vlp. de leg. III. non fucinū, ut uulgò scribit. est inter concharū genera minor purpura, à similitudine buccini. latè apud Plin. lib. 1 x. id tractatur.

Bupræstis, animal simile scarabeo, deo ratum tacto felle inflammat, rumpitq; Plin. lib. x x x. Hinc est emendandus locus apud Marcellum ad legem Corn. de sicarijs. animaduertit id etiam Beroaldus.

Burgi, quorum mentio in constitutionibus. Paulus Orosius lib. VII. Crebra, inquit, per limitē habitacula constituta burgos uulgò uocant. hinc in titulo Cod. in fun. rei priuatæ: eum qui collegio, uel curiæ, uel burgis, cæterisq; corporibus seruerit &c.

Byrrū. de quo x x x. diff. c. si quis. Suidas esse ἐπιστάτης autor est, hoc est, sagum uestemue, quā supra alias induimus. Sūt & atrabaticis petiti byrri Vopisco: nisi magis probes, cū atrabaticis byrri picti. Atrabaticæ uestes sunt nigri coloris, quas ἑραμπελίνας etiā dici Suidas scribit: mentio est etiam Iuuen.

Aballatio, in constitutionibus, munus Calendi equos publicos: à caballis dicta. quorum Horatius, Festus, alij meminere.

Carchedonius, Carthaginiensis. καρχηδώνος Carthago. hinc Carchedonia fabula Plauto in Pcenulo. & carchedonius lapis Plinio. corruptus est Authentic. codex de hæred. & fal. & archedonij antiquam habent libertatem.

Cardinales in pontif. iure dictos opinor exemplo ciuiliū magistratuū. In libro Officiorum Theodosij, præfecti cardinales appellantur præfecti prætorio Asianæ dioeceseos,

& præfectus Aphricæ, quod maiores cæteris essent. hinc & scapi cardinales Vitruuio.

Chartopatræ. Chartophilacium, inquit Suidas, locū significat, in quo omnia ad scripturas pertinentia custodiebantur, Chartopatræ, chartarum ipsarum uenditores.

Castrati. hos accepit Accursius pro his qui naturaliter ita nati sunt, ut gignere nequeant: quod alibi non legi apud humanitatis autores. Suidas entomias & eunuchos ait esse, quibus de corpore per incisionē euulsifunt testes. Thladias uerò, qui fractos atritos ue eos habent: hos Iurisconsulti thladias & thladias appellant. Prima mares castrari Semiramis instituit, ut scribit Ammianus. Idem autor est, à Domitiano primū, mox Constantino prohibitum id fuisse. Extrat etiam nū Constantij lex, ut appareat castratos dici, qui in infantia ita euirati sunt, ut uirile aliquid experiri nequeant, quales eunuchos describit Lucianus.

Catholicianos in Constitutionibus, eosdem cum Cæsarianis reperies. nomina sunt officialium, seu militum, per quos executiones fiebant: nescio an à Cæsare magis, quàm à Cæsarea dicti. Illud nō dubitauerim, catholicianos dictos apparitores præfecti prætorio Orientis: quoniam is propter amplissimā iurisdictionem catholicus, id est, uniuersalis diceretur: quem titulum etiam Antiochenos episcopos usurpasse autores aliqui prodiderunt. Procopius quoq; Christianorū, inquit, episcopus catholicus dicitur, quod unus omnibus præsit accolis in regione quæ Persarum est emporium, & si Theodosia iter octo dierum distat.

Carreū lasser, apud Paulum de pen. leg. quod à celebratissimo Carrarum emporio ad uehebatur, Plin. lib. XII. in littore rubri maris, Steph. Potest etiam legi, carreum Ligustrum, sed de hoc quandoque plura dixi.

Cautela, uox omnino barbara non est, ut quidam existimauerunt. utitur ea Ammianus Marcel. lib. X IIII. tamen si elegantius captionem dicamus.

Camum. leguntur apud Vlpianū de uino triticoq; legato, quædam genera uini factitij, camum, cerzuphū, zithum, acimatitiū, embamma. Chamum Simon Genuensis tradit esse uinum ex ordeo & alijs frugibus: citatur & à quibusdam huius rei autor Dioscorides. ipse nihil nec in Græco, nec Latino codice deprændi. Prosequitur ille libro quinto, huiusmodi uinorum genera: inter cætera chamidryten nominat, unde fortasse hanc dictionē, camī quidam extorsere. Cerzuphū, puto corruptū codicem, & uel legendum cernum: unde apud Iulianū οὐκ ἔστι γὰρ, εἰς οἶνον ἀπὸ κελύφης. nunc eum poëta dicit τράγος, nunc τρυγελίη, & βρόμος, quasi hircosum, frumentigenam, siligineum. βρόμος quoq; appellatur Sophocli, πινος Aristotelē. Vel etiam legendum est zythum, quod uinum tradit Suidas ordeaceū esse, Aegyptiorū usibus frequens. mentio

mentio eius est apud Strab. ubi interpres zygion uertit, & ad pondera eo uti Aegyptios ridiculè dixit. Acimatitium, magis arridet aromatitium. Vinum aromatite quemadmodum fiat, scribit Dioscorides lib. V. cap. LVII. quamuis & acinaticum legi possit: quem liquorem Calsiodor. Veronenlis agri aluminum appellat, odoris simul & saporis suauissimi, tum colore purpureo, dulcissimū, & tactu densum, ac si carneus liquor aut esculentipotio esset. Embammata sunt, quos saporis uulgò dicimus, ἀπὸ τῆς ἐμβάματις, ab intingendo. legitur apud Colum. & ante nos id docuit Beroald. in Tranq.

Collegia. uide infra in uerbo Militia.

Chomata, aggeres Nili, χόματα. apud Iurisconsultū & diacopi legitur, quo uerbo scisuras intelligit.

Correctores, magistratus qui non omni in Italia erant, sed quibusdam tantū regionibus præerant. unde Maceium legi correctorem Venetiarum & Histriæ. Erat & corrector Campaniæ, ut in officijs Theodosij legere est.

Chrysammos, χρυσόμομος, auream arenā significat, hoc est, ramenta auri, quæ à metallarijs effodiuntur. ballux Plin. dicitur lib. XLII, cap. IIII. Coguntur Valentis Imp. cōstitutio ne metallici octo aurei segmenti scrupulos exoluere deinde quod ultra repererint, suum est dummodo non alij quàm fisco uendant. ita lex illa accipienda est, quicquid aliquando aliter dixerim.

Dacia, prouincia iuxta Danubium, prima & secunda dicta, quod à duobus legatis regeretur, qua ratione ab antiquis, Mæsia, Armenia, Germania, diuisæ erant, ut plerisque constitutionibus constat & Ammian. Marc. Qui hodie Daci uocantur, in Cheroneso Oceani, ab antiquis dicebantur Cymbri Strab. & Tacito.

Decaneta, in authenticis, fortasse dicatheta, quod locus esset in quo rei reponerentur, donec diiudicatum esset.

Dromones, naues sunt à cursu dictæ.

Lemphoria & hospitatura, inquit Arcadius, apud Alexandrinos patrimoniij munus existimatur. existimauit quandoq; castigatius legi debere eleamporia, quod id munus esset olei cœmundi. nunc magis placet, ut ab impressa lectione minus discedamus, & telosphoria legamus, quod munus id esset exigendi tributū. In Pandectis quoq; Florentinis nō satis castam lectionem deprændi, sed cum ea, quæ circumfertur, eandem.

Epistalma, non sigillū est, ut existimauit Accursius, sed mandatum. ἐπιστάλω, mando, impero. sanè sigillum ἀποφράγιον Plin. Cæcil. dicitur.

Fascia crurulis magis placet apud Vlp. quàm crinalis: sicuti & fascia pedulis. Corn. Fronto: Pedale, inquit, mensura est pedis, pedule uerò sub pedibus præstat utilitatem, uidetur autem id significare quod uul-

gò scalfinum dicimus, uel ipsam solem.

Gynæcium locus in quo mulieres laborant, lanam præcipuè trahentes diffusius aliquando tractauimus. Meminit in hunc significatum Paul. Diaconus: Narseti Augusta, quia Eunuchus erat, inter cætera ferè mandasse, ut eum cum puellis in gynæcio lanarū faceret pensa diuidere.

Habere. Corn. Fronto: habere potest etiā fur nequam. possidet nemo nisi qui aut relicta, aut donata rei aut emptæ dominus est. ita in habete onus, in possidente usus est.

Hirenarchæ, uiri sedandis seditionibus electi: & qui cognoscerent, ubi de finib. certaretur. ἐγλήων pax & concordia, non habet Græcè aspirationem.

Honorati etiam hi qui palatinā quidem dignitatē habent, administratione abstinent: & quod Ausonius ait, Muneris exortes, nomine participes. capitur hoc in significato etiam apud Ammian. Marcel.

Idocirca, Cynus interpretatur diuisionem manuum, ineptissimè. Legendum est idiochires: sunt chirographa propria manu scripta, unde nomen sumpserunt, ἰδιοχρηστῶν. Hesi-chius ad Elogiū, πῶτα ἵδωρ ἰδία χεὶρ γράφον.

Laterculum idem esse arbitror quod scriptum. hinc princeps sacri laterculi in constitutionibus. qui alibi dicitur princeps sacrorū scripturiorum.

Limitati agri. limites à limo, id est, transuerso dicti sunt eorum nomina octo & uiginti recenset Hyginus. Apud Florentinum iuris autorem, limitati agri dicuntur, qui de hostibus capti, militibus per limites, hoc est, centurias fuerunt assignati. in his neq; alluionē esse, neq; ius usucapiendi, in lib. de controuer sijs agrorum Agennius Vibicus scribit. Idem tradit solitos fuisse assignari agros ueteranis duobus modis. uno quidem, ut hi ex quorū territorio agri sumpti erant, nullā iurisdictionem amplius in eis haberent: sed leges ab his acciperentur, qui ueteranos deducere. alio modo, ut iurisdictione ciuitatis in eos agros salua esset. Existimauerim igitur apud Flor. ita distingui, ut qui ager deuictis hostibus ita ueteranis sit concessus, in eo ius ciuitatis iure cuius erat, permaneret, in eo ius alluionis esse, quoniam uideretur adhuc priuatus esse: sed si in ciuitatem non ueniat, uerum manucaptus assignatusq; ueteranis sit, publicus populo Romanet, nec alluione diminitur.

Lusum aleæ phibuit Iustinian. & quinque ipse ludos instituit: comonouolon, comodau lomolo, regindala, cempon, reipusare: quæ genera ludorum nusquam ipse legi, nec eas quidē uoce in aliquo significato. quapropter cum locus hic salebrosissimus sit, nihil decerno. Solū lectorem admonendū ducimus, in primis posse corycouolon legi, quod iactum pilæ significat: κούρου enim Paulo Aegnetæ pilam esse eruditiores consentiunt. unde prouerbiū, coryco exerceri, de eo qui incassum fatigatur: erat enim pila coriacea

Lin agris. ff. de acq. rer. dom.

instar utriculi, quæ inflata uento, plerunque  
 lusorem male afficiebat. Suidas in dictione  
 σάκκον, corycum interpretatur saccum in quo  
 panis recondebatur. Quod sequitur, cōmo-  
 diaulion. ] quasi καδμον δίαυλον, hoc est, lusum  
 cursorium. octo esse certaminum genera Sui-  
 das autor est: inter quæ diaulon, cum per duo  
 stadia curritur. Rursus regindalia. ] existimo  
 eum qui constitutionē transtulit in Latinum,  
 ut erat indoctissimus, sic credidisse posse tras-  
 ferri eum ludum, quem Iul. Pollux onoma-  
 sticōn nono basilinda, βασιλίινδα appellat. uo-  
 catur autē hic lusus, cum ducta forte aliquis  
 fit rex, & is aliquid laboriosum ministro, qui  
 forte pariter obtigerit, imperat. Subsequit,  
 cempos. ] Festus Pōp. simpliciter catampon  
 genus esse lusum scripsit. erunt quibus forsan  
 placebit castus: nobis omnino nihil aridet.  
 Reipusara. ] forte corruptū est, & Græcē scri-  
 bi debuit πέπρον λυσιέρας, à decursu latrunculo-  
 rum, hoc est, calculorum. Sed, ut dixi, hæc om-  
 nia à nobis per coniecturam referuntur: nihil  
 enim certi habemus. nam & fuerunt, qui ali-  
 ter hunc locum emendarent, comolem, idolo  
 menon, rhindalcha, cyron, & epyrusan le-  
 gentes: qui tamen huiusce castigationis ratio  
 nem addunt nullam.

¶ Lyciarcha. C. de off. com. orien. sicut sy-  
 rarchia, ludi quidam in Lycia celebrabantur:  
 quibus qui preerat, lyciarches dictus est. Cō-  
 stituebatur autem in id munus à comite O-  
 rientis, & eius officio: sicut syrarches, qui idē  
 in Syria munus curabat, à præside prouinciæ  
 Syriae.

Mancipes interpretantur Arc. & Ho-  
 norius quadam constitutione esse salina-  
 rum conductores: quod ex usu loquendi  
 admissum crediderim: alioqui generalius est  
 nomen, & omnes comprædit, qui à fisco ali-  
 quid uel emunt, uel conducunt. hinc in L.  
 Neruisi tumulo in Sabinis: securē solui sem-  
 per fiscalia manceps. dicti sunt, quod subla-  
 ta manu autores se contractus significant, Fe-  
 sto. Meminit Cic. Tranq. Nonius, Pædianus,  
 cæteri.

¶ Mancipi. dicitur infra in uerbo Nexus.

¶ Mensularius idem significat quod num-  
 mularius, & τραπηλίτης. Trapeza enim men-  
 sam significat: hinc trapezophora, sustinētes  
 mensam tripodes, Paulo: licet alij nescio quid  
 impertinens de amphora inculcent.

¶ Militariū argenteū Paulo dicit uas ad co-  
 quendū: id hyeme usui est, sicut baucalis, quo  
 æstate utimur refrigerandis in aqua cyathis.

Ἡρόρασις χαλκῆν μιλιάρειον ἠλιόδωρε,  
 Τὸ πρὸς τὴν θάλασσαν ἔχον ἠλιόδωρον βορέω.  
 Μὴ κάμνε, μὴ φρίσσει, μάτε τὴν ἄννεπνον ἐγείρει.  
 Εἰς τὸ θόρον χαλκῆν βαύνηλιν ἠρόρασις.

Nicarchi hoc carmen est secundo epigram-  
 matum, unde sententia nostra approbatur.

Acratum emisisti miliarion Heliodore,  
 Per Thracas stantis frigora habens Boreæ:  
 Ne suffla sumum ue cites, sumasq; laborem:  
 Acratæ æstati baucalis empta fuit.

¶ Militia. Non ab re facturū me existima-  
 ui, si disputatiunculam hinc nostram referrem,  
 qua olim cum eruditissimo, tribusq; linguis,  
 Hebraica, Græca, Latina, peritissimo uiro  
 BENEDICTO IOVIO Nouocomensi dis-  
 serui. eam, quod ad ius ciuile non parum fa-  
 ciat, uisum est hinc recensere. subsequitur au-  
 tem in hæc uerba: Existimasti tu quidem col-  
 legia ipsa fabrorum, centonariorum, dendro-  
 phororūq; ad rem bellicā pertinuisse: quam  
 sententiam & illud adiuuat, quod in Raue-  
 nate quadam inscriptione legitur, Flauiam  
 Salutarē H. S. XXX. dedisse collegio fabrūm  
 M. R. hoc est, ut Val. Probus interpretatur,  
 militiæ Rauenatis. sicut etiam Mediolani an-  
 notauī, Cælium collegam fabrorum & cen-  
 tonariorum M. M. id est, militiæ Mediola-  
 nensis. nam & centonarij à centonibus di-  
 cti sunt: quod ad indumenta militum pos-  
 se pertinere uix negauerim, cum & Vlp. cen-  
 tones, funes, perticas, syponas, phormio-  
 nes, id est, storeas, legato instrumento con-  
 tineri, ex Pegaso Iurifcons. tradat. Mentio  
 quoq; eorum habetur Petronio Arbitro, &  
 Apul. Iuuenaliq;. Cæterum quod minus hanc  
 in sententiam in nostra historia à me itum sit,  
 in causa illud fuit, quod exploratū mihi erat,  
 nulla collegia in re militari permisa fuisse.  
 Martianus iuris autor in tit. qui sit de colleg-  
 illic. Digest. lib. XLVII. Mandatis, inquit,  
 principalibus præcipitur præsidibus prouin-  
 ciarum, ne patiantur esse collegia fodalitia,  
 neue milites collegia in castris habeant: sed  
 permittitur tenuioribus stipem mensuram  
 conferre, dum tantū semel in mense coeant,  
 quod non tantū in urbe, sed & in Italia diuus  
 quoq; Severus constituit. sed religionis cau-  
 sa coire non prohibentur &c. Nec quicquam  
 obstat, quod dixi militiam Rauenatem, Me-  
 diolanensem ue his in collegijs dictam: quo-  
 niam militia non ad arma solum spectat, sed  
 & uniuersitatem quoque designat. hinc mi-  
 litia aduocatorum, Imp. Leonis & Anthe-  
 nij constitutione: militia palatina, pro om-  
 nibus qui in palatio, in breuiario Theodo-  
 sij: militia literata Cæsarum rescriptis, in tit.  
 de prox. sac. scriu. militia negociatorum, Iu-  
 stin. Cod. libro octauo, ubi de pignoribus  
 agens: Qui super, inquit, hypothecis, quas  
 metaxarij, uel distractores, uel alij quarum-  
 cunque specierum negociatores, pecunias  
 sibi credentibus dare solent: sancimus, ut  
 quamcunq; militiam iisdem negociatores ac-  
 quisuerint &c, ut ibi significet quantitatem  
 aliquam rerum, quæ in negociationem dedu-  
 ctæ sint. quapropter & Serbidius Scæuola,  
 Inter uenditorem, inquit, & emptorem mili-  
 tiæ ita conuenit &c. Nam & dum tesseros  
 ex Modestino intelligis, qui præcepta Impe-  
 ratorum per contubernia significant, ma-  
 gis ea in inscriptione probauerim eos accipi,  
 qui frumentarij in urbibus sint. Vlp. de iudi-  
 cijs: Si libertis suis tesseras frumentarias emi-  
 tator uoluerit, apparet ex genere compa-  
 rationis

rationis id fideicom. Rom. præstandū. Paul.  
 de legat. II. Si Titio tessera frumentaria, aut  
 militia legata sit. Meminit & tessera frumen-  
 taria Tranq. tamen me non lateat, alia quoq;  
 hanc dictionē significare. Vt igitur breuiter  
 absoluā, non alio sensu in his elogijs accipien-  
 dam militiam existimo, quam ut illud deno-  
 tet, quod uulgò paraticum dicimus: sicut &  
 apud Apul. lib. XI. Asini aurei: Quod tutior  
 sis atq; minutior, da nomen huic sanctæ mili-  
 tiæ, cuius non olim sacramento etiam roga-  
 baris. Significat autem collegium Isacorū  
 sacerdotū. Planē si in castris ea collegiorum  
 nomina extitissent, non essent certē à Vege-  
 tio, uel Modestino hac in re diligentissimis  
 scriptoribus prætermissa. Sed & in libello, qui  
 eodem argumento Græcè circumfertur, πῶς  
 δινομασίας τῆν ἀρχόντων, nihil profus de illis of-  
 fendes. quin & Cic. in urbibus ea collegia fuis-  
 se ostendit, in oratione (nisi fallor) aduersus  
 Pisonem: Collegia nō ea solum, quæ senatus  
 sustulerat, restituta: sed innumerabilia quæ-  
 dam noua, ex omni fæce urbis ac seruitio con-  
 stituta. Caius: Collegia, inquit, Romæ sena-  
 tus cons. confirmata quædam sunt: ueluti pisto-  
 rum, & quorundam aliorum, & nauiculario-  
 rum, qui in prouincijs sunt. Mediolani etiam  
 hic tumulus est, D. M. Epitynchan. M. M. ser-  
 cisalpin. & transalpin. patr. coll. naut. comens.  
 hæred. fac. cur. An tu nautas istos quicquam  
 commune habere cum militibus dixeris? nisi  
 forte in lario tuo pugnatum credas. Cæterum  
 quomodo & interpretandos tres illos api-  
 ces, ser. existimes, scire ex te uelim. nam ser-  
 uum ne accipiam, illud facit, quod seruis te-  
 stamenti factio non est, nec ab intestato hæ-  
 redes. Sed & lex Solonis à iuris autore Caio,  
 quem Boethius quoq; in Topicis habet auto-  
 rem, relata: Si, inquit, collegæ sacramentales,  
 uel nautæ, uel frumentarij sint, quicquid ad  
 negociationem disponunt simul, irritum ne-  
 esto. Quod igitur arbitraris dendrophoros  
 fuisse, qui syluam cæderent, & materiā defer-  
 ri procurarent in castra: ut tibi non assentiam,  
 in primis sit ea ratio, quam supra probauim-  
 us, ad rem bellicam collegia non spectasse:  
 quod Martianus tradidit. Verum & illud ar-  
 gumento sit, quod aut eos accipis, qui ipsi cæ-  
 dunt, deferuntq; ligna: & hos calones esse ex  
 Seruio, & alijs cognitum est: aut qui caloni-  
 bus præerant, & etymologia repugnat: cum  
 aliud sit arborem ferre, aliud ferentibus præ-  
 esse. Non est igitur cur loco me moueam, &  
 existimem dendrophoros ad rem diuinā nō  
 pertinuisse, cum arbores dijs sacras fabella  
 Auiani demonstret: & Plin. lib. XII. cap. I. de  
 arboribus loquens: Hæ fuere numinum tem-  
 pla, priscoq; ritu simplicia rura: etiamnū deo  
 præcellentem arborem dicant. Item: Arborū  
 genera numinibus suis dicata perpetuò ser-  
 uantur. Et rursus: Ex arbore numinum simu-  
 lachra fuere. nam & eos esse arbitrari quisque  
 poterit, quos Caius in Solonis lege thyaso-  
 tas uisus est appellasse, horum enim sacrifi-

culorum collegium fuisse & ex Martiano re-  
 tuli: & te non latet, Romæ quoq; lectum fu-  
 isse collegium pontificum, sicut & pastopho-  
 ros. Horus Apollo in Hieroglyphicis, ædiū  
 sacrarū custodes extitisse autor est, non, quod  
 tu arbitraris, simpliciter palliū ferentes: tam-  
 etsi sententiam tuam etymus defendat. Sed  
 & dadophoros Dianæ sacerdotes legimus,  
 & eschophoros in eschophorijs festis ramos  
 oliuarum Athenis ferentes, Suidæ, interpre-  
 ti Aristophanis: & caneporos in sacris Ce-  
 reris, Callimacho Pausaniæq;. Verum an hi  
 collegium facerent, uix est ut affirmem. so-  
 lus nostræ sententiæ scrupulum inicit Calli-  
 stratus de iure immunitatis, qui, Immunes,  
 inquit, sunt qui calcem coquunt, & qui syluā  
 incidunt, & qui arborem cædunt, & torrent.  
 ut dubitare hinc possimus, num dendropho-  
 ros intellexerit. sed omnino nihil id ad mili-  
 tiam castrensem: tamen nec hi fortasse colle-  
 gium aliquod habebant. Nec nobis aduersa-  
 tur quod uexillarios, dolabrarios, scalarios  
 legisse te dicis: nam hi speciale ipsi colle-  
 gium non faciebant: sed potius aliorum ac-  
 cessionem quandam fuisse crediderim: cum  
 in tuis quoq; collectaneis cliuio pago adscri-  
 batur hic tumulus, L. Apicio Brutidio, &  
 Albutiæ filia centuriæ centonariorum, do-  
 labrarij, scalarij ordines: ut inde conijciam,  
 centonarios matricem ipsam societatem fuis-  
 se, quorū ordines dolabrarij, scalarijq; erant.  
 Sint igitur fabrorum, centonariorum, den-  
 drophororūq; principalia collegia: sub qui-  
 bus tamen alia artificum nomina contineban-  
 tur. nam & in Rom. inscriptionibus, in Chry-  
 sogoni æde, hæc est: Magno & inuicto Imp.  
 Cæf. VAL. Constantio, P. F. corpus coriario-  
 rum, magnariorum, soleariorum. unde exi-  
 stimo magnarios artifices fuisse calcearios.  
 qua in re quid sententiæ tuæ sit, libenter ue-  
 lim scire: cum & uox hæc apud Apuleium  
 inueniatur, penes quem Beroal. magnarium,  
 negociatorem interpretatur, qui magnas res  
 pertractet, magnaq; mercimonia exerceat.  
 Cæterum neque satis argumentum hoc tu-  
 um probo, dum idcirco plura fuisse collegia  
 Mediolani asseris, quoniam Comi sint tes-  
 serarij, dolabrarijq;. nam & ex plurimis con-  
 stitutionibus, & ex prudentum responsis con-  
 stat, collegia omnia prohibita esse: nisi quæ  
 uel à consuetudine, uel à principe probata  
 sint. quamobrem etiam quod ea consuetu-  
 do Comi fuerit, ut tesserarij, dolabrarij, &  
 id genus similes, corpus aliquod facerent:  
 non ideo tamen Mediolani fecisse comper-  
 tum est: cum in huius urbis palæotitlis sola-  
 trium collegiorum, fabr. cent. dendrophor.  
 mentio reperiat: sicut in Cremonensi tan-  
 tum municipio fabricenses extitisse arbitror:  
 quod Ammi. Marcell. lib. X. uidef ostende-  
 re: qui ita dicti sunt, quod fabricam armo-  
 rum, quam ibi Constantius Imperator habe-  
 bat, curarent, armaq; ipsi fabricarent: quod  
 generaliter non permillum urbibus, Iustinia-

Fabricenses.



ni cōstitutione docemur: ueluti id collegium approbari Theodosij & Valent. lex ostendit, sub tit. de hære. decurionum. ut fateri aulim, ut recte hæc dignoscantur, necessaria esse aliqua in Iure ciuili rudimenta. Verum & quod a me petis, ut paulò diffusius explicem, quæ mea sit de collegio fabrorum sententia: existimo fuisse artifices tenuiores, quales materiarij, ferrarij, coriarij, idèq; genus similes quapropter cum sub Domitiano etiam de rebus leuissimis senatum conuocari solitum ostendere uellet Plin. Secundus in Panegyrico Traiani: De ampliando, inquit, numero gladiatorum, aut de instituendo collegio fabrorum consulebamur. ubi interpret tuæ sententiæ autor, collegium castrense existimauit: quæ interpretatio & ex hoc confutatur, quòd non solebat ad senatum quicquam referri, quod ad milites pertineret, solumq; id ius imperatorium erat, quod Tacitus in Tiberij rebus ostendit. Callistratus quoq; Iuriconsf. de iure immunitatis: Quibusdam, inquit, collegijs seu corporibus, quibus artificij sui causa ius coeundi lege permissum est immunitas tribuitur, scilicet eis collegijs uel corporibus, in quibus artificij sui causa unusquisque assumitur, ut fabrorum corpus est, & si qua eandem rationem originis habent: quæ idcirco constituta sunt, ut necessariam operam publicis utilitatibus exhiberent. Cæterum & quam operam publice utilem præstaret collegium fabrorum, Cæcil. Plin. in epistolis ad Traianum, luce clarius demonstrat: qui. cum Nicomediæ uastissimum incendium Gerusian & Isson absumpsisset, nullusq; in publico siphon, nulla hama, nullum deniq; instrumentum ad incendia compescenda esset, Traianum rogauit, an instituendum putaret collegium fabrorum, duntaxat hominum c. l. Egoq; inquit, attendam, ne quis nisi faber recipiatur: neue iure concesso in aliud utatur, sed Traianus prohibuit, quòd dubitaret, ne ἐπιπέριαι istæ perquam graues fierent, propter studia factionum. Inemendata est autem eo in loco Aldi editio. significat uox illa ἐπιπέριαι, sodalitia, seu collegia. Sed & hamæ & siphonis meminit Vlp. de fundo instruct. leg. ubi, Acetum, inquit, quod extinguendi incendij causa paratur, instrumentum fundi est. Itemq; centones, funes, perticæ, scalæ, phormiones quoq; & spōgias, & hamas, & siphonas contineri, plerique, & Pegasus, aiunt. sic enim ille: quamuis in uulgatis pro siphone, scopæ supponantur, quæ nullius omnino sunt usus arcentis ignibus. Sed & ἄμην sarculum est. meminit siphonis in hunc usum & Isidorus in etymologijs suis. Habebant autē hæc collegia patronos suos, eligebantq; potissimū aliquem ex decurionibus. Extat Bergomi latissima mensa cum hac inscriptione: P. Mario Vot. Luperciano equiti Ro. equiti pub. omnes honores municipales adepti, iudici de selectis, sacerdoti Cæninensi, collegij fabrorū, centonariorū, dendrophororū, mi-

litiæ Bergomatis patrono. cuius eximia liberalitas post multas largitiones hucusq; enituit, ut lucar aruinæ redemptum à republica sua, uniuersis ciuibus suis in perpetuum remitteret. huius tot & tam ingentia merita ita remuneranda censuerunt, ut effigiem quartum uiri perpetua ueneratione celebrarent. locus decreto decurionum dicitur.

**N**osocomium. multa sunt hoc in significatu corrupta uocabula, quæ sic in Iustini. Codice emendanda sunt. Nosocomium, ubi curantur morboſi, ualetudinarium quidam Latine appellant. Prochotrophium, ubi nutriuntur pauperes, ἀπὸ τῆς προχῆ καὶ τροφῆς. Xenodochium, ubi hospites accipiuntur: unde uulgò hospitale dicimus. appellatur & Xenon: quæ uox apud Sidonium quoq; reperitur. Gerontocomion, ubi senes curantur. τῶν γῆρον τὰ nemo ignorat pro sene accipi. Brephotrophion, ab alendis infantibus: infans enim βρέφῳ dicitur, τροφῆς nutrire. Orphanotrophium, ab orphanis. uox est Græca, qua significant pupilli priuati patre. Alsisterium, legendum ascetrion, pro loco in quo aluntur moniales, ἀσκήτεια. Nexus apud Iustinianum de ufucap. transform. Nexus, inquit Boethius, iuris solennitas est, quam in Institutionibus Caius exponit, cum res mancipi uenduntur. interueniunt enim quinque testes ciues Romani puberes, & is qui libripens dicitur. is autem qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: hanc ego rem ex iure Quiritium meâ esse aio: isq; mihi emptus hoc gre eneacp libra. deinde ære percutit libram, idèq; æs dat ei, à quo mancipium seu aliam rem accipit, quasi precij loco. quæ res sine hac solennitate uendebatur, erat mancip. Non refero id diffusius: quandoquidem nemini non dictus hic locus, etiam Cynum, Albericumq; Rosatum non præterijt.

¶ Nummos inueterales uidetur accipere Vlpian. de bonis damnat. pro modica pecunia, & pauci ualoris, quæ in dies uictus causa expenditur. ipse existimo corruptū codicem.

**O**rcinus libertus is creditur, qui directam libertatem accipit. quidam idcirco dici tradidere, quòd ab his manumittatur, qui ad Orcum tendunt. nobis placet, ut orthinum dicamus: quoniã ὀρθῶς directum significat. hinc orthodoxi, qui rectæ in diuinis sunt opinionis: tametsi in Græcis scholijs Iuris ciuilis etiam ὀρκινῶ ἀπελευθέρῳ legatur, id est, orcinus, non orthinus.

¶ Obsonium quidam legunt apud Pompe. de don. inter uir. & uxo. Non uidef facta mulier locupletior, si aut in obsonio, aut in ugentis donatam sibi pecuniam impenderit. quid si ozonium legamus odoramentumq; aliquod accipiamus, τῶν ὀνίων sanè obsonium quoq; pro stipendio militari accipitur Lucæ in Euang. & Paulo in epist. unde obsonia Iselastichorum Cæcil. Plin. in epist. ad Traianū: ut mirum sit, quomodo interpretis diligentiam id præterierit,

Parichos.

**P**arichos. pensionariū significat hæc uox in Authenticis Iustiniani, ἀπὸ τῆς παρῆχος, quòd præstet & exhibeat pensionē. Sed parichon seu parochum dicendum est. Est & apud Horatium:

Vertere pallor tum parochi faciem.

Verum & alibi:

Proxima Campano ponti, quæ uillula tectū Præbuit, & parochi quæ debet ligna salemq;. Nam cum magistratus Romani in prouincijs ibant, siue alij, accepto sacro diplomate, dispositis equis cursu publico uterentur: hi qui eos hospitio suscipiebāt, & qui equos dabant salgamumq; præstabant, parochi etiã dicebantur, ut Porphyrio & Acron attestantur. hinc dictæ parochiæ, quorū significationem Antimian. explicauit, & ex recentiorib. Pomponius Lætus in Constantino: qui, Comitibus, inquit, & ducibus, qui pro augendo Imperio consenuerant, dabantur agri, uillæq; ut necessaria suppetent, quoad uiuerent, parochias uocabant. Parochos autem Suidæ significat eum, qui in currum uti paranympus ascendat. Scribit Pausanias, cum noua nupta ad ædes mariti deduceretur, in currum ascendere ipsam solitam & in eius medio collocatam, ab una parte maritum, ab alia parochum, qui sibi affinitate proximus esset, accipere. Parricus uerò nomen erat magistratus Romani: unde apud Pomponium de origine iuris, quæstores parricos legimus: quorū etiam mentio apud Festum, & M. Varr. hic enim omnia erat, idem sacerdos, prætor, parricus, deniq; idem senatus: sic enim legendū. Cæterum Iustiniani uerba de parochia hæc sunt: Colonarium ius est, ueluti si domum ualentem centum solidos, & præstantem pensionem solidorum decem, aliquis acceperit ab ecclesia, uel pro ea solidos tres singulis annis se daturū pensionis nomine, ubi eam redemerit fortè minori precio, spondeat: iste autem appellatur παρῆχος. De cursu publico, cuius Acron meminit, in annotationib. Cod. plura à me dicta sunt, ut merito silentio nunc transigenda sint.

¶ Plumbatarum icus. Sunt plumbatæ iaculi genus, cum directâ uirga in capite ferrū apponitur, dein undiq; tribuli plumbo affixi, unde nomen datum: iaciuntur manu. Earum duo genera, tribulatæ & māmillatæ: quarum formam diffusius leges in Theodosij officijs.

¶ Penelope quinquies quaternos enixa filios traditur à Paulo Iuriconsf. sed antiqui codices, qui ante Accursium scripti sunt, non Penelopen habent, sed Peloponesiam, quòd ea mulier ex Peloponneso Græciæ esset. quæ lectionem probo, idèq; Plin. lib. vii. astipulante. Cæterum de tanta mulierum foecunditate, Plin. Gellius, & Alber. Mag. multa prodiderunt. Alioqui Penelopes filios ex Vlyſse duos, tum etiam Pana, in Græcis autoribus legisse tantum memini.

¶ Proauſtiū. corrupta ubiq; dictio hæc est in Authenticis, & legendum est προαυστίας, id

est, suburbanum: ut mirum sit, cur, quisquis fuit, qui de Græco ea transfudit in Latinum, ubiq; Græca dictione uti maluerit, quam semel suburbanū dicere. ἀστυ enim urbem significat, & τῆς Ἰσοχῶς Athenas. hinc apud Iuuen.

Ad summam non Maurus erat, non Sarmata, non Thraz, Qui sumpsit penas, medijs sed natus Athenis.

Dum enim Dædalum significat, innuit ipsos Græculos uiles esse & mediastinos, quòd sic appellantur, qui in umbilico ciuitatis morantur omnium obsequijs obnoxij: qua ratione in domibus quoq; sunt mediastini. dictio est ex Græca & Latina uoce composita.

¶ Programma, Græca uox est. προγραμματα significat in iure, quod Latine appellat Vlp. proſcriptionem, titulo de inſtitoria actione. capitur & pro edicto, ut in uita Auidij Calsij Imp. legitur.

¶ Promercialis. si in re promercali impensæ factæ sint, non uoluptarias, sed utiles esse Paulus scripsit. Promerciales res interpretaus est Angelus Politianus esse simpliciter res uenales: hinc apud eum promerciale imperium, in Herodiani translatione. quæ sententia uulgò reprobatur: quoniam non generaliter uenale significat, sed quod præter suos usus uenale paterfamiliās habet, Catoni, Columelle, cæteris. alioquin apud Paulum omnes impensæ utiles essent, quæ in aliquâ rem fuissent factæ natura sua uendibilem: quod non probo. placet itaq; Baptistæ Pij sententia.

**Q**uadratarij. marmorarios dictionē hæc significare, ex Sidonio Apollinare, & Hieronymo aliàs admonui: sicut apud Senecam quadratariam artem, epistolarum ad Lucilium lib. xi. marmorariam intelligo. cum enim superius de balneorum ornatu dixisset, quantum in illis statuarum est, quantum columnarum: paulò inferius ita prosequitur: at olim pauca erant balnea, nec ullo cultu exornata. cur enim exornaretur res quadrataria, & in usum, non in oblectamentum reperta: quæ uerba significant, antiquis quoq; marmorarios usui fuisse, non ad oblectamentum, sed ad usum: sicuti & balnea: quauis utraq; tunc ad magnificentiam spectarent. Alij ibi legunt quadrantaria res: quoniam sic appellari balneariam artem existiment, quòd quadrante lauaretur. hinc illud:

Cædere Syluano porcū, quadrante lauari. Rhapismata iniuriosa apud Iustinianum.

**R**hapismata iniuriosa apud Iustinianum. significat rhapisma alapam, ῥάπισμα. ¶ Repedare, reuerti significat Lucilio poëta, Nonio Gram. Eutropio hist. & in Cæſt. constitutionibus. Sed & Paulus tit. de lib. & posthu. l. si quis posthumos, hoc uerbo utitur: Diuersum, inquit, est, si in hostium potestate filius sit, & decesserit in eodem statu: rumpit enim his casibus nepos testamentū. quòd si moriente auo filius repedauerit, non abscissum est, ut superiore casu fuerat. uulgati omnes codices, non repedauerit, sed repudiauerit habent: quapropter maximæ tenebræ obuolutæ oculis interpretum sunt, ut uix

Declarata l. ff. quis posth. de lib. & posth.

seipos extricent. sed & ridiculus commentator est Bartolus, qui repedare, inquit, est à capite incipere. de cohor. lib. Cod. xii.

Species ad uectigal pertinentes hæ nominantur Paulo Iuriscōsulto de publicanis: qui locus quoniam corruptissimus est, ex antiquioribus codicibus ita erit restituendus: Cinamomum, piper longum, piper album, folium pentaphyllon, folium barbaricum, costum, costamomū, nardi stachis, casia thuriana, xylocasia, smyrna, amomū, gingiber, malabathrum, aroma Indicum, galbanum, lassifer, agallochus, sarcocolla, onyx Sabæus, cardamomū, xylocinamomū, opus bysimum, pelles Parthicae, pelles Babylonicae, ebur, ferrum Indicum, carpasum: lapis uniuersus, margarita, sardonix, ceraunium, hyacinthus, smaragdus, adamas, sapphirus, calamus, beryllus, cylindrus, opera Indica, uela Sarmatica, metaxa, uestis serica, uel subserica, uela tinctoria, carbasea, nema sericum, spadones, Indici leones, leonæ, leopardi, pantheræ, purpura, item pecorum lana succida, capilli Indici &c. Folium pentaphyllon existimo caltham significare: sicut barbaricum, baccar quibusdam denotat: tamen eorum sententiam Plinius nō probet lib. xxi. cap. vi. Xylocasia, myrrha: poterit aliquis existimare iunctim id legendū, cum Hippocrates *σμήνης καὶ οσίας ἄν κεν ἴππιν* in eo libro nominet, quem de mulierum morbis inscripsit: nobis separatim legere magis placet. Agallochus, hunc Aëtius medicus xylaloen uocat, à similitudine ligni aloë. Onyx Sabæus, Onyx seu unguis, integumentum conchylj est Dioscoridi: nascitur in Indici lacubus. est & maximæ autoritatis qui ex Rubro mari deuehitur, sicut & Babylonicus. Bysimum opus, à bysso, uti arbitror, dictum: huius lini maximū precium Plinius lib. xix. cap. i. refert. mentio est in Euang. Carpasum, nescio an id sit, cuius libro sexto meminit Dioscorides. Malabathrū, eius tres species folij appellatione comprændi, medici autores sunt: indicio est & Galenus, Pliniusq;. Aroma sericū, id opinabitur aliquis, quod Plinius sericatum simpliciter appellat xii. capite xxii. sed tamen magis placet uulgata lectio, uidelicet *νήμα*, nema sericum: significat enim filum, quod apud Seras conficitur: cuius mentio Suidæ in uerbo *σημική*. Lana succida. alij codices habent sic, pecorū lana fucus, quasi fucum nominet, tanquam uel radiculam intellexerit, qua se linunt mulieres: uel certe fruticem, cuius mentio Dioscoridi in IIII.

¶ Sacra. dubitatum fuit cur filij, qui in patris potestate sunt, dicant esse in sacris patris in iure ciuili: & ipse existimo id ea de causa introductum, quoniam lege duodecim tabularum, Iuriscōsultorumq; interpretatione cauebatur, ut pater filiusq; hæres eadem sacra colerent: unde cum de potestate filius exibat, à paternis sacris liberari dicebat. Verba legis hæc sunt: Sacra priuata perpetua manent.

to. quæ interpretatur Cicero lib. II. de legib. ut omnis ad quæ patrisfamilia pecunia perueniret, is teneretur sacra illa celebrare. Refertq; Scauolæ pontificis interpretationem, qua traditum est, quinque modis astringi sacris hæreditatē. hinc Cæcilius in panegy. ad Traianū: Non laturo, inquit, erant homines abradi aliquid bonis, quæ sanguine, gentilitate, sacrorum deniq; societate meruissent. qui locus carmen quoq; Plauti declarat in Captiuis, ubi parasitus, Sine sacris, inquit, hæreditatem adeptus sum offertissimam: quæ enim agnatis defertur, tanquam sacrorū societate merita, non æque placet, sicut quæ insperato contingit extraneis. ut minimè *καὶ ἀδελφούς* illius ROTERODAMI sententia omnino probem, prouerbium id interpretantis, de sacris quæ in parentalib. defuncti celebrabantur, prouerb. CCLVII.

¶ Sandalium. *συνδάλιον* Græcis calceamentum muliebri significat: unde legimus Venetis sandalium tanquā nimis stridulum à Mommo reprænsum esse. In pontificum decretalib. epistolis eodem sensu accipitur. est autem insigne dignitatis, sicut & palliū pontificium.

¶ Synthesis Græcè compositionem significat in iure ciuili. quandoq; uestis est saturnalia, sicut & non uno in loco apud Martialem. Scauola de auro & argento leg. synthesis accipere uidetur pro multis uestibus simul compositis: Sempronæ, inquit, hoc amplius, coopertoria tibiana, & tunicas tres cum pallioli, quæ elegerit, dari uolo: quæro an ex uniuersa ueste, id est, ex synthesisi, tunicas singulas & palliola eligere possit. uidetur autem hinc Scauola synthesis appellasse, quam uulgò libream appellamus, cum indumenta eiusdem sunt coloris, & simul eodem tempore induuntur: quem ordinem à legataria conturbari non posse ipse censuit. Eadem ratione, synthesis quoq; uasorum dici posse arbitror, cum plurima uasa simul componunt, quæ alicui destinare amicus uelit. ut inde nō arbitrer synthesis uasis genus esse, quod Domitius apud Martialem Papiniumq; existimauit: sed nomen generale, quod multarum rerum compositionem notet. Mart. lib. i. Et crasso figuli polita coeno Septenaria synthesis Sagunti. Papinius: Vnam mittere synthesis quid horres, Alborum calicum atq; caca-borum: synthesis uerò fundorū, corruptum arbitror pro *σύνκλιτον*, id est, latifundium, apud eundem Scauolā de adimendis legatis: ubi, Titia, inquit, testamento Seiam libertam hæredem instituit, & Pamphilo liberto prædica per fideicommissum dedit: in quibus synthesis, id est, omnem possessionem prædiorū, quæ appellabatur circa colonem, per epistolam donauit. in qua etiam ita scripsit: Titia hæredibus meis salutem: *Βέλωμαι βεβαία εἶναι πᾶσι τὰ γυναικῶν ὅσα ἐφθασαί ἐς τὸ ὄνομα τῆς περιουσίας καὶ ποιμῆνας, καὶ οἷα ἢ (ὡς) τρεφός με κληρονόμοι μὴ γένοιται. ἢ ἢ γέγονε φασὶ τὴν μόρην βέλωμαι αὐτῆς θηλώσαι τὴν σύνκλιτον τὴν πᾶσι καλῶντω.* quæ sitū est, cum

cum Seia ex codicillis fideicommissum, id est, *σύνκλιτον* circa *καλῶντω* eligat &c. reponenda sunt hoc modo Græca uerba: quæ tamē satis fideliter in uulgatis codicib. translata leguntur. meminit huius uestis etiam Martialis.

*Synthesibus dum gaudet eques, dominisq; senatus, Atq; decent nostrum pilea sumpta iouem.*

Quo in carmine existimauit Domitius synthesis sumptuosam uestē esse: ipse contra uilem arbitror. Nā sciendū est, in Saturnalijs diebus solitos esse seruos dominorum uestes induere: & rursus dominos pari conditione cum seruis esse: cuius rei autor est Macrobius. Sed & Lucianus in opusculo, quod *προποσάλας* inscribitur, seruos conuiuio illis diebus à dominis suis accipi ostendit: dominos cum amicis stantes, huiusmodi conuiujs ministrare, est autor. ut merito Martialis Saturnalia describens, eo tempore equites gaudere synthesisib. dicat, hoc est, uilibus indumentis, quæ magis seruis conuenirent: & senatū gaudere dominis: quoniam senatores ipsi proprijs seruis tanquam dominis ministrabant: sed & imperatorem pileo uti, quod tegumē seruo conuenit, qui in libertatem deducatur. Legendum itaq; est, non dominus senatus, sed dominis, ablatiuo casu: sicut & in sequenti carmine, Gelidum latus ædilis appellat, q; uestem seruilem indutus esset: non enim legendum est, gelidos lacus, ut uulgò creditur. Cæterum & uilem uestem synthesis esse ex Tranquillo dignosci potest, qui synthesisinatum discalceatumq; iuisse Neronem, per lasciuiam quandoq; autor est.

¶ Sermo latinus. Dubitatum fuit, num apud ueteres Romanos illud esset loquendi idioma in usu, quo in præsentia uulgò omnes per Italiā loquimur: quæq; dialecto Dantes Alingerius, Petrarcha, Ciccus atque alij rhythmos scripsere: & Leonardus Aretinus, Poggiusq; etiam tum uulgari sermone ufos antiquos existimauerunt. Contra disseruit Philelphus epist. lib. ix. & rursus xxvii. cuius sententiam omnes docti impræsentiarum probant. Fuisse enim sermonem qui Latinus diceretur, non æque comptum, sicut alium qui ex traditionibus grammaticorum constabat. uulgum itaq; Latine loqui solitū, sed non salua ratione recti sermonis: doctos uerò uiros etiā grammatices documenta seruasse. Verum priorem sententiā uidetur posse aliquis ex Triphonij Iuriscōsulti responso adiuuare, qui, Decreta, inquit, à prætoribus Latine interponi debent. quasi denotet potuisse & uulgariter interponi. Sed & Procopius Persici belli lib. II. Stratam apud Romanos uiam significare autor est: quod in uulgari idiomate uerū est, in Latina falsum: ut merito uulgarem apud eos linguam fuisse credi possit. Idem lib. III. signiferū Romano sermone bandophorū dici scripsit: cum id de uulgari locutione, non de Latina trahat. Sed tamen cū Procopius sub Iustiniano floruerit, quo tēpore exciderat Romani sermonis pu-

ritas, non existimo à Philelphi sententiā descendendum, qui plurimis autorum elogijs rationibusq; partes suas tuetur: cuiq; nos Apuleiū ad stipulari credimus lib. ix. Asini aurei: Interrogauit, inquit, miles dominū meū, quorsum uacū duceret asinum. at dominus meus Latini sermonis ignarus, tacitus præteribat: quapropter cū à milite deturbatus esset hortulanus, supplicuē respondit, sermonis ignorantia, se quid ille diceret scire non posse: ergo igitur, subiiciens miles, ubi, inquit, ducis asinum istum? respondit hortulanus, petere se proximā ciuitatem &c. Ex quibus uerbis constat, elegantiorē illum sermonem, qualis est, quorsum ducis uacuum asinum? Latine esse, nec nisi à doctis solitum intelligi: at alium barbarū, ubi ducis asinum? etiam tali in usu fuisse, ut uel hortulani illum intelligerent, & ita loquerent. qua ratione & apud Celsum Proculus ait, sæpe audisse rusticos senes ita dicentes, pecuniā sine peculio fragilem esse: peculium appellātes quod præsidij causa reponere. cū enim in Latine dictionis significatiōe, & rusticorū usus à Iuriscōf. allegat, nōne apertissimè demonstrat, Latine sermonē etiā indoctis cōmunē extitisse? Aliter itaq; Triphonij resposum accipiemus, q; Accurilius fecerit: quippe ille omnia decreta Latine interponi iubet, nō barbarè & incōptē, ut etiā apud Græcos Latina decreta ex eius responso proponenda sint. quod minimè mirum esse debet, cum omnes Romano imperio subditi, Romanā linguā ediscerent: quod etiam Strabo scripsit.

¶ Synedria Iudæorū in cōstitutionib. interpretare synagogas & conciliabula: *συνεδριας* enim id denotat. Synedrias uerò naues apud Vlp. de exercit. acti. nauiculas illas interpretabit fortasse aliquis, quæ spaciandi causa factæ sunt, in quib. sunt sella & sedilia: quādoquidē Suidas *συνεδριον τὴν ναυόσφραν* interpretatur. nihil decerno, cū in emendatorib. *ἐπιβραδης* legat. i. cōscensoriæ & transportatoriæ naues.

¶ Spurius à Græca dictione spadon dicitur, ut scribit Iustin. corrige *σποράδων*, id est, passim, uulgò, & sparsim. hinc Sporades insulae dicuntur. omitto quæ ad hanc rem pertinentia scribat Plutarchus.

¶ Sphæristerium hypocaustum, succulam alij declarauerunt.

¶ Titulus pro tractatu nō ponitur, licet quidam etiam ex doctis non abhorreant à tali usu, Persium fortasse imitantes, qui non absimili significatione rubricam posuit: Excepto quod Masuri rubrica notauit. quapropter & nos censuimus aliquid consuetudini dandū: quod & in significato legis fecimus, Valla etiam reclamante.

¶ Trachæa prouincia, lib. xii. Cod. de milit. ueste. & rursus titulo de diuersis officijs, pars est Ciliciæ, idcirco *τραχηλία* dicta, quasi aspera & petrosa. emendandus est etiam post tot annotationes Tranquillus in Vespasiano, ubi Thraciam, inquit, Ciliciā, & Com-



DN AND ALCIATI  
PRÆTERMISSORVM  
liber secundus.



VPEREST alius libellus, & ipse his necessarius, qui iuris civilis disciplinam, μετὰ τῆς παιδείας iungunt, & in utraq; professione se exercent: quorū studium & diligentia semper ipse probavi: cū alioquin qui solū Ius civile ex vulgatissimis nostris interpretibus didicerit, non multum his sit dissimilis, qui diuitias quidem aliquas possident, sed artem fruendi ignorant. Hunc igitur ita cōpegi, ut quæ dictiones Græcè sparsim per Digestorū uaria responsa à Iurisconsultis referuntur, & impressorū incuria de impressis uoluminibus sunt omisæ, in suum ordinem restituantur. Non exigo hīc, ut operā quisquam nostram aut probet, aut laudibus extollat: quando quidem nec mihi ipsi hoc in opusculo satisfaciā, quod summa cum celeritate à me, tum ferè puero conditū mihi excidit, priusquam suprema illi apponeretur manus. quod si tunc retractare uoluissē, non aliqui colores addendi, sed nouum planè corpus faciendum fuisset. quam curam ne subirem, occupationibus certè nimis prohibebam. malui itaq; sic edere, ut etiā studiorum nostrorum rudimenta publicitus possint agnosci. Tu certè Minuti, quæ humanitas est tua, scio, laudabis, neque scholia hæc qualiacunq; nauici pendes, quamuis uel recentiorum quorundam exemplo, etiam leuissimas obseruationes non dubitauerim his annotationum libris inferere.

In primis, in ipsa liminari Digestorum pagella, elegans appositum est epigramma, quod ex archetypo Florentino, primus in lucem edidit Politianus, mox secuti alij. hoc autem huiuscemodi est.

Βίβλον ἰασηνιαῶς ἀναξ τεχνήσατο τὴν δὲ, πλὴν ῥᾶ τριβωνιανὸς μεγάλῳ κέμε παμβασιλῆϊ, οἷά τις ἠρακλῆϊ παναίολον ἀσπίδα τὸ βῆξας, ἢ ἐπιμαρμαίρασεμ ἀγαλμαῖα παύτα θεμιστῶν, αὐθροπὸι δ' αἰσῆς τε δ' οὐκ ἔστιν τε λιβύσσης, θυρώπυς τε πῖθον τοῦ ὄλο σμυάντοι. λόσμο.

Nos autem utcunque ita Latinum fecimus: non quidem ut transmarinā illam Venerem reddat, sed ut Græca ignorantes, qualemqualem eius sensum recipiant:

Iustinianus opus princeps hoc edidit, omnis Quod Tribonianus rectori condidit orbis: Tanquam alijs uariam componens aspida magno Alcide, nanq; hic fulgent mira omnia legum: Ast Europæ, Asiæq; homines, Lybicq; iubausti, Cuncta gubernantis domini præcepta sequuntur.

In proœmio.

Sed quia solitum erat, anni quarti studiosos, Græco & consueto quodammodo uocabulo, ircos appellari &c. Politianus ex archetypo legit, δέας appellari. Et inferius, quinti anni studiosos, non coloritas, ut in impressis

genem ditionis regiae usque ad id tempus in prouinciarū formam redegit. legendum est, Trachæam Ciliciam, iunctim: cuius lectioni incolumitatem seruat adhuc Sex. Aurel. Victor, in Vespas. Syria Palæstina, necnon Cilicia Trachæa & Comagene, quam Augustofratensem nominamus &c. de Thracia enim intelligi non potest, cū ea eiectis regibus in prouinciæ formā redacta sit, non sub Vespasiano, sed sub Claudio: ut Eusebius in Chronicis testatur.

Trulle, uas est aquarium uinarium: sicut & trua, Paulus de fundo instr. leg. Trullæ, inquit, quæ circa cenum solent trāci. puto legendum circa ahenum: quod cum athena uasa essent maiora, ab eis latex extraheretur cum trullis luuenalis:

Ridere paratus, Si trulla in uerso crepitū dedit aurea fundo.

Vasa uinaria. uasorū nomina plura celebrantur Iurisconsultis: inter quæ illud ignotum, quod ancones appellant. Ipse uel angones lego, quod ἄγγονας Græcis sit (sunt & angones ex genere telorū) uel potius ambones: poculi id genus est Iul. Polluci. Sunt & apud eos uectiones, quas uehetes opinor à uehendo: sunt sextaria, sunt lagœnæ, tum doliaria congiariaq; sunt & aquaria & aquiminaria. Sed & apud Græcos craterum nomina: ἱερατήρ, λυμβίον, ἐκπομα, ποτήριον, κοτύλη, λυθῶν, λυλλίξ, λυλικίον, χυτεῖδον, ἡμίπομα, φυάλη, κωτύλον, λέβης, ἀλυσορ, κέλιππος, ἐλέφας, λυάβος, θροίκλος, κέδος, κέδισκος, ἀγγέιον, κένταυρον, λυπέλλον, λαρχήσιον, κέλιππον, σκίαφιον, κελίβον, λυάβιον, λυβώριον, δέπας, λίσσας: ad hæc, μυδιόριον, λυάβηλις, ἡ βουκάλιον. Sunt & alia curiose ab Athenæo, lulioq; Polluce collecta, quæ singulatim referre præsentis non est instituti.

Conomus. ubicūq; sic scriptū reperies, emenda œconomum: hinc œconomica Aristotelis dicta significat curatorē domus.

Zosimus. Celebrat monachum Zosimum Lycium Iustinianus in Authenticis: traditq; annos tūc uiuentem centum & uiginti, animo nihilo minus corporeq; uegetum. Fuit & alius Zosimus Alexandrinus philosophus, qui ad Theosebiam sororem libros xxviii. scripsit: quorum titulus est χερσμιτα, id est, manufacta. Sed & Zosimum Gazeum nominat Suidas, qui sub Anastasio dictiones rhetoricas, & enarrationem in Demosthenis orationes edidit. Alij tradunt fuisse Acalonitam. Ad Zosimum quoq; nescio quem primatē scripsit Aeneas rhetor. Celebrat & Plin. Cæcil. libertū suum Zozimū.

Zygotates. in constitutionib. titulo de ponderatorib. lib. x. eum significat, qui ponderum rationem tenet, curatq; per ciuitates, ut mechanicis iusto pondere mercimonia uendant. Ζυγόν Græcis stateram significat: unde zygotatica libra.

LIBRI PRIM... FINIS.

impressis est codicibus, sed πολίτας legit: uerū minimè explicat horum nominum rationem. nam preces (hoc enim significat λιττα) nil mihi uidentur habere commune cum studiosis quartī, quinti ue anni. quare legendum est λυττας, per υ ψιλόν, ut intelligamus solutores, quod legum nodos iam soluere possint: πολίτας uerò, quod lytis præstent: ut antecessores sint, quos Doctores regētes uocamus: prolytæ, qui licentiati: lytæ, qui Baccalaurei.

Lytæ. Prolytæ.

In eodem proœmio iuxta finem, apud Homerū patrem omnis uirtutis, Diomedes & Glaucus inter se faciunt, dissimilia permutantes. Jaddendum est hic uersus: Χρύσαε χαλκείων, ἐκαστοῖσι γίνεαι βόλων. Proq; nouem centum, pro ferro tradidit aurum. Sumptum est ex Iliados VI. ubi singulari certamine dimicaturi Glaucus Lycius, & Diomedes, cū Glaucus progenitores suos enarrasset: Quin tu, inquit, Diomedes, mecū potius beneficijs quàm armis certas, & ex hoste sis hospes: cuius in rei signum permute mus arma. hinc annuentis Glauci stultitia fecit locum prouerbio, de inequali permutatione, cū eius arma centum bouum precio censerentur, Diomedis nisi nouem. Cicero ad Attic. lib. vi. Habes ad omnia, non ut postulasti, χρύσαε χαλκείων. meminit & Plin. nat. hist. lib. xxiii. cū de commercijs loquitur. & Gel. lib. ii. quin & Martial.

Tam stupidus nunquam nec tu, puto, Glauce fuisti, Chalcea donanti, chrysea qui dederas.

Plin. Cæc. epist. libro v. Recipies, inquit, epistolas steriles, & simpliciter ingratas, ac ne illam quidam solertiam Diomedis in permutando munere imitātes. Res hæc quidem ex autoribus satis protrita, quam tamen ignorauit Accursius.

De iusti. & iure.

In l. ius civile. in fine, sonai monai. Si quis parum à ueteri lectione uelit immutare, is legat φωνή μόνη, quasi solam uocem dixerit: ipse tamen malim τῆν νόμων οἰ μὴ ἐγγραφοι, οἰ δὲ ἀγραφοι, quod idem est quod non scriptum, & ius scriptum: utrunq; conuenit & hīc, & in Institutionib. ubi par est menda. Sanè tabulæ, in quib. leges describebant, apud Athenienses λυγείας dicunt: erant autem quadratæ & uarias delictorū pœnas complectebantur. mentio harū apud Aristophanem. Luciano dicuntur ἀξωνόν. meminit Plut. in Solone.

De origine iuris.

L. secunda, ubi de Sempronio uerba sunt, quem populus Romanus Sophyn appellauit. corrige σοφόν, id est, sapientem: cuius mentio frequens apud Liuium in bello Macedonico. Parua hæc utiq; emēdatio: sed quam tamen Egnatius, uir doctissimus, sub racemationibus collocarit.

De legibus.

L. ii. nam & Demosthenes &c. quæ in de sequitur. Græca sunt, sumpta ex oratione Demosthenis, quæ in Aristogytone prior inscribitur: καὶ τὸ ἐστὶ νόμος ἢ παύτως πρὸς ἡκε

ταίθεδου ὅτι πολλὰ καὶ μολίσα ὅτι πᾶς ὅστι νόμος ἐστὶν ῥημα μὴ καὶ δῶρον θεῶν, λόγος δὲ φρονιμῶν, ἀνδρῶν παρῶν, ἐπαυρόθωμα δὲ τῆν ἐκασίωμ ἢ ἀκασίωμ ἀμαρτημάτων, πόλεως δὲ σωθῆκη κοινῆ, καὶ ἢ πᾶσι πρὸς ἡκε καὶ τῆν τοῖς ἐν πόλει. Latina autem subdita sunt hac in lege ab aliquo ex recentiorib. nam uetustissimi quicq; codices, hoc in loco lacunam quādam habent, quæ hisce Græcis literis est implenda. Græca primus ædidit Budæus.

Quod autem dicitur ἐπαυρόθωμα τῆν ἀμαρτημάτων, huic alludit Græcum elegans distichon in sicarium: ἴμυ με κατὰ κρῦπῆς, ὡς ὁ δολφὸς ἀνδρὸς ὀρῶντος, ὄμμα δὲ ἴνης καθορᾶ πάντα τὰ γινόμενα. Me sepelis tanquam nemo conspexerit: atqui iustitiæ ipse oculus omnia facta uidet.

Quapropter Apuleius libro III. cū insimularetur clam tres homines occidisse, iustitiæ se oculum testatum tradidit, memor hu-

ius (uti arbitror) epigrammatis. Sed & de iustitiæ oculo idem meminit libro II. Circumfertur & Græcè is uersiculus: ἔστῃ δὲ ἴνης ὀφθαλμὸς ὅς τε παύθῃ ὄρᾳ. Est iustitiæ oculus, qui ubiq; prospicit. Cui non ab similibus alius: ὄξυς θεὸς δὲ ὀφθαλμὸς εἰς τὸ παύθῃ ὄρᾳ. Acutus oculus est Dei, uidet undiq;.

Quod autem sequitur. Chrysippum in libro quem fecit. J adde, me autore, παρὲ νόμου. Chysippum enim librum de legibus scripsisse autor est Laërtius: quem hīc cū ab Iuriconsulto citari uerisimile est, tum ex indicijs ueteris scripturæ coniectaui.

In l. III.

Iura constitui oportet, ut ait Theophrastus, in his quæ entomia frequenter accidunt. Alij hīc legunt, automata, id est, spontanea & casualia, quæ lectio incongrua est, nec sensui legis admodum conueniens. Budæus dicit se in archetypo Florentino hunc locū ita annotasse, in his quæ ὑπὲρ τὸ πλεῖστον accidunt, nō in his quæ ἐκ πρῶτος: id est, in his quæ plerunq; accidunt, non quæ præter hominū sententiā. Sed & existimabit aliquis dictionē, entomina, abradendam, & reponendum θραμινά, ut quod sequitur, & frequēter, interpretatio sit Græcæ uocis. ita enim à ueteri uulgataq; lectione minimum discēdimus.

In l. fraus.

Et quod distat uerbū ab intellectu &c. Accursius admonet, Græcè locutum hīc Iuricon. quare explosis illis uerbis, reponendæ sunt hæ uoculæ: & quod distat ῥητὴν ἀπὸ διανοίας, hoc est, dictum à sententiā. Hunc sanè locum debemus Politiano, sicut & sequentem.

In l. obseruare. de offic. procons.

Hoc obseruare oportet, ut per eam partem quis prouinciā ingrediatur, per quam ingredi moris est: quam Græci appellant, siue &c. J reponēda sunt hæc uerba, quas Græci ὑπὸ δριμίας appellant, siue κατὰ πλοῦν, obseruare &c. ὑπὸ δριμίας enim est accessus ad ciuitatem plerunq; obseruari solitus: κατὰ πλοῦν ad nauigationem & portum significat. ut in-





Hunc circum inuenies plures pecuascere porcos Ad coracis petram, fontemq; super Arethuse.

Quod carmen restituendum quoque est in §. de subibus. Instituit ad l. Aquil. et si ibi, uel certe hic alius etiā sit error in nomine Iuriscōsul- ti, qui ibi Martianus, hic Marcellus prodit.

¶ L. si cui lana. §. lana legata, etiam lepori- nam lanam, & anserinam credo contineri, & de lino: quoniam ελωρ Græci lanam uocant. ita legendus est hic locus, hoc sensu: appella- tione lanæ uenire leporinam, anserinam, li- neam, & si qua similis: quam quidem lanam ελωρ Græci appellat. nam lana ouis, proprie αωτος, ελωρ uerò & cætera comprædit: sicut λαχνη, quæ dictio lanam, uillum, plumam si- gnificat. In antiquioribus tamen codicibus legitur, & de ligno, quam Græci ελωβυλον uo- cant, de quo apud Plinium libro decimono- no: quod probò.

De fundo in fr.

¶ L. II. in fine, dotes præditiōnū, quæ Græ- co uocabulo erotici, id est, impositiones uo- cantur. ¶ In Pandectis legitur ενθηκα.

De suppel. leg.

¶ L. Labeo ait. in fin. eos qui loqui non possunt, conatu ipso, & sono quodam, & in- articulata uoce, baccariōs dicere existima- mus. ¶ fortè legendum βάπους, id est, qui arti- culatè fari nequeunt: βάπθ enim huiusce- modi mutientem significat. Hinc dictus Cy- renarum conditor Battus, apud Trogum li- bro XIII. Eusebio, Catullo, & cæteris. Sanè in Pandectis sic legitur: & sono quodam καὶ τῆ ἀναρθρω φωνῆ dicere existimamus. Fuit & Battus quidam loquax: unde battologia fi- gura, cū quis eadem repetit, & identidem inculcat. Hinc Ouidius, nescio quem alium Battum loquentem inducens, Metamorpho- feos secundo: Sub illis

Montibus (inquit) erant, & erant sub montibus illis. cui per similem figurā ridiculose responde- rit: Risit Athlantiades, & me mihi perfide prodis, Me mihi prodis, ait.

qui locus aliter intellectus, ineptè condupli- cantem uoces poëtam ostenderet.

¶ Lex legata, dum Iuriscōsultus adducit Homeri testimoniū, eius carmina ex Ody- seæ lib. V. nos hic ponenda sic existimamus. Delecti enim signo loquēs, τ δ' εγώ, inquit, κέμοι δ' δέ τις άλλθ.

Θάμθ εφικανύφυλλθ ελαίνε ερκεθ γντθς

Et paulò infra:

Δαιδάλου χρυσώτε καὶ ἀργύρου ελέφαντι. Haud alius quisquam, fabricauit hoc ipse cubile, Inter septa secans ramos uirentis oliuæ, Argento atq; auro uarium, leuiq; elephanto.

De alimentis legatis.

¶ Lex alimenta, in princ. cui scribere sole- bat ita, το είνω ἀπελευθερω εμάθ δὲ πρῶτην. id est, Rufino liberto meo bene agere. Dubitatio- nis causa hic erat: quoniam ἀπελευθερος pro- prie is uidetur, qui manu emissus est respec- tu mōnumittentis. Sanè locus ad restituendū facilis, Græcè non ignorantibus.

De auro & argento leg

¶ L. quamuis anademata. ¶ lego ἀναδέσματα, id est, anadematata: ea enim sunt ornamen- ta capitis, Suida autore.

De gradibus.

¶ L. non facile, uiri pater uxorisq; focer: mater autem eorum, focrus appellatur: cū apud Græcos proprie uiri pater εκυρός, mater uerò εκυρά uocetur: uxoris autem pater πα- θερός, mater uerò παθερά uocatur. Sic legen- dus est hic locus, qui ante nos pluribus sca- tebat mendis.

¶ In eadem l. sic quoq; legendum censeo: uiri frater leuir est: apud Græcos δαίτηρ appel- latur, ut apud Homerum relatū est. sic enim Helena ad Hectorem dicit:

Δαίτηρ εμοίοι κωός λαοκομηάτος οχρηόσους.

Est autem carmen id in VI. Iliados. Sequitur Iuriscōsultus: Viri soror glos dicitur, apud Græcos γάλως, duorum fratrum uxores εινά- τέρθ apud Græcos dicuntur. Quod uno uer- su idem Homerus significat.

Δαίτηρων ἢ γαλόων, ἢ εινάτέρων εὐπέπλωθ.

quod carmen libro ultimo Iliados reperies, nostra opera Iuriscōsult. restitutum.

¶ In l. Iuriscōsultus, in principio: nomen cognitionis à Græca uoce dictum uidetur συγγνής: sic enim illi uocant, quos nos co- gnatos dicimus, συγγνής. ut barbara uox, ci- fen, ab imperitis in Iuriscōsulti uerbis rela- ta, abradatur penitus.

De aqua plu. arcen.

¶ Lex prima, sulcos tamen aquarios, qui Græcè hincelices appellantur. ¶ legendum υδραύλακθ. hydraulices enim dicuntur ἐπὶ τῷ υδάτιθ, καὶ ἀλλανθ, meminit huius dictionis Suetonius in Nerone. Lucius tamen Colu- mella libro XI. cap. II. elices Latine appellat fontium, ut arbitror, scaturigines: unde & a- quilices Callist. l. fi. de iure immun.

De dona. causa mortis.

¶ L. senatus, donatio dicta est à dono, qua si doni datio: tracta à Græco δωρεά, nam ita Græci dicunt. eam dictionem ita restituendā, nemo est cui in dubium uenire possit. nam δῶρον donū significat: hinc prouerbū, δῶρον ἄδωρον. & apud Euripidem λακρὸν ἔδω- ρος δωρ ὄνησιθ ἐκ εχθ. id est, mali hominis usum munera haud ullum tenent. Sophocles, ἐχ- θερθν ἄδωρα δωρεά κ' ἐκ ὄνησιμα. dona hostium, nō dona sunt, fructu carent &c.

De acquir. pos.

¶ L. prima, possessio naturaliter tenetur ab eo, qui ei insistit, quam Græci di- cunt. ¶ in uacuo loco addenda dictio λετήμα, uel κτήμα, uel potius λατομή, ut in Pādectis ha- betur: his enim modis Græci possessionem uocant: Homerus Odyf. libro primo, πρῖατο λεπάτοσιμ εἰσίσιθ.

De usucapionibus.

¶ L. rerū mixtura, tria corpora sunt: quod continetur uno spiritu, & Græcè φυσικῶθ uo- catur: aliud quod ex pluribus inter se cohæ- rentibus, quod τεχνικῶθ dicitur: sic restituenda

da sunt hic uerba Græca: ut plurimū corpus dicatur naturale, aliud uerò artificiale. In quā sententiā iuit quoq; me audiente Demetrius Chalcondyles: licet in Pandectis σωυμυλῶθ, connexum legatur: & deinde ἠνωμυλῶθ. unitū. Illud tamen non prætereundū, sumpsisse hæc Pomponium Iuriscōsultum ex Plutarchi li- bro, qui inscribitur de præceptis coniugali- bus: ubi, Corpora, inquit, philosophi dicunt alia ex discretis constare, ut classem & exerci- tum: alia ex coniunctis, ut domum & nauem: quædam unita esse atq; congenita, ut singula animalia.

De uia publica.

¶ L. ædiles, in fine, ut tector trochos exte- rius opponat. ¶ corrupta est dictio, tector: cuius loco reponendum, τέκτωθ, id est, tecton: quæ uox fabrum significat. Hesiodus: καὶ κοβαίμεις κοβαίμεις ἠοτέθ, καὶ τέκτωνι τέκτων. Faber autem lignarius hac præsertim appella- tione Græcis nuncupatur.

Ne quid in loco publico.

¶ L. secunda, §. uiarum, publicas uias dici- mus, quas Græci nostri prætorias & con- sulares uias appellant. ¶ Accursius uidetur legisse, quas Græci πῆς ὁδὸς βασιλικῆς, id est, uias basilicas appellant. Cui lectio ut assen- tiam, facit: quia quæ nos prætoria appella- mus, Græci τῆ βασιλῆς uocant: & basilicum apud antiquos nō solum regium dicitur, sed & quicquid magnum & præfens, ita nuncu- pabatur, ut in Curc. Plauti: lacto Herculem basilicum. Sanè uias publicas Græci λαοφό- ρος uocant, sicut & ἠδιδημῆας: cuius dictionis alibi meminimus: & mentio est apud Hieronymum, dum Pythagoræ symbola inter- pretatur.

Ut possidetis.

¶ L. si duo, §. planè, hoc modo legendus hic locus: Planè si cœnaculum ex publico ad- tum habeat, ait Labeo, uideri non ab eo ædes possideri, qui ὑπόγαλιθ hoc possidet: sed ab eo cuius ædes supra ὑπερώθ essent &c. hoc fen- su, ut quando is cuius cœnaculum est, habet aditum ex publico, ille qui fundamenta, su- perficiemq; domus possidet, non censeatur possidere ædes, sed is cuius ædes ὑπερώθ, id est, cœnaculum supra essent. De hypogæo meminit Vitruuius libro sexto, capite X I. ὑπερώθ uerò cœnaculum dicitur, quod ea om- nia in superiori domus parte essent, habitata præcipuè uilioribus. In Pandectis non ὑπό- γαλιθ, sed ἐρῦπας legitur.

De riuus.

¶ L. prima, riuus est locus per longitudi- nem depressus, quo aqua decurrat, cui no- men est ῥυαξ. ¶ Græca dictio hoc dictio hic le- genda, ut nitori tandem suo restituatur Iuriscō- sultus, dictus est autem ῥυαξ, à Græco ῥέθ, quod est fluere.

De furtis.

¶ L. prima, Sabinus ait, à ferendo, id est, auferendo dictum: uel à Græco sermone, quod φῶρας appellant fures &c. ¶ sic legi de-

bet hæc Græca dictio, quam in codicibus omni- fere librarij.

¶ L. tertia, fur manifestus est, quem Græci appellant. ¶ legunt hic aliqui Græcam dictio- nem ἐπ' ἀνθρώθ, quasi in ipso rei abstractæ pun- cto depræsum dicas, quam lectio nē & ipse probò: sed Græcos legum interpretes, φανε- ρα, inquit, ἄλοπῆ, ἢ τις τὸ τετραπλάσιον ἐχθ πλῆ ἤθ δίκλω, id est, manifestum furtum est, quo quis secundū iura quadruplū consequitur, quam- obrem hic fortasse legi etiam posset, manife- stus fur est, quem Græci κλέπτηθ φανερῶθ appel- lant. qui locus corrigendus est in quarto Insti- tutionū libro. Aristophanes in Pluto, ἐγώ γάρ ἡμῆς δὴνὰ ἄγοντας λάμβανωθ, ego quidē uos gra- uia agentes reperi, alludit enim ad hanc de- præsumtionem manifestam. Hinc in Euangelio Luca Zachæus, si quē, inquit, θυνηθ φανῆσθ, quadruplum reddo pauperibus nisi quis ma- lit alluisse eum in fœneratores, qui quadru- plo multabantur, ut scribit M. Cato.

¶ L. falsus, §. plerunq; quid ergo, si ea quæ dicunt Græci petat: ¶ reponendū est, ἠρε- τρα, ita enim Græci præmia nunciationis ap- pellant, alij legūt θναγγέλια, sed quid mihi pla- ceat, alio sum testatus loco.

De incendio, ruina &c.

¶ L. tertia, §. non solum, ubi de nauī eiecta Iuriscōsultus loquitur: Eiecta, inquit, est, quod Græci aiunt θρονθλαμῶθ. Sed quid si lege- rimus ἐκβολή: quod aliās opinatus sum, dum undecimum Codicis Iustiniani librum corre- ctioem reddere conarer.

De iniurijs.

¶ L. lex Cornelia, in fine, eadē poena ex se- natuconsulto tenet is, qui aliū due quid, siue scripturam in notam aliquorum produ- xerit. ¶ in uacuo loco Accursius legisse uide- tur, opythasin: tu potius reponere ἐπιθεσιθ, id est, titulum, lemma, inscriptionem ue.

De extraord. crim.

¶ L. sacularij, sunt quædā quæ more pro- uinciarū coercitionē solent admittere: utpu- ta in prouincia Arabiæ σιοπελιζθ, cuius rei admissum tale est: pleriq; inimicorū solent in prædium inimici σιοπελθς, id est lapides pone- re &c. ¶ restitutus est hic locus iandiu, etiam in quibusdā impressis codicibus: etsi plures qui annotationes edider, sibi adscribāt, digla- dienturq; tanquam de re maxima.

De effractoribus.

¶ L. prima, expilatores sunt fures atrocio- res, τοιχωρῦχοι, ¶ τοιχωρῦχοι, id est, muricide, sunt effracto- res parietum, præsertim nocturni fu- res. Aristophanes in Pluto, τοιχωρῦθ τις δέ- βαλλε. Nam hic explilatores nō puto capien- dum pro fure hæreditario, quia nil facere ad titulum, alioqui legendū esset, κληρονομοθ κλέ- πτηθ: quæ uox cum antiquæ lectio- nis uesti- gijs non admodum congruit, in qua ferè λα- ποδύτου legitur, sunt hi qui uestes hominibus auferunt.

De collegijs illicitis.

¶ L. ult, sodales sunt, qui eiusdem collegij

sunt, quos Graeci σπονδίας uocant. locū hunc (nisi fallor) sic restituit Beroald. in Apuleio. nam collegia sodalitia, id est, conuiuialia fuisse apud Cretes, appellataq; sulsitia, autor est Strabo: & se quaestore Romae huiuscemodi constituta fuisse tradit Cato apud Ciceronē. In Pandectis tamen legitur ἐσπίρας. Sunt autem conuiuiorum tria genera, quae uno carmine Homerus comprehendit:

τί τ' ἐστὶν ἡ σέχρα  
ἐλαπίν' ἢ γάμου, ἢ ἐπειδὴν ὄρων, τὰ δ' ἐγ' ὄσιν.  
ἐλαπίνη autem, & γάμου sunt conuiuia sumptu uocatoris facta: ὄρων, cum quisq; de suo confert, ut scribit Eustathius. Planē quod finem huius legis respicit, puto dum Solonis testimoniū adducit Iuriconsultus, totum locum esse Graecum: facile restitueretur, si Solonis leges extarent: et si quasdam refert Plutarchus in eius uita, inter quas haec minime est. Caeterum de hoc in disputationibus a nobis dictum est, cum certiora reperissemus.

De custodia reorum.

L. diuus. & ideo cum quis διαγραφῶν faceret, iuberi oportet uenire irenarcham &c. in lacunoso loco curauit reponendū διαγραφῶν, id est, denunciationem: nam Graecus legum interpres nō aliter ferē eam appellat. uidetur autem hoc magis ad rem facere, quam κατέκεισιν, id est, condemnationē, ut refert Accursius: uel ἕρεσις, id est, inquisitionem: quod glossulē cuidam placet. In alijs legitur, anacrisim. de qua quoniam alij scripserunt, non est quod ipse in sylvā (quod dicitur) ferā ligna.

Ad legem Iuliam de adulterio.

L. inter libros. Lex Iulia stuprum & adulteriū promiscuē φθοράν appellat: sed proprie adulterium in nuptam committitur &c. stuprum uerō in uirginē, uiduamue, quod Graeci διακόρουσι appellat. restituentē sunt hoc modo dictiones Graecae, quae in omnibus impressis codicibus desiderantur.

L. si uxor. ut Sextus ait, haec lex ad omnia matrimonia pertinet: & illud Homer. affert: Η μῆνοι Ωλέεσ' ἀλόχης μρόπων ἀνθρώπων ἀτρέιδαι.

Sed nec soli homines mortales inter Atridae uxores curant proprias.

Sumptus est autem locus ex Iliados lib. I X. qua in rhapsodia Achilles Ulyssi roganti ut reconcilietur Agamemnoni, inquit: Η μῆνοι Ωλέεσ' ἀλόχης μρόπων ἀνθρώπων ἀτρέιδαι, ἐπειδὴν ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων πῶν αὐτῶ Ωλέεσι, καὶ κίθις, ὡς καὶ ἐγὼ πῶν ἐκ θυμῶ Ωλέων, δ' ἔπειτα πῶν ἔδσαν.

Nec propria obseruant soli connubia Atridae: Sed quicumq; bonus sapienti peccatore praestat, Huic nuptae stat firmius amor, stat maxima cura, Ut mihi, qui quamuis captiuam mente colebam.

Hinc & Vergilius noster Homerū secutus, Aeneid. libro (si recte memini) nono: Coniuge praerepta, nec solos tangit Atridas Iste dolor.

Quem locum uolens ostendere Macrobius sumplisse Vergiliū ab Homero, mutilus est

librariorum uitio, qui Graeca carmina omiserunt: & propterea ex hoc nostro idiographo poterit diligens lector ea restituere.

Ad legem Corn. de sicarijs.

L. hi quoq; qui tibillas faciunt &c. legendum θλίβιας, id est, thlibias: sicuti in I. spadonum. de uerb. signif. thlasias. sic autem dicuntur qui fractos pressos ue habent testiculos, a uerbo θλάω καὶ θλίβω, huiusce significationis quod est frango, & premo.

De poenis.

L. aut facta. apud Graecos exilio uoluntario fortuiti casus luebantur, ut apud praecipuum poetarum scriptum est. qui locus ex Homero adducatur: quāuis certū aliquid non habeam: tamen si coniecturis locus est, facile eos uersus reor hic apponēdos ex Iliados II. Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ ἐν τρώαϊ κεί τε κεί τε, αὐτίκα πατρὸς ἑοῖο Ωλεον μύτρωα κεί τε κεί τε, ἦ δὲ γὰρ ἄσποντον Λικύμνιον ὄρον ἀρῆσ', αἰΐα δὲ νῆας ἐπέχε, πολλὰ δ' ὄγχε λαὸν ἀγείρας βῆ φόνων ἠδὲ πόνων ἀλώμενον.

Tlepolemus postquam bene structa per atria creuit, Illius occiditq; parentis auunculus armis Iam senior, Martisq; Licymnius inclytus hasta, Composuit classem, populoq; impleuit eunti, Per mare diffugiens exul.

Nam & huius consuetudinis meminit Papius in primo Thebaidos, de Tydeo loquēs:

Fraterni sanguinis illum Conscius horror agit. In cuius interpretatione Lucatius Homerum quoq; autorem citat. & Ouidius in Metamorph. Phocum tradit patria domo profectum non alia de causa, quam quod imprudens fratrem occiderat: quae res etiam Plutarcho in parallelis explicatur. In Pandectis tamen aliud legitur carmen, ut in Disputationibus annotauimus.

De munerib. & honorib.

Lex prima. personalia sunt munera, legatio ad census accipiendos, ut patrimoniu scriberetur, annonae ac similitium cura. Reponenda est Graeca dictio haec, σιποκομίας, quod magistratus nomen est, ea quae ad uictū pertinent curantis, ἀπ' τοῦ σίτου ἢ κομῆν. de qua quidem uoce alibi complura retulimus.

De uerborum significatione.

L. tertia. in fine. opere legato, uel conducto. His uerbis significari Labeo ait id opus, quod Graeci τελελευμένιον ἔργον uocant, id est, ex opere facto corpus aliquod perfectū. Huius uocis mentio est apud Homerū in Iliad. i. nisi fallor. In Pandectis legitur ἀπ' τελελευμένια, eodem sensu.

In I. Labeo. contractū ultro citroq; obligatorum esse, quem Graeci σιναλλαγμα uocant. legendus & hoc modo hic locus, a nobis alibi declaratus.

In I. sylvia noualis est terra praecisa, quae anno cessat, quam Graeci νεαγλή uocant. Ita legendum, scribendumq; est: licet impressores ingentem illic lacunam reliquerint.

In I. ostentum. in fine. alterum, cum quid prodigiosum uidetur, quod Graeci uocant.

cant. Et hic reponendū φάρμακα. quod alia probatione non indiget, cum uox sit Graecis usitatissima.

L. carbonum. in fin. sed & de ballarijs. puto castigatē magis legendum, de βαλανίοις: nam balanus nucem, glandēmue significat. Diogenes Laërtius tradit, cum interrogatus esset Cynicus de quodam puero, respondisse, esse Arcadem. cuius responsionis causam existimo, quoniam Arcades βαλανοφάγοι, id est, glandiuori dicuntur, celebraturq; hoc epitheto Graecis autoribus, praesertim Pausania: unde oraculum, πολλοὶ γὰρ ἀρκάδία βαλανοφάγοι αὐτόθεν ἔασιν. βαλανῶν autem in obscenā significationem Graecis trahitur, sicut glans a Latinis: de qua apud Celsum. Quod ad praesentē castigationem attinet, per balanos puto intellexisse Iuriconsultū, nucum, glandiumq; testas. alioqui haec uox alio quoq; significatu capitur Paulo Aeginetae.

L. natura. cauillationis, quam Graeci σόλοισμα appellant. Graeci illi apices ita sunt collocandi: alioquin imperfecta erit haec lex. Eiusdem monetē alia in titulo sequenti, de regulis iuris.

L. qui fundū. uas duracinas, quas Graeci appellant τραξίμους. hanc uocem ita reposuit Politianus in quadā epistola: et si alij contra de quo ipse uidendus est.

L. si calumniatur. sic legendus est hic locus, telum quod in longinquum mittitur, a Graeca uoce figuratum τηλόθι: nam & hanc significationem inuenire possumus in Graeco nomine. nam quod nos telum appellamus, illi βέλῳ appellant: eoq; nomine uulgō quidem id significatur, quod ab arcu mittit: sed non minus omne significatur, quod mittitur manu, ut ἀκόντιον. & id quod arcu mittitur, apud Graecos quidē proprio nomine τῆξυμα uocatur.

L. qui uenenum. cum id quod nos uenenum dicimus, Graeci φάρμακον dicant. apud illos quoq; tam medicamenta, quam quae nocent, hoc nomine continentur: unde adiectione alterius nominis distinctio fit. Admonet & nos summus apud eos poetarū Homerus, sic dicens:

φάρμακα πολλὰ ἢ ἐὸ δάμνημα μεμυγμένα, πολλὰ ἢ λυγρὰ. Plura uenena quidem bona sunt, sunt plurima amara.

Sanē carmine hoc nihil est celebratius, ut uel in prouerbium cesserit. quin & epigrammatum Graecorum lib. eis ἰατρὸς circumfertur, tanquam ἀδύλον, id est, incerti auctoris, cum ta-

Arcades glandiuori.

men Homeri sit in Odyssaea lib. IIII. nam & Iuriconsulti opinionē adiuuat idem Homerus in Odyss. I. qui φάρμακον αὐτοφρόνον dixit: quasi solum φάρμακον non sufficeret, utpote dubium.

In ead. I. glandis appellatione omnes fructus contineri, Iabolenus ait, exemplo Graeci sermonis, ἀκρόδρουα: sic legendū est, de quo in ea lege a nobis dictum est.

In I. pupillus. incola est, quem Graeci appellant. ibi uacuo loco reponendum est, πᾶρρον. de qua uoce, quoniam alibi a me explicata est, hic dicere superfedeo.

Quod sequitur, aduena est, quem Graeci reponē ἀνοικον, ex Pandectis Flor. nam ita Graecē appellari posse aduenas, quasi sine domicilio dicas, omnes (uti arbitror) facile possunt nosse. nō enim simpliciter peregrinos Iuriconsultus describit, sed hos qui ius domicilij non habent.

In I. ult. apud Labeonē, pythanū. Graecē legendum πθανῶν, id est, uerisimilium, est enim nomen operis quod Labeo scripsit: nō autem proprium, ut alij opinati sunt.

Instit. de donationib. in prin. Piraeum legendum, nō autem Pyrrhum. Idē ex his Homeri carminibus, ὁδὸν ῥ.

Τὸν καὶ πείραιον πρότερον πῆρ μύθον εἶπον, τηλέμαχ' αἰὲν ὄτρυνον ἐμὸν ποτὲ δάμα γυωαῖκας, ὡς τοὶ δῶρ ἀρπύγεω, ἢ τοὶ μενέλαοι ἔδωκε. τὸν δ' αὖ τηλέμαχ' ὀτρυνόμενον αὐτίον ἦν δαίμων, πείραι, ὃ γὰρ τ' ἰδμεν ὅπως ἔσται τὰ δ' ἔδωκε. εἶπον ἔμει μνηστῆρῶν ἀγλώροδον γὰρ μεγάροισι λάθρον ἰτέναντι δὲ πατρῴα πάντα δάσοντες, αὐτὸν ἔχοντά σε βάλωμι ἐπαυρέμεν, ἢ τινα ἦν δέε. εἰ δὲ κ' ἐγὼ τὸ τοιοῦτον φόνον καὶ κῆρα φυνδύσω, δ' ἢ τότε μοι χαίροντι φέρην πῆρ δῶματα χαίρων.

Hoc sermone uirum Peiraeus commonet ultro, Telemache ad nostras famulas agē dirige sedes, Ut tibi quae dederat Menelaus dona, reportent.

Ad quem Telemachus sapiens ita furier orsus: Peirae haud equidem haec possum dignoscere facta. Namq; proci si me spatiose per atria furtim. Occidant, rapiantq; sibi patrimonia fortes, His te malo frui donis, quam quemlibet horum. Quod si illos, fato merita est multauero morte, Tum mihi gaudenti refres dona omnia gaudent.

LIBRI SECUNDI ET VLTIMI PRAETERMISSORVM DN. ALCIATI FINIS.



Generoso Othoni sacri Rom. Imp. hæ  
reditario dapifero, Baroni in Vualt  
purg, And. Alciatus S.



**M**AXIMAM semper cum in publicis, tum in priuatis rebus eloquentiæ exi  
stimationem fuisse, & communi omnium testimonio receptum est, & nos  
sæpissimè experti sumus. Quis enim eam artem plurimi non faceret, quæ  
homines alioqui duros, & implacabiles, ad concordiam, ad pacis studia,  
ad uirtutem alliciat: quæ ad se amandum quemlibet attrahat, & in uolen  
tium ciuium animis, ius, imperiumq; exerceat? Quod si ita est, quis huma

nitatem, modeſtiamq; tuam, Otho iuuenis illuſtriſſime, non plurimum commendet? Quis non  
inſignes animi tui uirtutes admiretur? quum uideat, quæ ueteres illi eloquentiſſimi uiri copia  
orationes obtinebant, eadem de egregijs artibus, quadamq; præcellentiſſi ingenij indole facere:  
omniumq; uoluntatem, atque amorem ita promereri. Quod cum perpetuo tenore à te ſemper  
obſeruatum ſit, nuperrimè tamen maior id præſtandi occaſio patefacta eſt, cum uno omnium  
ore quamuis inuitus, & repugnans, uixq; eorum auctoritati cedens, huiſce noſtræ Acade  
miæ Reſtor es designatus. Quo in munere talem te oſtendiſti, qualem poſt celeberrimum  
illum heroem Vliermum patrem tuum, ad hanc diem nemo. Nam ut publicæ, priuatamq; ma  
gnificentiã, liberalitatemq; tuam omittã, quoties aliquis doctor ornandus, uel ſcholaſtici diſ  
putantiſſi thema conſutandũ, quibus tu argumentis, quàm acutiſ, quàm appoſitiſ, quàm erudi  
tiſ agebas? Quã oratio tibi aliqua habenda, quanta tu uerborũ copia, quanta comitate, quan  
ta uultus maieſtate dicebas? Quum adeundi principes, profeſſorumq; uel ſcholaſticorũ cau  
ſa defendenda, diſ boni quàm dulcior melle, quàm hybernis niuibus torrentior oratio de ore tuo  
deſcendebat? Si ſedandæ, quod aliquando contingit, ſcholaſticorũ diſcordiæ, quàm tu tractan  
dorum animorũ ſummus artiſex? ut ad leniendas iras temperandumq; feruorum illum aptus,  
facundusq; uidebaris? Quæ egregiæ uirtutes tuæ adeò me in tui admirationem traxerunt, ut  
non conquieuerim, donec publicum huiſce rei teſtimonium aliquod ferrem. Solebam in aduer  
ſaria reſerere, ſi qua mihi inter proſitendum interpretatio excidiſſet, quæ paulò iucundiorẽ  
ex humanitatiſ ſtudijs originem traheret: ne ſcilicet tetricæ iſtius, ſeueræq; legalis diſciplinæ  
ſupercilium imminuerem, & quod pro uerbo dicitur, congregare cum leonibus uulpes uide  
rer. Sunt enim non pauci, quibus ſaſtidientiſ ſtomachi tot epulæ haudquaquam placent, ſed  
unum duntaxat agi uolunt, calamitroſq; omnes Iuri ciuili adimunt. Haſce ego interpretatio  
nes, quamuis in aliquem numerum accreuiſſent, non tamen aut diuulgare, aut in medium pro  
ferre conſtitueram, quòd uiderem huiſmodi eſſe id argumentũ, ut in dies magis & magis au  
geri poſſet: nec operæ precii eſſe exiſtimabam ei operi coronidem imponere, quod ſinguliſ le  
ctiõibus nouorum locorum acceſſione illuſtrari poterat: ne ſi quid noui deinde excogitaſſem,  
id aut neceſſariò ſupprimendum eſſet, aut noua editione prioris imperfectionem oſtendere:  
& quod miſerrimum eſt, notam ipſe meam detegere, teſtatiſſimamq; æmulis & naſutis homi  
nibus facere cogerer. Verum id animi noſtri decretum egregia uirtus tua expugnauit, quam  
ego in præſentia cõmodius ullo præconio celebrare, quàm hac nuncupatione, nõ ſatis poſſum.  
quum enim præſignis ingenij tui indole, anteuertiſſe communem ætatiſ tuæ captum, & ſupra  
annos impuberibus genis tantum ſapere te uideam, operæ precium eſſe exiſtimaui, hac animi  
mei obſtinationẽ frangere, & quod alioquin in multos annos preſſurus eram, ſub nomine tuo  
edere. Scio minimum id eſſe munuſculum, quod amplitudini tuæ offerimus, & βάλω, ut uul  
gò dicitur, ἀργῶν. Sed tamen nihil refert, ut etiam ex re tenui animum in te meum, beneuolen  
tiamq; maximam metiaris: boniq; conſulas, ſi te, quem uiua uoce aliquot annos publico munere  
ad Iuriſ ciuiliſ diſciplinam capeſſendam produxi, etiam ſcriptiſ magis & magis erudire, in  
ſtructioremq; reddere coner. tribues quoq; hoc honeſtiſſimiſ moribus tuiſ, tribues ingenio,  
memo

Epistola nuncupatoria.

memoriæ, ſacundia, indoli, quæ me ad te amandum colendumq; ſic incitarũt, ut quicquid in ſcri  
ptiſ occulendum erat, in apertum referam, & abſq; delectu, tuo nomini dedicem. Inſcripſi au  
tem opus ipſum Parergon, quòd obiter hæc à me dicta, cum iam legitimo munere perfun  
ctus eſſem, atq; adeò in ipſius lectiõis exceſſu, fuerint: qua in re & ueteres pictores ſum imi  
tatus, qui cum quempiam heroa depingerent, uel cuiuſuis dei tabulam ornarent, haudquaquã  
ſola imagine contenti, arbuſtum aliquod, auiculas, ſitum regionis, idq; genus ſimilia decoriſ  
cauſa addebant, quæ & ipſi parerga uocabant. Huiuſmodi igitur & nos ſucceſſiuas operas  
in arctiſſimum hunc libellum coactas iudicio tuo ſubiſcimus, ut cauſa cognita pronuncies, an id  
fecerimus, quod ex Agathonis carmine Athenæus refert:

το ἴδιον παρέργον ἔργον ὡς τοῖς μεδα,

το δὲ ἔργον ὡς τὸ παρέργον ἐκτερον μεδα.

Quod diſtichon ſic à nobis uerſum eſt:

Iuſto opere factum eſt, ubi operæ precium fuit:

Obiterq; factum eſt, ubi operæ precium fuit.

Vale, & amicitia id noſtræ μνημόσυνον habeto. Ticini, Calendis Maijs, M. D. XXXVI.

173

P A R E R G O N LIBER I.

174

D. ANDREAE

ALCIATI IURISCONSULTI

MEDIOLANENSIS CLARISS.

Parergon liber primus.

Pollicitatio unde dicta, & qualis in  
dote fuerit. CAP. I.



**P**OLLICERI exiſtimatur is, qui offert: & ideo ſolet dici, pollicitationem eſſe ſolius offerentiſ promiſſionem. Videtur autem ab haſta, & auctiõne, id uerbi acceptum fuiſſe:

priusquam enim ad licitationem ueniamus, accipitur alicuius dignum precium offerentiſ taxatio: qui idcirco polliceri dicitur, quia liceri poteſt: ſicut & poſſidere dicimus, qui poteſt ſedes ponere: & polluere, qui poteſt lauare, quia inquinat. Poſtquam autem quis pollicitus fuerit, id eſt, precium aliquod obtulerit, tunc fit auctiõ: & qui pluriſ licitatus fuerit, rem obtinet. hinc μετὰ ποσὸν nomen ſumpſit pollicitatio, quæ rei publicæ fit. Sed & in cõtractu dotiſ fuiſ olim ſolenniſ quibusdam uerbiſ introducta pollicitatio: ut ſicut matrimonia quædam per cõemptionem fiebant, ita & dotiſ promiſſio per licitationẽ. ut quia uxor marito centum ſpondebat, & ta cente eo, ſeu non acceptante, progrediebatur augendo. Quæ uerborum ſolennitas Theodoſij & Valentiniani conſtitutione ſublata eſt, traditumq; ſufficere etiam ſi ſtipulatio in ea pollicitatione non ſubſequatur: & ideo hodie nuda pollicitatio ſufficit, id eſt, conuentio abſq; ulla uerborum ſolennitate: quo ſenſu & Iuſtiniſ lex eſt accipiendã, dum. Quiſquis, inquit, pollicitus eſt, uel ſponderit dotem

pro muliere, conſeſſionẽ ſuam agnoſcat, ad eam enim conſuetudinem reſpexit, & ideo nõ in ſola oblatione loquitur, ſed in ea quam maritus approbauerit, de qua re à nobiſ alibi quoq; tractatum eſt.

d rubric. C. de pactis.

Ad promiſſor, expromiſſor, ſponſor, quo ſenſu accipiantur: quid item ſponſalia ſignificent. CAP. II.

**P**romiſſor, notæ eſt ſignificationiſ. Ad promiſſor dicitur, qui alienæ promiſſionĩ accedit, id eſt, fideiuſſor. Pomp. Satisfacptio eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, ut ad promiſſoreſ quoq; ab eo accipiantur, id eſt, qui idem promittant. Sic enim legendum ex antiquiſ codicibus, & Hetruſco codice: non ut uulgò habetur, expromiſſores. Dicitur autem adpromiſſor eadem ratione, qua adſtipulator, qui ſtipulatorĩ accedit. Cicero in Acad. Falſum eſſe Stoici dicunt, & eorum adſtipulator Antiochus. Expromiſſores uerò ſunt hi, qui pro eo promittunt, qui ipſe efficaciter obligatus non eſt: ut qui pro ſeruo promittit centum domino, ſi eum manuſerit: nec enim cum ſeruo contrahitur uera obligatio. Hinc & expromittere. Vlp. Debitor mulieris iuſſu eiſ pecuniam uiro expromiſit. Idem: Si quis ſeruo pecuniam crediderit, deinde iſ liber factus eam expromiſerit, non erit donatio. Sponſor eſt, ut recte Accurſ. exiſtimauit, qui ſponte, & non rogatus pro alio promittit: quod & ex Verriõ Feſtus tradit. Hinc ſponſoreſ dicebantur, qui pro candidatiſ promittebant, ne illi ambituſ rei eſſent. Cicero ad Lepam: De tuo negotio, quòd ſponſor eſ pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuſ redierit, non deſinã communicare, ſi expediri poſſit. Qua ratione & Plin. Cæciliuſ ad Corelliam: Cuiſ pro genitore me ſponſorem accipe. Hinc arbitror & ſponſalia dicta: quoniam, ut ex Ser. Sulpitio, Neratioq; A. Gelliſ reſert, qui uxorem

e l.v. de uerb. oblig.

f l. & eleganter. §. ſeruus. de dolo. g l. hoc iure. de donat. h gloſ. xxxj. in authen. de ſi dciſ.

a l. ij. ff. de ar. pollic.

b l. penult. C. de dote prom. rubri. eod. tit.

c l. fi. C. ad uell.

ducturus erat, nō ab ipsa, sed ab eo, unde ducturus erat, puta patre, uel fratre, stipulabatur eam in matrimonium ductam iri. Sanē sponsalia noua significatione quandoq; accipi uidentur pro muneribus, quæ sponsæ dantur: qualia Græci, ἐπιγάμια, uel ἀγάγε. λυπηρία uocant. Imp. Honor. & Theod. Sponsalia, id est, nomine arrarū data reddi<sup>a</sup>. Sed & in Codice Theod. Si puella decesserit, sponsalia iuribus sponso restitui<sup>b</sup>. unde & ibidē sic inscripta habetur rubrica, Si prouinciæ rector, uel ad eum pertinentes, sponsalia dederint. Sanē in Authenticis Græcam Iustiniani uocem ἀντιφωμιστῶν<sup>c</sup>, ubiq; interpres sponsorem transtulit, quem constitutæ pecuniæ reum rector dixisset.

*Declarata restitutaq; lex, blanditus. C. de fideiussorib. CAP. III.*

Græcē, inquit Vlp. fideiussor ita accipitur, πῆ ἐμὴ πῆσις καλῶς ἢ λέγω. Sed & si dixerit θέλω, siue βέλομαι, sed & φημι, pro eo erit ac si dixerit λέγω. Et hæc quidem ille<sup>d</sup>. Sed quid si omisso ἐμὴ πῆσις, simpliciter dixerit λέγω? Et Imp. Alex. quadā constitutione: Blanditus, inquit, tibi est, qui non teneri te persuasit, quod cum pro alio interuenires, λέγω dixisti: cum his uerbis obligationē posse contrahi, pridem receptū est<sup>e</sup>. Et sic in antiquis codicibus obseruasse memini, cum recentiores impressores Latine, quiduis faciam, subiecerint: temeritateq; sua indubitabilē legis illius decisionem reddiderint. Quos & imitati, qui eodem sensu Græcē, ὅτι δὲ θέλω ποιῶσω, reposituere: omnes aduersus ueterum exemplarium fidem.

*Declarata lex, si tibi. C. de locato. CAP. IIII.*

Si tibi, inquit lex, quæ pro colonis conducti prædij prærogasti, dominus fundi stipulanti dare sponderit, competens iudex reddi tibi iubebit. Nam si conuentio placiti sine stetit, ex nudo pacto prospicit actionem iure nostro nasci non posse. Huius constitutionis argumento Iason à cæterorū sententia diuersus abiit<sup>f</sup>: creditiq; ex pacto nudo agi non posse, tametsi in eo deductum sit, quod naturaliter alius deberet: existimauitq; quāuis constitutæ pecuniæ nomine quilibet teneatur, qui pacione nuda promittit, quod ipse uel alius ciuilitur uel naturaliter debet<sup>g</sup>: tamen id intelligendum, si expressim animo constituendi promissum sit, alioquin nō agi. Sed ipse cæteris consentio: quoniam lex illa etsi dicat, pro colonis erogata pecuniam, non tamen ab eis debitā fuisse ostendit, imò prærogare, sicut & erogare, id significare proprie loquendo uidetur, quod gratis, & quasi roganti, nō autem ex debito, distribuere. Plinius ad Traianum: Piso plurima se in rempublicam contulisse, ac propè totas facultates erogasse dicebat. Idem libro VII. Nec ignoro me plus aliquanto, quàm donasse uidear, ero-

gauisse, cum pulcherrimi agri precium necessitas uectigalis infregerit. Hierony. ad Iulian. Cum multis erogaueris censum tuum, & quidam tua gaudeant liberalitate. Hinc & rubrica Cod. de erogat. milit. annonæ. Sit igitur prærogare, ante tempus soluere: & idcirco, quod ad solutionis diem attinet, donare<sup>h</sup>.

*Qui sint in iure syndici, qui ecdici. CAP. V.*

Arcadius singulari libro de muneribus ciuilibus, Defensores quoque, inquit, quos Græci (ωδικος appellat, laborem personalis muneris aggrediuntur<sup>i</sup>. Suidas syndicos dici interpretatur plures causidicos uel procuratores, qui causæ patrocinentur: quo sensu & apud alios autores uox hæc frequenter. Sed nos in iure Arcadium sequimur, ut syndicus reipublicæ sit, uel uniuersitatis alicuius defensor: sicut ἐκδικῶ, qui pro republica agit, qualis procurator fisci. Plin. ad Traianum: Ecdicus, inquit, Amisenorum ciuitatis petebat à Iulio Pisone. M. Cicero epist. fam. libro XIII. ad Thermum proconsulem: Dixerat mihi Euthydemus, cum Ephesi essem, se curaturum ut ecdici Milesij Romam mitterentur: id factum non est, legatos audio missos esse, sed malo ecdicos, ut aliquid confici possit. quare peto à te, ut & eos & Alabandenses iubeas ecdicos Romam mittere. Suidas ex Aeliano & Sophoclis carmine, ἐκδικου interpretatur iniustum καὶ ἀδικον. Sed id ab re nostra est, sicut & ecdicum quandoq; uultorē significare. Extat Constantini constitutio<sup>k</sup>, qua cauetur, neminem decurionum defensorem, uel curatorem reipublicæ constitui, nisi iam omnibus muneribus satisfecerit patriæ uel ætate, uel meritis. Sanē in Nouellis Iustiniani constat nō alios fuisse ecdicos, quàm ciuitatum defensores: unde constitutio x v. πρὸς τῶν ἐκδικῶν inscribitur, id est, de defensoribus ciuitatum: quorum officij natura abunde in ea explicatur.

*Quid sit fama, quid rumor: & ut plerunq; falsa hæc sint. Vergilij Ouidijq; carmen expositum. CAP. VI.*

Fama, inquit Bartolus<sup>l</sup>, est cōmunis opinio uoce manifestata, ex suspitione proueniens. Rumorem uerò cōmunem non esse opinionem, sed uariam quandam susurrationem, minus ipsa fama efficax, ferè apud nos frates receptius est. Sed ueteres<sup>m</sup> non adeò multum differre famam à rumore existimauerunt: nisi quod rumor is uidetur, qui recen- ter emanauit, & per ora hominum circumfer- tur. Fama etiam de re antiqua dicitur. Cæterum legibus cautum est, aduersus quemlibet priuatum non debere particulariter iudices anquirere, nisi ex fama eius criminis suspicio- ne is notatus sit<sup>n</sup>: idq; ne materia calumnian- di apertissima, sordidis magistratibus daretur: debereq; huiusmodi famam apud acta prius legitime approbari, alioquin iudicium non

a l. j. C. si imp. ex rescrip.

b l. patri. C. de spons.

c auth. de fideiussorib.

d l. Græcē. ff. de fideiuss.

e l. blanditus. C. de fideiuss.

f l. rubric. de uerb. oblig.

g l. j. §. debiti. de const. pec.

h §. plur. Instit. de act.

i l. fin. de mun. & hon.

k l. nullus. C. de decur. lib. x.

l Bar. l. de mino re. de quest.

m Arch. xxxv. q. vi. si duo.

n c. cum oporteat. de accus.

a conf. cxxxvi. in fin.

b c. ueniens. j. de testib.

c c. licet Heli. de sim.

d l. iustissimos. C. de off. rect.

e Liura. de ll.

f l. frans. eo. tit.

g l. si duo. §. idē lul. de iurciur.

h l. ab omnibus. de legat. j.

non temere, nec sufficere rumore, Fulgof. respondit<sup>a</sup>. Ego contra sentio: cum enim fama, si uerisimilis sit, iure Pontificum culeo, quæstioni ue indicium præstet<sup>b</sup>, cōsequens est, ut aliquid, minus fama, inquisitioni formandæ sufficiat. Hinc est, quod lex alibi uel famam requirit, uel frequentem insinuationem<sup>c</sup>: alibi acclamationem populū satis esse testatur<sup>d</sup>. Sanē quantum famæ, uel hisce rumoribus fidei præstandum sit, plurimum in arbitrio iudicis uersatur: plerunq; enim reperiuntur hi rumusculi à uero abesse: quapropter Vergilius, Quid loquar? aut Scyllam Nyx, quam fama sequuta est, Candida succinctam latrantibus inguina monstris? cum Nyxi filia hæc Scylla non esset, sed Phorci. Verū poeta τὸ πρὸς τὴν famæ seruauit, quæ plurimum ex falso solet trahere. Sic & apud Ouid. Penelope, Siue quis Antiochum narrabat ab Hectore uictum: cum à Memnone superatus sit: ut quorundā Grammaticorū, lectionem antiquam temere commutantū, licentiam probare hoc loco ipse nō possim: nam & id ipsum obseruasse in Cistel. Plautū, diligens lector agnoscat.

*Loca aliquot Iureconsultorū, à rhetoribus accepta, explicantur. CAP. VII.*

Fuisse Iureconsultos nostros rhetoricis studijs adprimè doctos, cum uerisimile est, tum & ex his locis, quos de rhetorum traditionib. mutuati sunt, facillimè possim ostēdere, ex quibus aliquot in præsentia adducere operæ precium fuerit. In primis cum, lura, inquit, constitui oportet τὸ πλείον, id est, ad id quod frequenter cōtingit<sup>e</sup>. Sic enim Hermagoras, & Theodorus Gadareus appeilant, quod nos uulgò argumentū à communiter accidentibus. Rursum: Et quod distat ἑνὸν ἀπὸ δυνάμειος, hoc distat fraus ab eo, quod contra legem sit<sup>f</sup>. Illi enim quæstiones νομικὰς, id est, legales, quatuor esse definiuerunt: hæc sunt, ἑνὸν, καὶ δυνάμειος, id est, scriptum & uoluntas, de quibus hinc Vlpianus agit. ἀντινομία, id est, contrariarum legum cōtentio. ἀμειβολογία, id est, ambiguitas. συλλογισμὸς, id est, collectio. Additur, à quibusdam & Trālatio, ut Fortunatianus autor est. Sed de Scripti uolūtatisq; statu adeundus est Fab. Quintil. libro VII. capite VII. à quo malo studiosos quàm à nobis, hæc addiscere. Iterum: Si contendat, qui condicit, quasi cum hærede se furis agere, non debet repelli, & quasi μονομῆεν condictio ei dari debet<sup>g</sup>. Loquitur outem de conditione aduersus quam nulla consistit defensio: & ideo unimembris dicitur: ubi enim aduersus eam exceptioni locus est, ἀμὸν ἀρωγῶν uocant, id est, bimbrem actio- nem. Sic τειμὸν, quæ & replicationem habet: qui locus à me alibi quoq; explicatus est. Rursum Iulianus notat: Quia conditio ἀδύνατον pro non scripta habetur<sup>h</sup>: id est, impossibilis. Est autem id cōtrarium ei generi, quod τὸ δεκτικόν uocant. Cic. epist. fam. libro IX.

Me πρὸς δυνάμειος scito τὴν δυνάμειος λέγειν. Fortū natanus: Adynatus est status, cum in thema te ponitur quod sit contra rerum naturæ fidem: ut si infans accusetur adulterij, quod cum uxore cubuerit aliena.

*Ex iisdem rhetoribus duo alia Iurisconsultorum loca restituta. CAP.*

Item Africanus de perplexis quibusdam loquens<sup>i</sup>: Dixi hanc quæstionem esse ἐκ τῶν ἀκρωγῶν, qui tractatus apud dialecticos dicitur ἀσυστατοῦ. sicut enim pleriq; legūt: tametsi alijs, τὸ ἄδύνατον, magis placeat. Nobis utraq; lectio uidetur posse defendi: nisi quod alterū ad rhetores, alterum ad dialecticos pertinet. Dicitur rhetoribus ασυστατος, id est, non consistens status. Arbitror autē Iureconsultum de ea ασυστατι specie intelligendum, quæ ἰσχυροῦς appellatur, cum eadem ex utraq; parte dicuntur: ut, Duo adolescentes uicini speciosas uxores habebant, nocte inuicem se conuenerunt, accusant se adulterij: quicquid enim altera pars dixerit, idē & altera dictura est. Potest & ea quæ ἀντισηφροῦς dicitur intelligi, cum actionem suam conuertunt litigantes, & neuter sua priore sententia utitur, sed aduersarij sui. Quid uerò apud dialecticos sit ἀδύνατον argumentum, & Quintilianus ostendit, & in Miscellaneis Politianus. Item alibi Vlpianus<sup>k</sup>: eadem poena ex senatusconsulto tenetur is, qui ἐπιθεσιμ, aliud ue quid, siue scripturam in notam aliquorum produxerit. Est epithesis, inscriptio quædam appositua, in contumeliam, fraudem ue alicuius facta. Videtur autem sumptum nomen à thesi: ea est generalis & indeterminata assertio, quæstionis modum complectens, quales apud nos sunt regulæ iuris. Hypothesis uerò terminata est, sicut apud nos, casus uel species facti. Apud Dialecticos (ut inquit Aristoteles) thesis est conclusio præter communem sententiam proposita. Aristophani uerò in Nubibus, significat sportularum depositum, unde iudicium honoraria pendantur.

*Ex iisdem rhetoribus declarandum, quid sit Anacrisis, quid item cause continentia. CAP. VIII.*

Item alio loco Iureconsult. Et ideo cum quis ἀνάκρισιν fecerit, iuberi oportet uenire irenarcham<sup>l</sup>. Est Anacrisis examinatio negocij, quæ per delati interrogationem fit. Huic, ut Fortunatianus tradit, tribus modis occurrimus: aut ignorantia, si dicamus nos nescire quis fecerit: ut si in ipsum accusatorem retorqueamus, ut si dicamus, tu fecisti: aut si in alium quemlibet, utputa, ille fecit. Hinc Lucas in actis Apostolorū cap. XXV. Perduxi eum ad uos, ut anacrisi facta, habeā quod ad Cæsarē scribam: sine ratione enim mihi uidetur mittere uinctum, & causas eius nō significare. Ptolemaus Aegypti rex quadam epistola eos magistratus damnat, qui ludæos in uinculis attinebant, & ἀδύνατον ἀνά-

i l. qui ecce. ad leg. falc.

k l. lex Corn. in fin. de iniur.

l l. diuus. ij. de cust. reorum



λεπτοὺς καὶ ἐστράτους circumuentos perdere uolebant, Macchabæorū lib. 11. Sanè epistolæ, quibus anacrisis continet, in iure quandoq; elogia, quandoq; notoria appellantur. Iustinianus uerò in Nouellis Græcis, constitut. c. xlii. anacrisis uocat cognitiones, quæ inquirendi status eunuchorum causa fiunt. Rursus ab iisdem rhetoribus accepta uideri potest continentia causæ: Nulli (inquit lex) audientia præbeatur, qui causæ continentiam diuidit, ut qui alium super possessione, alium super principali quæstione iudicem postulauerit. Probabile est hic de possessione agi, cum tractatur, uter pendente iudicio possidere debeat: quod controuersia genus anti- qui Vindicias dicebant. Habet apud rhetores quælibet controuersia intentionem & depulsionem. Intentio est prima pars, cum actor proponit & facit litem: formaturq; hæc actio, ex actio, id est, ex causa. Depulsio, est respon- sio rei, quæ ἐκ τῆς συνήχου, id est, ex conti- nente ad refutandam causam accipitur: cuius exploratio τὸ λεινόμλον, id est, iudicium, seu examinatio est. Igitur diuidi continentiam causæ dicemus, cum coram uno iudice de cau- sa quæritur, coram alio de continente: ut quia sub uno quæritur, uter debeat possidere, sub altero de principali causa: cum quibus ratio- nibus apparebit in principali causa quæ esse potior, eisdem in possessione quoque defendi debeat.

a l. nulli. C. de iudic.

b l. ij. de or. inr.

c l. scilicet. §. sup- uacuum. quib. mod. pig.

d l. sed et si n- mus. de iniur.

Translatio, rhetorum uox, in iure quoq; no- stro duobus locis relata, & explicata. CAP. X.

Eodem pertinet & quod Marcellus ait, dum si ager permissu creditoris uenun- datus dicatur, & debitor eum possideat, nec pecuniam soluerit, Doli inquit, mali suspicio inerat, translata ad præsens tempus, ut possit creditor replicationem doli mali obijcere. Vi- detur enim ad rhetorem translationem allu- dere, quæ intentioni obijcitur: & quatuor modis fit, à persona, à re, à loco, à tempore Ad postremum hic attendendum est: cum enim creditor consensit, factaq; uenditio est, tum non potuit coniectura hæc accipi. Sed cum deinde reperitur creditor adhuc possi- dere, datur creditori quædam quasi transla- tio, qua intendat, tamen olim agere non po- tuit, nunc posse. de qua Quintil. Fortunatianus, cæteriq; rhetores non pauca. A persona translationis meminit Vlp. cum, Si pater, inquit, lite contestata cœperit abesse, uel eti- am negligere executionem pater uilis, di- cendum est, causa cognita translationem fi- lio competere.

Compilatores, expoliatoresq; unde dicantur, Vlp. locus restitutus. CAP. XI.

Compilatores non est dubium fures di- ci, quos alij à pilis, id est, uillis dictos pu- tant, quib. syllaba repugnat. Horatius: Com- pilasse putes. Alij à Græco uerbo πλίσω, qd quandoq; condere significat, & in nnum co-

gere, Festo, alij à pilorum, id est, telorum ra- ptu, Nonio: cui, si rectè intelligat, ego assen- tior. cum enim fugiētibus dominis, milites, quos appellatione pilorum intellexit No- nius, derelictas res furant, compellare, & sup- pilare dicuntur. Cicero de Orat. 11. Ut cum C. Fabritio P. Cornelius homo, ut existima- batur, avarus & furax, sed egregie fortis, & bonus Imperator, gratias ageret, quod se ho- mo inimicus consulem fecisset, bello præfer- tim magno & graui: nihil est quod mihi gra- tias agas, inquit si malui compilari, quam ue- nire. Hinc & crimen expilatæ hæreditatis in iure, quia adhuc dominus nõ adest: alioquin furtum esset: ut quod in hostico prædam age- re, sit in suo dilabentibus dominis cõpilare. Plaut. in Truc. Hæc cum uideo fieri, suffu- ror, suppilo, de præda prædam capio. Expi- latores, inquit Vlp. qui sunt atrociores fu- res, id est, λωποδύται, in opus publicum dari solent. Quibus uerbis apparet eos dici expi- latores, qui uiatoribus noctu pallia & uestes diripiunt: quo crimine infamis fuit apud Græ- cos Phayllus, ut est apud Aristophanis ἀχαρ- υδύται interpretem. Sunt autem atrociores fu- res, quoniam noctu furtum committunt uel priuata adiunctum: metu enim relicto pal- lio diffugiunt uiatores: tamen uerisimile sit expoliatores à Iureconsulto eos potius esse dictos. Dictionem uerò Græcam eo modo reponendam, & antiqui pleriq; codices, & Hetruscæ Pandectæ nobis indicarunt, cum alij aliter coniectura inani cõminiscerentur.

Gentiles in iure ad cognatos non referri, & locus Institutionū explicatus, itemq; Ciceronis libro de Oratore primo. CAP. XII.

Si furiosus existat (inquit lex XII. tab. cu- sius uerba Cic. ad Heren. refert) agnato- rum gentiliūq; in eo pecuniāq; eius potestas esto. Rursus in eadem: Si paterfamilias inte- status moritur, familia pecuniāq; eius agna- torum gentiliūq; esto. Quæsitum est qui sint gentiles: & Accursius pro cognatis acci- pi existimauit, nullo autore, repugnantibusq; antiquis. Cic. in oratione pro domo sua, ubi in P. Clodium, qui per adoptionem capite mi- nutus erat: Perturbatis, inquit, sacris, conta- minatis gentibus, & quas deseruisti, & quas polluisti, iure Quiritum legitimo tutelarū & hæreditatum relicto, factus es filius &c. & ta- men dubium non est, iura cognationis ado- ptione non immutari. Idem gentile suum in Tusculanis appellat Seruium Tullum Roma- norum regem, cum tamen autorum cõsensu nihil ad eius cognationem eum pertinuisse cõ- stet. Merito igitur alij gentiles interpretan- tur clarioris familiæ agnatos: quoniam idem Cicero in Topicis, ex definitione Q. Mutij, Gentiles, inquit, sunt, qui eodem inter se no- mine sunt, & qui ab ingenuis oriundi sunt, & quorum maiorū nemo seruitutem seruisti, & qui capite minuti non sunt. Sed huic sen- tentiæ repugnat, quod etiam in seruis iura genti-

e l. j. de off. fruct.

gentilitatis fuisse sentit Plinius lib. xxiii. cap. 1. Singuli Marcipores, id est, Marci pue- ri. Lucipores uel dominorū gentiles uitam in promiscuo habebant: nisi olim hæc fuisse ar- bitremur, & ante XII. tabularū leges. Cice- ro quoq; lib. de oratore 1. Quid, inquit, qua de re inter Marcellos & Claudios patritios centumuirū iudicarunt? cum Marcelli ab li- berti filio stirpe, Claudij patritij eiusdem ho- minis hæreditate gente ad se redisse diceret, nõne in ea causa fuit oratoribus de toto stir- pis ac gentilitatis iure dicendum? Quibus uer- bis gentem in patritijs esse, in plebeijs stirpem Cicero ostendit. Erat autem duplex Claudio- rum familia, altera patritia, altera plebeia, nec potentia minor nec dignitate, ut Tranq. in Tib. est autor. Plebeiam autem Marcello- rum fuisse, patritiam Pulchrorum, tradit Pa- dianus in Cic. orationem pro M. Scauro: ui- deturq; cum sine hærede mortuus fuisset ali- quis Claudius libertinæ conditionis uir, in- ter patritios exortā litem, & Marcellos: quod Marcelli (erant enim & ipsi Claudij, sed ple- beij) ex eorū stirpe ortum, uel ab aliquo stir- pis suæ manumissum asserebant: patritij iure gentis hæreditate uendicabant. Existimatur autem id iuris patritijs fuisse, ut excluso fisco, cuiuslibet cognominis sui hæreditatem gen- tilitio iure ad se traherent. Vnde apparet gen- tiles proprie dictos ipsos patritios inter se Tacitus hist. libro x. 1. Paucis iam reliquis fa- miliarū, quas Romulus maiorum, & L. Bru- tus minorū gentium appellauerat: exhaustis etiā, quas dictator Cæsar lege Cassia, & prin- ceptus Augustus lege Senia sublegere. T. Li- uius lib. x. de patritijs loquens: Semper ista audita sunt penes uos auspicia esse, nos so- los gentem habere. Sanè ex definitione Ci- ceronis satis ostenditur, id ius, quod olim so- lis patritijs competebat, ad plebeios quoq; productum, dum ingenui ipsi maioresq; sui semper fuissent. Hinc etiam agnosci potest, quæ sint gentilitatæ hæreditates, quibus Cæ- sare. Sylla mulctauit. Itemq; nihil ad sangui- nis uinculum gentem pertinuisse: genus ue- rò uel stirpem pertinuisse. Papin. Quoties quæritur genus, uel gentem quis haberet nec ne, eum probare oportet. Sanè ad hæc non parum conferunt, quæ de Latina successione infra differam: & hinc potest etiam edictum prætoris de honorū possessionibus declara- ri, quo quinto capite honorū possessionem decernebat, tanquam ex familia, ius nimirum gentilitatis intelliges: octauo uerò capite co- gnatos manumissoris uocabat, id ius scilicet admittens, quod stirpis esse ex Cicerone do- cui. Admonet autem ibi rectè Accurs. ordi- nem uerborum edicti, non autem successio- nis, sequi Iustinianū: uidentur enim potiora fuisse stirpis, quam gentis iura.

a l. j. de probat.

b §. sunt autem. Instit. de bon. poss. ff.

Alia gentiliū significatio, & declaratum Agathij poeta Græci carmen: itemq; l. j. C. de pa- ganis. CAP. XIII.

Fuit & alia gentiliū in iure interpreta-

tio, nempe ut quemlibet significet Romano imperio non subiectum: quia non lege ciuili, sed iure gentium uiuit. quo fit, ut perinde sit, cum gentilem dicas, ac si barbarū. In Theo- dosiano Codice extat constitutio, qua prohibentur prouinciales cum uxore barbara ha- bere coniugium: nec gentili uiro permittitur cum prouinciali foemina copulari: ad quam constitutionem alluisse arbitror Agathij poë- tam Epigram. libro sexto, dum mulieris ex- ternæ thorum appetiturum se tradit, nisi lege prohiberetur:

e l. j. C. de nupt. gent.

εἰδὲ καὶ ὀνειδέω τὸ πρὸς τοῖς νόμοις αἰχρῶ ἀναλίσ- θειν ἀνιχνύων σὺ μὲν ἄλλοτε.

Qua ratione & in sacris literis ethnicus, id est, gentilis dicitur, qui Christianæ legi non paret. Scribit Ammianus Marcellinus libro xv. condemnatū à synodo antistitum fuisse Athanasium, quod aruspex esset, & quid por- tenderent augurales alites aliquoties ex uero prædixerat. quam rem sic exequitur in hist. Casiodorus: Cum Athanasius à paganis & gentilibus in multa discrimina conijceretur, inter iurgandum quadam die superuolauit cornix, quæ cum clarius crocicaret, conuer- sus ad eos Athanasius: Scitis, inquit, quid uox oscinis prædicat? nempe cras, cras in- quam fore, ut de templis uestris eijciamini; nec fessellit diuinū hominem expectatio. Se- quenti die allata fuit Constantini Imperato- ris constitutio, qua iubebat templa claudi, & sub gladij pœna uniuersos gentiliū sacrifi- cijs abstinere. ea lex in Codice nostro prima est, sub rubr. de paganis & sacrificijs & tem- plis eorū. Paganis autem ea ratione dicti sunt, quia Christi non sint milites: siquidem in iure hi sunt pagani, qui non militant, sed in pa- gis & uicis sua munera subeunt.

De uarijs hominum conditionibus in iure no- stro, qui serui, qui deditij essent, qui fœderati, qui Latini, qui ciues Romani: item horum pri- uilegia CAP. XIII.

Qui in Romanorum ius atq; potestatem bello uicti populi cõcedebant, non om- nes eadem erant conditione: alij enim serui, alij deditij, alij Latini, alij fœderati, alij ci- ues, & ipsi Romani uictoris indulgentia fue- runt. Serui erant, in quos ius belli exercere ui- ctores noluerunt: sic dicti, quod seruarentur, nec occiderentur. Solebant autem hos capta ci- uitate sub hasta uendere, quod ius in Auen- ticis exercuit in Gallia Iulius Cæsar, in Salas- sis Alpibus Augustus. Hinc mancipia dicta, quod in manu, id est, potestate ui- ctoris essent: sicut mangones, qui de huius- modi uenabilibus negociarentur, quod eos in manum, id est, potestatem emptoris agerent. Non solebat autem id in ciuitatem captā ob- seruari, nisi ex magna & grauitissima iniuria. Deditij dicti sunt quidam populi, qui cum in Romanorū fidem concessissent, rebellibus animis ab eis descuerunt: quos deinde rursus superatos adeo humane Romani tractarunt, ut & uitam illis seruarēt, & imaginariā quan-

dam libertatem relinquerent: sed tamen infamiae labe adspersam, lege lata ut ad ueram libertatem Romanaeque ciuitatis iura peruenire nunquam possent: quales uidentur fuisse quandoque Gabij, unde & Gabinus ager apud M. Varronem: sed & Campani apud Lium lib. xxvi. Deditiois autem forma a Colatinis facta, sic exequit idem autor: Estis ne uos legati, oratoresque missi a populo Collatino, ut uos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Est ne populus Collatinus in sua potestate? Est. Deditis ne uos populum Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, diuina humanaque omnia in mea populique Romani ditione? Deditis. Et ego recipio. Huiusmodi igitur deditis imponebat uictor quas leges uolebat. Deditiois tamen haec conditio de rep. quamprimum exoleuit, quod ultionis atque irarum calore introducta, uictoris impietate quandam argueret. Latini suis legibus relicti, liberi que erant: sed iura ciuitatis Romanae non habebant, adeo ut si qui Romani in colonias Latinas mitterentur, ius ciuitatis Rom. amittebant, & Latinam ciuitatem adipiscerentur: quod Cic. oratione pro domo sua ad pontif. ostendit. quod Latinitatis ius inferius quidem ciuitate Rom. sed tamen ignominiosum non erat. Cic. ad Atticum lib. xiiii. Scis quam diligam Siculos, & quam illam clientelam honestam iudicem: multa illis Caesar, neque me inuito, et si Latinitas non erat ferenda: ueruntamen autem, ecce Antonius accepta grandi pecunia fixit legem a Dictatore comitiis lata. qua Siculi ciues Romani, cuius rei uiuo illo, mentio nulla. Tranquillus in August. Ciuitates merita erga pop. Ro. allegantes, Latinitate, uel ciuitate donauit. Sed bello sociali exorto, impetrauere tandem, & uniuersi populi Latini, qui in Italia erant, ius ciuitatis: idque lege Julia cuius Cicero oratione pro Cor. Balbo meminit. Foederati liberi erant suis omnino legibus relicti, quales Aetoli apud T. Lium populi: tamen Rom. maiestatem comiter obseruare tenebantur, & ex foederatis ciuitatibus in delinquentes Romae animaduertis fas erat. Ciues Romani erant, quibus ius ciuitatis concessum fuerat: qua de re plurima a nobis in Dispositionibus tradita sunt. Ex his aliqui ciues Ro. erant, cum eorum ager iuris Romani non esset, ut Volaterrani, cuius rei rationem Cicero in oratione pro domo sua ostendit. Erant quorum & ager iuris Romani censebatur, qui Fundi populi ideo dicuntur, ut idem Cic. oratione pro Corn. Balbo declarat. Qui autem speciali privilegio in foederatis, uel Latinae conditionis populis ciues Romani erant, etiam ipsi censi dicuntur. Cic. 11 in C. Verrem actione: Quia cum censores pop. Ro. censum agerent, & ipsi dare nomina tenebantur, uidebantur iure Romano, hinc lege Voconia cauebatur, ne quis census haeredem relinqueret mulierem. Erant & qui muneris honorarij tantum cum pop. Ro.

participes essent, sed priuatis municipij sui legibus uiuerent: hi & ipsi ius ciuitatis habent, sed municipales dicuntur a Gellio lib. xvi. cap. xiiii. Sunt autem ciuium Rom. pleraque iura propria, quibus is non poterat uti, cui huiusmodi concessum non esset. Vnde si falso pro ciue Rom. se gessisset, peregrinitatis reus dicebatur. Tranquillus in Claudio: Peregrinitatis reum orta inter aduocatos leui contentione, togatum ne an palliatum causam dicere oporteret, quasi aequitatem integram ostentans, mutare habitum sapius, & prout accusaretur, defenderetur ue, iussit. Dicuntur autem peregrini, omnes qui ius ciuitatis non habebant, ut quia Latinae essent conditionis, uel penitus alienigenae: quibus & praetor, qui ea ratione dicebatur peregrinus, ius reddebat. unde & ager peregrinus dicitur M. Varro. Ea ciuitatis Romanae iura sunt, patriae potestatis, testamenti factionis, adoptionis, gentilitatis, de quo supra a nobis dictum, agnationis, legionariae militiae, adipiscendorum Romae honorum, togae ferendae, breuiter ut omnium Rom. legum beneficio uti quis posset. *Ciuitas Romana quomodo ex delicto amittatur, curque interdicti uel Deportati peregrini dicerentur, explicatae plurimae leges: item Tranq. locus in Vespas. CAP. xv.*

Sed & qui ciuis Romanus erat, ciuitate priuari inuitus non poterat, sed ex delicto tantum, & lege lata, & postquam in insulam acceptus fuisset. Cic. in dicta oratione pro domo sua: Hoc nobis a maioribus traditum est, hoc proprium liberae ciuitatis, ut nihil de capite ciuis, aut de bonis, sine iudicio senatus, aut eorum, qui de hac re constituti iudices sint, detrahi possit. Et mox: Ciuitatem nemo unquam ullo populi iussu amittet in uitus, qui ciues Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant autores facti, nomenque dederant, qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quod uertendi, hoc est, mutandi soli causa uenerant: id autem ut esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed tecti, aquae, & ignis interdictione faciebant. Idem Cic. in oratione pro C. Rabirio: Gracchus, inquit, legem tulit, ne de capite ciuium Romanorum in iussu uestro iudicaretur. Tacitus libro tertio: Gratias agentibus ob fratris exulis restitutionem Syllano, patribus coram respondit Tiberius, se quoque latari, quod frater eius ex peregrinatione longinqua reuertisset, idque iure licitum: quia non senatusconsulto, non lege pulsos foret. Ouid. 11. Tristium, *Nec mea decreto damnasti facta senatus: Nec mea selecto iudice iussa fuga est.*

Imo & uolentes ex delicto ciuitatem non amittebant, nisi aut lege pulsati, aut iure gentium capti essent. Quapropter tutor, qui ad hostes transfugiat, ciuitatem tamen retinet, nisi miles transfuga sit, iure belli ab hostibus retentus: sit

a l. non dubito de capti.

Imo & uolentes ex delicto ciuitatem non amittebant, nisi aut lege pulsati, aut iure gentium capti essent.

b l. si quis tutor de tutel.

tus: sit enim & ipse hostis publicus. Cicero quoque eadem pro C. Rabirio oratione autor est, lege Portia constitutum, ne qui ciuis Romanus esset, aut uirgis caederetur, aut summo supplicio afficeretur. Quapropter apud Sallustium more maiorum de coniuratis Catilinae sumptum fuit supplicium: id est, eorum more, qui ante legem Portiam fuerant, priusquam huiusmodi executio prohiberetur. Sic & apud Tacitum lib. xv. censuit Iulius Marullus more maiorum necandum, contra Thrasea carnificem & laqueum pridem abolita, & esse poenas legibus constitutas, ut publicatis bonis in insulam iret. Sunt autem exemplo peregrinorum poenae in iure ciuili constitutae: unde aliqui sunt ferui poenae, ut qui ciuitatem libertatemque atrocitate sententiae amittunt: quales damnati in metallum, & qui bestiis subijciuntur: ea autem est maxima capitis diminutio. Alij sunt dedititij, quales hi, quibus aqua & ignis est interdictum: & sicut dedititiorum conditio de republica exoleuit, Latinaque conditio diutius fuit superstes: ita & interdictio aquae & ignis in usu esse desijt: solumque deportatio in insulam remansit. Existimantur autem hi Latinae conditionis, quia ius ciuitatis amittunt, insulam illam pro patria habent: quod Cicero praedicta oratione ad pontif. ostendit. Hinc hosce lex quandoque appellat peregrinos, uetatque eos ex testamento ciuis Romani quicquam capere: quandoque Graeco uocabulo ἀπαλλοθισ, quasi sine ciuitate dicas: alibi iura gentium eos non amittere tradit, licet iure ciuili deficiantur. Dicuntur & quandoque relegati, sed lata significatione proprie enim relegati sunt, qui nec libertatem nec ciuitatem amittunt: Quodius eodem loco, *Quippe relegatus, non exul dicor in illo, Parcaque fortuna sunt tibi uerba mea.*

sed tantum intra certos fines, & ad certum tempus summouent. Iureconsultus Paulus priore significatione accepit, cum, Hi, inquit, quos senatus hostes iudicauit, uel relegati utique usque eo ciuitatem amittant. Plin. lib. 1111. de Val. Liciniano, qui incesti damnatus, & deportatus rhetor factus erat. Idem, inquit, cum Graeco pallio amictus intrasset: carent enim toga iure, quibus aqua & igni interdictum est. Et paulo inferius: Putabam nihil aliud te de Liciniano audissem, quam relegatum ob incestum. Tranquil. in Vespas. Flauiam Domicillam duxit uxorem, Statilij Capellae equitis Romani Sabracensis ex Africa delegatum olim, Latinaeque conditionis, sed mox ingenuam, & ciuem Romanam recuperatorio iudicio pronunciatam, patre asserente Flauio liberali Ferentini genito. Appellat Tranquillus eam mulierem delegatam, id est, relegatam, quod idem est, ac conditionis Latinae, & sic libertam Latinam Statilij. Huiusmodi autem deportati non omnem spem restitutionis amittebant, sicut nec Latini uiri spem Romanae ciuitatis: nisi ea conditione deportati essent, ut in eis postliminio locus esse non possit, quo

a s. poena. inst. quib. mod. ius pat. potest. fol.

b l. j. C. de Lat. libert. tollen. c l. iij. ff. ad legem iul. pecul.

d l. j. §. nec apud. C. de h. e. instit. l. sed est lege. §. libros. de in ius uoc. e l. j. de leg. iij. l. quida. de par. fl. si mandauero. §. is cuius. mandat. g l. iij. de inter. releg.

h l. ij. de public. iudic. i l. amissione. de cap. dimin.

k l. intercidit. de cod. ordemō.

casu perinde ac dedititij erant. Hinc Honor. & Theod. in Cod. Theod. Deportationis ad dicenda supplicij, cui non solum secundi uiri copula, uerumetiam postliminij ius negamus. Hinc apparet certa ratio, cur praeses praesentis ciuitatis ius in insulam deportandi non haberet: cum enim ciuitas Romana ab his amitteretur, non nisi ex senatusconsulto, uel lege lata auferri poterat, merito ante principis annotationem huiusmodi condemnatus ciuis remanebat: erat enim deportatio, ciuium Romanorum poena. Quod si praeses aliquem non ciuem deportare uoluisset in aliquam suae administrationis insulam, potuisse id ab eo fieri, etiam inconsulto principe arbitror.

*Qui sint liberti dedititij, qui Latinae conditionis, qui item ciues Romani: Persij, Plinijque, Tacitijque loca declarata. CAP. xvi.*

Horum similitudine introducti quoque Holim sunt triplicis generis liberti: alij enim ciues Romani erant, alij Latini, alij dedititij. Ciues Romani, ut Caius inquit, tribus modis manumissionem adepti censentur: aut in aede sacra, aut testamento, aut ante consulem uindicta manumissi. Latini aut per epistolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittebantur: connumeratque Iustinianus alios modos ea constitutione qua senatusconsultum Largianum, edictumque diui Traiani ad hos pertinens sustulit. Dedititij erant, qui post admissa crimina supplicij subditi, & publice pro criminibus casti sunt, aut in quorum facie uel corpore quaecumque indicia, aut igne, aut ferro ita impressa sunt, ut deleri non possint: hi cum manu emittebantur, dedititij dicebantur. Addit Paul. Sent. lib. 1111. etiam dedititios fieri, qui iussu domini in uinculis aliquandiu fuissent, dum dominus furiosus aut pupillus non fuerit. Sed inter haec genera ciues Romani melioris erant conditionis: quia eis omnia concedebantur, quae propria ciuium Romanorum supra diximus: tesseras quoque frumentarias, & caeteras principales liberalitates inter tribus cum caeteris Romanis accipiebant. Vnde Persius: *Publius emeruit scabiosum tessera fur.*

quod ius alijs non competebat, nisi emissent. quapropter Scaeuola, Patronus, inquit, liberto tribum emi iusserat, cui haeres clarissimus fuit: id est, senatoriae dignitatis &c. Latini uero & dedititij, nec idem testamenta condere, nec sibi ex testamento ciuium aliquid relictum capere poterant. In Theod. Cod. extat Constantini lex, qua traditur, Si quis dignitate Romanae ciuitatis amissa Latinus fuerit effectus, omne eius peculiū eo defuncto, etiam superstitibus liberis, a patrono occupari posse, dum ius agnationis ille non amiserit. Videturque ius agnationis in eo loco accipi eo sensu, quo Cicero lib. 1. de oratore, ius gentis dixit. Tacitus lib. xvii. Eadem, inquit, largitione animos ciuitatum & praesentiarum aggressus Otho, Hispaniensibus & Emeritisibus fami-

l. mulier. C. de repud.

m l. j. §. i. de leg. iij. n l. interd. in fi. de interd. et releg. o arg. l. fin. de sepul. uiola.

p l. j. C. de Lat. libert. tollen.

q l. patronus. de legat. iij. l. iij. c. l. §. j. de iudicij.

r l. j. C. de petit. haered.



Instit. de succ. lib. in fin.

liarum adiectiones, Lingonibus uniuersis ciuitatem Romanam dedit. Vbi uidetur, adiectiones familiarium, pro misto quodam Latinitatis, gentilitatisque iure accipere, ut sicut patritij gentilitatis iure clientium cognominum suorum bona capiebant, sicut patroni Latinis libertis succedebant, ita & ipsi Emeritenses huiusmodi ius experiri in suos possent. Iustinianus in Institutionibus, cum de lege Iunia Norbana, edictoque Traiani differuisset: *Lege, inquit, nostra omnes liberti ciuitate Romana fruuntur: & mirabili modo quibusdam adiectionibus ipsas uias, quae in Latinitatem ducebant, ad ciuitatem Rom. capiendam transposuimus. Vide enim adiectiones accipere pro modis Romanae ciuitatis, familiarumque Romanarum ius assequendi. quamuis non negauerim, eo in loco Accursij quoque interpretationem probabilem esse. Sanè Latini liberti ut Caius in primo Institutionum autor est, priuilegia ciuium Romanorum consequi poterant. Dediti uero, nullo modo unquam poterant. Si enim Latini iterum a patronis aut testamento, aut in aede sacra, aut ante consulem manumitterentur, ius ciuitatis consequerentur. Idem si beneficium principis ad ius sibi indultum esset: qui tamen non nisi petente patrono solebat hoc concedere. Plin. ad Traianum: Ago gratias domine, quod & ius Quiritium libertis necessariae mihi foeminae, & ciuitatem Romanam Harpocrati iatraliptae meo sine mora indulsisti. Erat autem Harpocras Aegyptius, qui ciuitatem Romanam consequi uolebat: at illi liberti a ciue Romano manumissi erant, sed forte Latinae conditionis, uel dediticiae, quibus ex uoluntate patroni etiam ciuitas petebatur, quod in peregrinis ius ciuitatis uocatur, in libertis ius Quiritium sit.*

*Emendata lex, iudices. C. de episc. audien. & quomodo choenix duas libellas pendat, declaratum. CAP. XVII.*

b l. iudices. C. de episc. audien.

Constitutio Honorij Theodosijque iudicibus mandat, ne alimenta his, qui custodia carcerum attinentur, deesse sinant, uictualiumque substantiam libellis duobus aut tribus diurnis arbitrato Commētariensis decernant. dubitari potest, quid sibi libelli illi uelint: & Accursius a libro diminutiua forma dici credidit. Ego sanè huius rei exemplum nusquam alibi legi, quapropter magis crediderim foeminino genere de libellae pondere accipiendum: ea uidet idem esse quod as, ut M. Varro attestatur. M. Cato actione in Verrē IIII. Quis Volcatio, si sua spōta uenisset, libellam dedisset: Plautus in Casina: *Vna libella possum liber ego fieri. Videtur autem Plaut. iocose liberum dicere, cui sit libella. Volusius Metianus (seu quisquis ille fuit, cuius liber hoc nomine circumfertur) libellae cuiusdam meminit, quae sestertij pars sit decima: nisi forte sestertium pro denario accepit, manifesto errore. Sed tamē alia de libella hic ego accipiendum arbitror,*

& sciendum apud Athenienses fuisse mensuram tritici quantum quisque uno die comederet: ea erat & maior libra, uocabaturque choenix, uel μέτρον, ut interpret Aristoph. ait. Pen debat autem eorum drachmas C L. hoc est, VII: & X X. uncias Graecas, ut Iul. Pollux & Nicandri interpret scribit: nostra autem mensura sesquialtera, eius choenicis dimidium drachmarum L X X V. libra, seu libella dicebatur, ut Rhemnius Palæmon ostendit eo carmine: *Attica nam minor est, ter quinq; hanc deniq; drachmis, Et ter uicenis tradunt expletier unam.*

Igitur iubet constitutio duas libellas, id est, choenicæ uictualis substantiae custoditis praestari: quod etiam olim fieri solitum ostendit Pythagorae symbolum: Super choenicem non esse sedendum: id est, non debere quicquam praesenti cibo contentum esse, sed potius aduersus legem Euangelicam de crastino sollicitari. Sic & Corinthij χοινη μέτρα dicti, quod pluribus seruis abundarent, quibus demensum, seu, ut in Euangelio Lucae dicitur, σπομέτρον quotidie praestandum erat: id singulis mensibus erat apud Romanos quaterni modij, ut scribit in Phormione Terentij Donatus. De hoc intellexisse Herodotum lib. VII. arbitror, dum quinquaginta & X X VIII. hominum myriadas, quod in Graeciam Xerxes adduxit, absumere potuisse singulis diebus medimnorum myriadas XI. scribit, si quilibet choenice contentus fuisset. Pendit autem medimnus Atticus choenicas XL VIII. qua computatione locus Herodoti calculo conuenit, nam si de medimno Graecorum communi, qui sex modiorum est, itemque de choenice Graecorum communi, quae sextarios quatuor continet, intellexeris, ratio non constabit. Sanè & libro XX. cap. I. A. Gellius legis XII. tab. uerba de addictis haec refert: Si uolet, suo uiuito: ni suo uiuit, qui eum uinctum habebit, libras farris in dies dato.

*Quae sit conditio necessaria, quid item ulna, & passus in iure: quid significet caelum in carmine Vergiliano. CAP. XVIII.*

Conditionem hanc, si caelum digito non tetigeris, impossibilem negatiua nostris doctores appellant, cum rectius necessariam conditionem dicerent, quae pro pura habetur: nisi forte de eo caelo intelligant, de quo oxymoron ridiculumque aenigma confinxit Verg. *Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Treis pateat caeli spacium non amplius ulnas?* Fama est, interrogatum eum ab Asconio Pædiano, ut gryphum dissolueret, detrectasse, quod eo grammaticis crucem fixisse attestaretur. Et recte quidem ille: nam quae eius loci interpretes afferunt, etiam ipsa oculorum inspectione conuincuntur falsa esse. Mihi certe lureconsulto nullam crucem, qui magnopere hac de re non sum sollicitus: arbitror tamē ad Hipponis sententiam allusisse, qui, ut Crates in fabula πανόπλιος ait, caelum dixit esse clybanum, seu furnum: & nos omnes carbones, qui calore

c l. in illa de uerborum oblig.

d l. si fin. reg.

calore solis educati, tandem in cinerem resoluimur. quod dogma Socrati Aristophanes irrisionis gratia tribuit: *γνῶσθ' ἡνίκ᾽ αὐτῶν οἱ τὴν θραυὸν λέγοντες ἀναπέθεσαν ὡς ἔστι πονηρὸς, καὶ ἐστὶ πῦρ ἡμᾶς ἐπιπέσει δ' ἀπὸ θραυδοῦ.* Illic ubi habitant, qui cauum caelum uiri uerbis suadent esse idem cum clybano, Circundat hic nos, nosque carbones sumus.

Merito igitur alludens poeta patere caelum, id est, clybanum dicit tres ulnas, quod scilicet fenestra furni soleat hac latitudine confici: dicitur enim & caelum furni, sicut oris: & lacunarium Graeci θραυιστήρ ea ratione appellant. Aristoteles quoque de historia animalium lib. I. cap. VIII. & cap. X XIII. θραυὸν simpliciter. Sic apud Athenaeum libro VIII. Diocles Gurges deuorato pisce calido, cum diceret se caelum exulsisse: superest, respondit Theocritus Chius, ut mare ebibas: atque ita tres omnium res maximas confeceris, terram, mare, caelum. Sanè ulnam Nicolaus Perottus duorum palmorum esse credit, arbitraturque cubitum dictionem esse Latinam, quae Graecis ulna sit. alij quantum extensis brachijs conficere quis potest, idque ex Plinio: cuius tamen uerba aliter possunt accipi. melius ueteres, qui utranque manum simpliciter extensam appellant ulnam: quo fit, ut idem sit quod cubitus, aut duae spithamæ, Seruio aliisque grammaticis. Iulius Pollux autor est, ὠλένη, πῶλον, ὑλίστρον, id est, ulnæ & cubitum idem esse, subditque ulnam interiorum brachij partem esse, a cavitare flexionisque usque ad summum digitum, unde ὀδὸν κώληρον ἢ ὄνη Homero: quam sententiam sequor: nam & in hymno Mercurij idem Homerus, *καὶ τὸ σπαργάνον ἐγγυ' ἐπ' ὠλένην ἔδδ' ἀπὸ βάλαι.* & in Euangelio: Accepit puerum in ulnas, quo fit ut non probem eos, qui in lege Solonis, *εὐὸν δε φρέσφ, ὄργυον.* id est, si puteum effoderit, relinquat passus spacium, ipsi ulnam malunt: cum passus sit, quantum quis passis, id est, apertis brachijs manibusque efficit: hoc est, ut Suidas de orgya inquit, *μετὰ τῷ ἰσθίω χειρῶν.* non igitur temere a recepta lectione recedendum. Suetonius, ut Seruius refert, uidetur ulnam cubitum intellexisse a cavitare, quæ Pollux ὠλένηραον uocat, ad usque manus principium tantum, ut ego arbitror: qui sensus melius nostrae interpretationi conuenit, & Euangelij loco. Itemque Ouidij carmine libro Metamorph. VIII. *— Mensuramque roboris ulnas Quinq; ter implebat.*

*Quae sint in iure perplexa, & quid significet pistilli retusio apud Hieronymum. CAP. XIX.*

Habent Sophistae ceratinas crocodilinasque quaestiones, quas Politianus in Miscellaneis explicauit: habent argumentum, quod ἀπὸ τῆς φραγῆς uocant, cuius exemplum ab Aulo Gellio libro quinto, capite decimo, & rursus libro XIX. capite ultimo, accipiendum

est. Habent rhetores & ἀουράτους suas, de quibus supra a nobis dictum habemus: & nos perplexa, quorum plurima in iure exempla. Sed id maxime dubium, quod Accursius circularare dixit: Aristotelis opinor exemplo, qui in prioribus Analyticis argumenti comminuit circularis, aut reciproci, cum scilicet ad principia subinde reuertimur. exemplum in iure sic potest accipi: Cum uxori C C C. dotis causa iam deberem, aliud aes alienum contracti, deinde qui mihi supererat unicū fundum Sempronio consentiente, hypothecamque remittente uxore uendidi: secundus creditor iure suo illum euicit ab emptore, uxor iure dotis ab eo, emptor ab uxore: quaeritur penes quem consistere tandem debeat. Plato Comicus, Zenodotus, Hefychius pistilli circumuolutionem id argumentum uocant, cum semper eodem reuoluitur. Sic & Plutarch. aduersus Stoicos: Pistilli reuolutionem ne rideare uidearis, omite: significas eos argumentis perplexis uti, & incassum laborare, nec quicquam proficere. quo sensu & Plato in Theaeteto utitur: opinor & diuus Hieronymus, qui quadam epistola cum Chrysippaei acuminis & cornuti syllogismi (καρπάλων uocant) meminisset, pistillo retusus dixit: quoties enim pistillo aliquid in pila teritur, circumuoluitur quidem ille pila, eodemque semper retunditur, nec nec tamen exit.

b l. Claudium qui pot. in pign.

*Quid sit automaton apud Paulum Iurisconsultum, quid cantari uel catharri, quid salientes, quid item cathadromus. CAP. XX.*

Cum docuisset Paulus Iureconsultus, ea legari non posse, quae a debitoribus detrahuntur, quia publice interest aedes non deformari: subijcit, nec fistulas, nec castella legari posse: sed & automata, inquit, & canthari, per quos aquae salunt, poterunt legari, maxime si impositi sint. Videndum quid sentiat Iureconsultus. Et automata dicuntur a mechanicis ea opera, quae sponte sua mouentur, qualia sunt horologia. Heron in Pneumaticis, ut est apud Politianum relatum, aquam exprimi ait in sublimi automaton, id est, spontalem ex sphaera concaua, quam ipse describit. Sic Tranquillus in Claud. Si automaton, aut pagma, uel quid tale aliud cefsisset. Sed magis dubium est, quid hoc loco sibi uelint cantari, nisi accipias pro ualis aquarum, quibus epistomia, id est, ut uulgo uocamus, spinæ adduntur, unde aqua exit, ideoque salientes dicitur Latinis autoribus, sed quid si Graecè legamus catharri, κατάρροι: ut generaliter sic intelligamus omne instrumentum, unde aqua defluit. Homerus ὀδύος. ε. *κατάρροι μέγα κύμα κατάρροιον.* Et rursus ε. *ἰνιδίως, ὡς εἶτε κατάρροιον.* Vnde & catharri medicis, cum humor a capite in pectus distillat, Galeno & Paulo Aeginetae. Sed quid de catadromo dicemus: cuius ex Labeone libro secundo πεθωνῶν, his uerbis Paulus meminit: Si periculosam rem ante uenditionem

c l. cetera. de legat. j.

d l. fundi. §. castella. de act. empti.

e l. pen. de act. empti.

facere solitus est, culpa tua id factum esse uidebitur. puta enim eum fuisse seruum qui per κατὰ δρομον γόρως descendere, aut in cloacam demitti solitus esset. Ostendit Iulius Pollux libro quarto, cap. XIX. decursionem gruis sic dictam, cum ex sublimi theatri parte per machinam quis delapsus aliquem rapit, & sursum secum asportat: ut cum Aurora Memnonem rapiebat, Iupiter Ganymedem, uel cum Diana Endymionē, & si qua similia. Non poterat autem citra periculum id fieri. Metaphora à gruibus sumpta est, quæ in terram descendunt subripiēdi alicuius lapidis causa, quem pede retinēt, ut in alto uolitantes, eo demisso experiantur ex cadentis strepitu, supra mare, an uerò terram uolitent, ut Suidas, & Aristophanis interpres in Auibus ostendit. Plinius probabilius credit, eum idcirco pedibus contineri, ut lassatis somno decidēs indiligentiā strepitu coarguat. Hinc & nomen sumplisse γέγραυον, id est, gruem machinam, qua architecti saxa ingentia subleuant, probabile est, cuius mētio Vitruuio habetur. alij à similitudine auis dictam putant.

*Quomodo in diem addictio celebretur, & explicatus Plautinus iocus in Captiuis.*  
CAP. XXI.

a. l. j. de in diem addict.

**I**N diē addictio, fit hoc ( ut Paulus inquit<sup>a</sup>) modo: Ille fundus centū esto tibi emptus, nisi quis intra tale tempus meliorem conditionem attulerit. Ad hanc additionem allusit perquam festiuiter Plautus in Capti. his uersibus, quos grammatici adhuc non uidentur sat intellexisse, imò & in quibusdam peruertisse:

*Age sis, roga emptum, nisi quis meliorem afferet, Que mihi, atq; amicis conditio placeat magis, Quasi fundum uendam, meis addicam legibus.*

Sciendum igitur, sicut dicimus uenundare, ita uice mutua emptū rogare, id est, emere: irridet enim senex parasitū, cui offert cœnam hac conditione, ut pauxillo sit contentus. & cum annuisse ille, addit se uendere pacto additionis in diem, ut si melior sibi conditio alata fuerit, ut quia alij amici senis ipsi ueniāt, ille sit exclusus. Addicam ergo, inquit, meis legibus, id est, meis pactis hoc conuiuium, ac si uenderem fundum. Quam metaphorā non intelligens, uel non intelligere se simulans parasitus inquit: Proh fundum uendis? Ad quē senex: Tu quidē haud fundum mihi, hoc est, uorabis, comedes, cōsumes. subiicit deinde, Imodò uenare leporem, nunc icctim tenes. sic enim legi debere Erasmus noster optima ratione admonuit. Est icctis mustellæ species, quam & uiuerram Latini uocant, ut testatur Plinius, nec Raphaël Volaterranus omisit. ea uiuerra lepusculis infesta est: solentq; uenatores in hunc usum id animal habere, quòd si, ut plerūq; accidit, leporem seu cuniculum uenari non possint, deficiente meliore pulpa mento, ipsam uiuerram comedunt. Quod cum ruri essem, & à uillico meo factam fuis-

set, illi Plautini huius carminis interpretatio- nem ferè acceptam tuli: adeò nō minus quandoq; usus ipse confert, quam assidua lectio. Videtur in eos prouerbialiter carmen illud adduci posse, quibus in omnē casum & subsidiali actione (ut nos solemus dicere) ita cōsultum est, ut omnino deficere eis ciuibus nequeat: quo exemplo uulgò dicitur, Deficiente obsonio apponatur caseus.

*Qui ludi seruandæ defunctorum memoriæ inducti sint, explicata quædam Iureconsultorum responsa, & insuper Ausonij poetæ locus.*  
CAP. XXII.

**L**egatum ciuitati relictum est (inquit Modestinus<sup>b</sup>) ut ex redditibus quotannis memoriæ conseruandæ defuncti causa spectaculum celebraretur, quod illis celebrare non licet. Sciendum apud ueteres ludos funebres institutos fuisse in defuncti alicuius primarij uiri honorem: uideturq; mos hic ex Homero acceptus, apud quem Achilles in funere Patrocli ἀγῶνα ἀντάσσειν edit ἰλιάδ. v. præmiāq; constituit:

*— Λέβητας τε τρίποδος τε, ἰππῶς τε ἡμιόνος τε βοῶν τε ἰφθίμια κέραια, ἠδὲ γυναικῶν δούλων τε πολλῶν τε σίδηρα. — Lebetasq; tripodasq; His mulos, & equos, armenta; buccera iungit, Succinctas famulas, incani & munera ferri.*

Vnde Vergil. Aeneid. v. Anchisæ tumulo eosdē ludos tribuit: & Archemori Thebaid. v. i. Papinius. Qui in hisce ludis certabant, gymnici dicti, quòd nudi agerent. Eorū præfecti βραβύται dicuntur, ut Iulius Pollux scribit, quos Plato & βραβύτας, sed & ἑαβδύχοι, & μαστρονόμοι, & μαστρογόφοροι, & ἀγῶνοδῆτες, ut idem ait. Arcadius: Mastigonomi, inquit, qui athletas in certaminibus comitantur. Donatus in Adelph. Teren. designatores appellat, qui in ludis funebribus præsent, quòd designare sit rem nouam facere. In funebribus autem ludis multa fiebant noua spectacula, ut turba retineretur: emittebantur & quandoq; paria gladiatorum, qui mos Romæ primò institutus fuit à M. L. & Decio Brutis, qui defuncto patri eum honorē exhibuere, ut T. Liuius in Perioche, & Val. Max. attestantur: unde Ausonij carmen:

*Tres primas Thracum pugnas, tribus ordine sellis Iuniæ patri inferias misere sepulto.*

Deinde Constantini lege<sup>d</sup> cruenta spectacula sublata sunt, & prohibitum, ne quis gladiatores habeat. Laudat Plin. Cæcil. lib. Epist. quarto, Treboniū Rufinum, qui cum dum uir Viennæ esset, gymnicum agona lege lata sustulerit: qua de re cum coram Traiano Imperatore causam dixisset, absolutus est: ut hinc appareat, quomodo casus in responso Modestini fingi eruditius possit, quam aliqui soleant. Rursus idem Modestinus εὐλοπῆμα, ἢ κερδιρῶ ἀγῶνα τετραετησίον<sup>e</sup>. Honoris gratia dono & dedico agonē quadriēnalem. Sed quid si ἠρακλῆον legamus? Siquidem Iul. Pollux

b. l. legatum. de usu fr.

c. l. fin. de mun. & hon.

d. l. j. c. de gladiat. lib. xi.

e. l. Septimia. de pollicii.

Pollux autor est agona gymnicum Herculeum dici: quoniam, ut inquit Papin.

*— Primus Pisea per arua. Hunc pius Alcides Pelopi sacrauit honorem, Pulueremq; fera crinem deterxit oliua.*

Idem Pollux autor est athletarum soleas, seu calcamenta Endromides dici, cum grammatici nostri solum uestimentum esse arbitrentur. Neratius<sup>2</sup>: Eum qui plures filios haberet, unum ex filijs ἀγῶνος δεισιῶν suscepturū profectum esse. sic enim legendum, intelligit autem agonotheatæ munus.

*Qui dicantur damnati ad ferrum, & declarata. Iuliana. C. ad leg. Flauiam. de plagiarijs.*  
CAP. XXIII.

**G**ladiatorum mentione admeor, ut Carj quoque uerba declarem, dum eos, qui ad ferrum damnantur, libertatem perdere ait<sup>b</sup>: & ideo iure testamentum facere non posse. Et Accursius ad ferrum damnatos intellexit, ut capite truncarentur. alij ad uincula, & boias seu compedes malunt, ex Plaut. carmine in Persa: Ferreas tute tibi impingi uideas crassas compedes. quod ego probare non possum, cum iure ciuili poenæ loco carcer non sit, sed custodia. Ego ad ferrum damnatos eos intelligo, quos alibi lex ad gladiū damnatos ait. Paul. Iureconsult. Sent. lib. vi. Summa supplicia sunt, crux, crematio, decollatio: mediocrium autem delictorum poenæ sunt, metallum, ludus, deportatio: minima, relegatio, exilium, opus publicum, uincula: sanè qui ad gladiū dantur, intra annum consumendi sunt. Constantinus in Codice Theod<sup>c</sup>. Liber sub hac forma in ludum detur gladiatorū, ut antequam aliquid faciat, quo se defendere possit gladio, consumat. Tranq. in Nero. Exhibuit ad ferrum quadringentos senatores. Solebāt autem noxij in ludum gladiatorium dari, ut Plinius in Panegy. quem Traiano dixit, autor est. Illud non omittendum, eam Constantini constitutionem in nostro Codice legi sub rubrica ad legē Fla. de plagiarijs<sup>d</sup>: sed sublatis quibusdam uerbis, sibi contrarium uideri: Accursioq; nō modicum fecisse negocium, cum primò metalli poena eos plagiarios teneri decernat: deinde subiiciat, seruum uel libertate donatū bestijs subiiciendum, ingenuum uerò gladio consumendum. atqui prius non ad gladium, sed ad metallum dari constituerat. Sed ego principium legis in his solum intellexerim, qui ciuitatis Romanæ ius habebant, & qui ex quo delicto alij decollantur, ipsi in metallū dantur: finem in alijs. Quæ interpretatio satis caterorū sententiæ cōuenit, qui principium in nobilibus, finem de ignobilibus accipiunt. Cōstantinus tamen, si legis suæ uerba respiciantur, non ingenuus scripsit, sed liber: eumq; qui libertate donatus est intellexit.

a. l. j. uiri. famul. eriscum.

b. l. eius qui. de testamen.

c. l. plagiarij. C. ad l. Fab.

d. l. j. c. de plagiar.

*Qui essent coactores, argentarij: quid item sit paria facere. Plauti locus in Aulul. CAP. XXIII.*

**S**erbidius Scaeuola, Argentarius, inquit, coactor, cum penè totam summam in noninibus haberet, seruis actoribus ita libertatem dedit<sup>e</sup> &c. cuius responsi ratio ut rectè percipiatur, ostendendum in primis est, quis sit Coactor. Et sciendum Argentarios, qui mutuam pecuniam fœnori locabant, solitos ipsos eam exigere: uerum quandoq; accidebat, ut reliquatores aliquos haberēt, uel propter paupertatem, uel alia causa difficiles exactu, huiusmodi nomina per licitationē (quod etiam hodie uidi fieri) uendebant: hi emptores uidentur Latine Coactores dicti, quòd & cogere, sit pecuniā corradere, & exigere. Terent. Heautontimor. Quasi talenta ad quindecim coëgi. Horat. autor est patrem suum Coactorem fuisse, Saty. vi.

*Si præco paruas aut (ut fuit ipse) coactor Mercedes sequerer.*

Quo loco Porphyrtion humile fuisse, ac turpissimum quæstus genus, autor est. Acron diffusius interpretatur, Argentarios esse diuites ipsos, & summam rerum possident, à quibus foras accipiunt: Coactores uerò ipso forum argentariorum mercenarios, qui à foraneis exigunt, qui & Collectarij dicuntur. Seneca Epist. LXXXII. Post naufragium maria tentantur, Fœneratorem non fugat à foro Coactor. Tranq. de Vespasiani patre: Coactiones (inquit) argentarias facitauit. Sed & Cicero pro C. Rabirio, dum Posthumus pecuniam cogeret, ait, ex decimis Imperatorum pecuniam sibi coëgisse. non intelligo hoc quale sit, utrum accessionem decumæ, ut nostri facere coactores solent centesima, an decessionem de summa fecerit. quibus uerbis Coactores accipere uidetur Cicero pro ipsis, qui nomine alieno exigunt, & exacti centesima pro mercede sibi retinent. sed de coactoribus argentarijs non loquitur, qui ipsi, ut dixi, erant licitatores. Idem pro A. Cluentio, Coactores accipit pro his, qui in auctione rerum minutarū aliquas emunt, ut cariore deinde precio uendant: metaphora, ut opinor, ab argentarijs coactoribus ducta. Plaut. in Aulul. cum lenam introduceret præsentem pecuniam postulantem, & iuueni fidem nō habentem: Semper (inquit) oculatæ nostræ manus sunt: credunt quod uident: Vetus est, nihili coactio. cuius non dico amplius. Solent enim argentarij nomina minimo coactoribus uendere, unde orta ratio prouerbij. Igitur in Scaeuolæ responso, cum testator iussisset ut Dama & Pamphilus actus sui rationem redderēt, pariaq; facerent: quoniam coactor erat, dubium fuit, an conditio esset intelligenda, ut Dama & Pamphilus intra sextum mensem tenerentur omnia nomina, exceptis perditis, exigere: an satis esset paria facere. Et respondere, pararendum simpliciter conditioni: id est, paria

e. l. antepenn. de statu lib.



faciendum. In libris enim rationū ab una pagina acceptum describitur ab alia expensum: unde paria facere dicitur, qui tantum accepit, quantum expendit. Tacitus auctor est, pactū cum Imperatore, à quo rerum curę impositus erat, Pallantem, ne cuiusquā facti in præteritum interrogaretur, & ut semper pares cum republica rationes haberet. Sanè qui tali pacto rationes administrant, uidetur Iul. Paulus pariatores uocasse: si modò fidelia sunt exemplaria. Hinc & apud Pliniū de fortuna: Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola utranq; paginam facit. Est & aliquibus locis hic loquendi modus apud Senecam.

*An præfidi, uel iudici mutuam sumere pecuniam liceat, dissoluta quædam antinomia.*  
CAP. XXV.

**C**oactoris collectarij suprà facta mentio me admonet, ut *ἀντινομίαν* quandam dissolutam. Præses prouinciæ (inquit Paulus) mutuam pecuniam scenebrem sumere non prohibetur. Visum id Accursio est aduersari constitutioni Honorianæ, qua quisquis ille sit, iudici scenebrem pecuniam mutare, & si collectarius sit, pecuniam illi dare, qua iudex honorē acquirat, prohibetur. dissolutiq; hunc nodum ille non nisi quater diuinando, cum ex uerbis legum euidentis appareat differentia. Pauli enim responsum non in eo loquitur, qui à litigante pecuniam mutuo sumat, cum Honorius de iudice loquatur: neq; in eo eloquitur, qui idcirco sumit, ut dignitatem emat: iudex enim ibi de inferiore magistratu accipitur, quales sunt municipales: non de præfide prouinciæ, uel proconsule, & hisce maioribus, quos uel Imperator, uel senatus cū imperio, in prouinciis mittebat: in his enim nullū subest huiusmodi nundinationis periculum.

*Quæ seruorum nomina, quæ liberorū in iure: & declaratus A. Gellij locus.* CA. P. XXVI.

**C**onsueuerunt Iureconsulti cum hypotheseim aliquā, seu casum effingunt, quibusdam nominibus uti, quorum alia liberorum hominum, alia seruorum esse annotauit. Cum de seruis agunt, Stichū dicunt, Erotem, Pamphilū, Damam, huiusmodiq; Græca. Dicitur Stichus, quasi *σικτός*, quę uox compunctum, signatumq; significat. hinc Leuitici capite XXI. *καὶ ἡρᾶμα πᾶσι σικτὰ ὅ ποίησεν ἐφ' ὑμῖν.* id est, Ne compunctas notas in uos imprimite. Cicero quoq; tradit Alexandrū Phœræum, cum ad uxorem in cubiculum ueniret, solitum seruū premitttere *συμμαχίαν*, compunctum notis Threicijs: uftulabantur enim ferro, addita aliqua cicatrice, ut agnoscerentur. Sed quid si ita dictos arbitremur, quod in certa classe seu numero collocarentur: *σικτός* enim ordinem significat, unde & numeri militum dicuntur. Vlp. Si quis militum ex alio numero trāsatus sit in aliū, quamuis & hinc

exemptus sit, & illò nondum peruenerit, tamen poterit iure militari testari: est enim miles, quāuis in numeris non sit. Pomponius: Videndum est, ipse dominus quorum loco quenquam habuerit, quod ex numero familiaria, & ex uicarijs apparebit. quem locum Accursius non satis uidetur percepisse. Damas uerò mihi dicitur uidetur diminutiua forma, quasi Demodorus: Græci enim *ἐπιμῶς* dicunt, Metras, Menas, *ἑποικιστικῶς*, pro Xenodoro, Metrodoro, Menodoro. Sic igitur & Damas, pro Demodoro, ea ratione, qua uertitur in *α*, ut in Damiano, Damocrito, Damocle, & similibus. Rectè igitur Horatius de libertino homine loquens:

*Tū ne Syri Damæ, Dionysi filius audes  
Deijcere ex saxo ciues? etc.* Persius:  
*Verterit hunc dominus, momento temporis exit  
Marcus Dama. papæ.*

**L**iberorum uerò hominū nomina uidentur esse Romana, Meuius, Titius, Seius, Sempromius, Augerius, Numerius, & similia. Hinc M. Varro apud Gellium: Si quis mihi filius unus, pluresue in decem mensibus gignuntur, ij si erūt *ὄνομα λῆρας*, ex hæreses sunt. quod si quis undecimo mense *κατ' ἀεισοτέλλω* natus erit, Accio idē quod Titio ius esto apud me: id est, idem iuris sit cum eo, qui ex hæres suprà scriptus est: neq; enim autoritati Aristotelis uoluit adhibere fidem testator, ut pro suo talem agnosceret. quam interpretationem magis ego quàm Gellianam probo.

*Qui sint Marchiones, & unde dicti.*  
CAP. XXVII.

**M**archionem existimarūt nostri doctores à mari deduci: alij à Germanica uoce, qua illi limites uocant, ut eorum sermone perinde sonet Marchio, qd dux limitaneus: quæ interpretatio nec ipsis quidem Germanis placet. Paulus Diaconus Longobardicorum libro sexto, sic statores, seu consiliarios regum uidetur appellasse: Cunipertus cum statore suo, quē Longobardi propria lingua marphais dicunt, consiliū inibat. Sed mihi uero similis uidetur Celticum uocabulū esse, quo præfectus equitum significetur. Marcam enim illi equum dixere, unde Mercomani equitatu præcellentes populi: & Maroboduus rex, cui corpus instar equi esset. Nam & Franci hodie marcare, pro eo quod est equitare, usurpant. Scribit Pausanias triplicem equitum ordinem à Celtis, qui in exercitu Brenni erant, trimarcisiam dictam. Fuit igitur hæc uox, & rerum in Italia potentibus Longobardis, & deinde Francis regibus, magistris stabuli seu equitum nomen, deinde in propriæ iurisdictionis appellationem transijt, sicut & duces & comites.

*Vis, quid apud Paulum Martianumq; significet.* CAP. XXVIII.

**V**is Latinū nomē à Græco *βίς* uidef deriuasse: inter cæteras autē significaciones & uirtu-

& uirtutem ostendit, & potestatem ipsam, & apud Sallustium: Omnis nostra uis in animo & corpore sita est, & Vergilius: Non ea uis animo. Apud nostrates etiā ius ipsum significat: unde tutela definitur, uis atq; potestas in capite libero: cuius ratio est, quoniam iure gentiū ex uiribus iure metiebantur, quod Aristides in oratione ad Rhodios attestatur: unde accipitur & quandoq; pro effectu temporalis. Fiunt, inquit Paulus, statu liberi uel conditione expressa, uel uis ipsa, ut cum creditoris fraudandi causa manumittitur &c. Aliquando etiam pro uero effectu, ut cum Cornelius Tacitus dixit: In speciem magis, quàm uis ipsa. & Martianus: Et qui hominem dari stipulatus est, unum etiam ex his, qui tunc stipulatoris serui erant, dando, promissor liberatur uis quidem ipsa. ubi Accursius interpretatur, ipso iure.

*Ius à iustitia rectè dici: defensioq; à criticis Vlpianus.* CAP. XXIX.

**I**ustitia unde dicta sit pleriq; dubitant, genuinumq; Græmatici in Iureconsultos nostros contorquent, quod ius à iustitia dictum tradiderint: maluntq; aliqui Iudorum sequi, qui iustitiam dixerit esse iuris statum. Sed ipse non arbitror temerè ab Vlpiano nostro recedendum: quem ut intelligamus, scire oportet, uideri iustitiam dictam, quod uim sistat: alioquin si ea non sit, ut prouerbiali carmine dicitur, *βίαις πρὸς τοὺς ἐδ' οὐ ἰσχυρὸν νόμον*, cum uis super sit, nullus est legis uigor, ut in iustitia ius appositum sit *κατ' ἀλλοσηχίον* pro uis, ut suprà diximus. Est autem *ἀλλοσηχίον*, contraria elementi transpositio, & metathesis, seu antithesis species, ut sicut illa ex proprio ordine ad aliā literam transfert, ut *καρδία, καρὰ πᾶσιν, ἐπεσθον, ἔσθρανον*, sic *ἀλλοσηχία* & ipsa elementū transferat, uel aliud substituatur, ut magalia pro magaria, apud Seruium grammaticum. Solebant enim ueteres pleriq; à Græcis per inuersionem literarum dicere, ut Festus ait, ueluti nares *ῥινός*, forma *μορφή*, tener *τῆπλω*. Dicta sit igitur iustitia, quod uim sistat, nec progredi patiatur. Aulus Gellius libro uigesimo auctor est, in lege duodecim tabularum, iustos dies dictos, qui iudicatis dantur: quia interrim suspenditur omnis executio, sitq; quædam interstitio, seu cessatio iuris: unde & iustitiam dictum: quo fit, ut sicut à dictione moestus, stultus, lætus, deducitur moestitia, stultitia, lætitia: eodem modo à iusto deduci iustitiam dicendum sit, quod quidem iustum dicatur, à quo uis omnis submota est. Festus Pompeius: Iusti, inquit, dies dicebantur triginta, cum exercitus esset imperatus, & uexillum in arce positum. opinor ego quod interim uis omnis sisteretur, unde consequens est à iustitia ius ipsum dictum, non è conuerso, ut illi existimant, à iure iustitiam. Adde quod Iustitia Deæ nomen est, quam apud Gellium Chrysippus condignè eruditeq; depingit: appellationē ipsa hisce huma-

nis qualitatibus potius dare debet, quàm accipere: conuenitq; religioso homini ita potius arbitrari, quàm inanes hæc, & contentiosas grammaticorum tendiculas alicuius facere.

*Definitionem iuris ab Vlpiano traditam, ueram esse, nec satis ab eius accusatoribus intellectam.* CAP. XXX.

**I**nclamant in nos iidem literatores, & ius ineptè Vlpianum definisse aiunt, cum dixit, esse artem boni & æqui: quem tamen si rectè intellexissent, non arbitror tam temerè damnassent. Igitur sciendū id Latine æquum dici, quod Aristoteles *τὸ ἰσχυρὸν* uocat: estq; naturalis quædam moderatio, quæ in pectoribus hominum residet, nec satis lege præscribi potest. Tranquillus in Caligula: De iuris quoq; consultijs, quasi scientiæ eorū omnem usum aboliturus, sæpe iactauit se effecturum, ne quid respondere possent præter æquum: hoc uidelicet significans, iuris scripti libros se aboliturum. Quod immanissimū tyranni dictum habet etiam nū declamatores aliquos, quibus maxime arrideat: quorum in Iureconsultis (ut apparet) eadem sunt uota, quæ libitinariorum in medicis. Sublato enim iure scripto, quid aliud supererit, quàm ut omnes profultitia suæ capti iudicent, sententijsq; in cuiusq; gratiam, uel odium, arbitrati suo ferant, uniuersaq; litium tricis inuoluant. Nam quid arrogantius ineptiusq; existimari potest, quàm semel tot sapientum decreta, summaq; cum ratione mille & amplius annorum usu stabilita rescindere, & iudicum præsertim nostri tēporis uoluntati permittere: quorum non multos reperies, qui bonis artibus potius, quàm ambitu, & commendatione in ordinem adsciti sint? Sed hæc satis quod ad æquum attinet. Bonū accepisse uidetur Accursius, eam æquitatem, quæ ex ancipiti hinc atq; inde inclinantis animi motu, præualeat, & scriptis mandari potest, qualis est usucapionis materia. Et apud Ciceronē: Ius, quod Iupiter sanxit, ut omnia, quæ reipublicæ salutaria essent, legitima & iusta haberentur, ut bonum etiam id significet, quod in quacunq; ciuitate utile est, tameti non semper cum æquitate concordet: uideturq; Græcè *δικαιοσύνη* dictum, ut grammatici attestantur, *πᾶσι τὸ δὲ ὅ ἐστιν*, quod ex duabus partibus secerinat, quid præualere debeat. Igitur ius ipsum est ars, id est, collectio omnium præceptorū boni & æqui. Definit autem Vlpianus ius nostrum, ostenditq; id fecisse nostrates Iureconsultos, quod tantopere exoptauit uidere Cicero libr. de oratore I. dum, Si, inquit, aut mihi facere licuerit, quod iandiu cogito, aut alius quispiam, aut me impedito occupauit, aut mortuo effecerit, ut primum omne ius ciuile in genera digerat, deinde eorum quasi membra dispertiat, tum propriam cuiusque uim definitione declaret, perfectam artem Iuris ciuilibis habebit, Nihil aliud igitur est ius,

*a l. iulius de con dit. & demon.*

*b l. i. præfidi. si cert. pet.*

*c l. quisquis. C. eodem.*

*d l. i. ff. ad legem iul. de ambi.*

*e l. i. de bo. pos. ex test. mil.*

*f l. urbana. fm. de uerb. sign.*

*g l. i. de stat. lib.*

*h l. qui x. §. stichum de solu.*

*i l. i. de iusti. & iure.*

*k l. i. forus. de uerb. signif.*

10

20

30

40

50

60

quàm æquitatis bonitatisq; huius in artem redacta à Iureconsultis nostris collectio.

Definitio iustitiæ eodem modo à criticis defensa, sicut et iuris distinctio. CAP. XXXI.

Iustitia, inquit Vlpianus, est constans & perpetua uoluntas, ius suum unicuique tribuens. Negat Rodolphus Agricola libro de inuentione dialectica secundo, iustitiã esse constantem & perpetuã uoluntatem: excusatq; egregius scilicet patronus Vlpianum, qui ut doctissimus fuit, ita & maximis semper occupationibus distentus est, ne uel ocium perpoliendis inuētis suis haberet. Sed profectò nec tali auxilio, nec defensorib. istis noster eget. Agè docte uir, dic tu, qui ociosus es, quam rationem opinionis tuę habeas? Cicero certe Iureconsulto nostro consentit, siue eam definitionem sequamur, quam libro de inuentione II. tradit: siue eam, quæ ad Herennium lib. III. describitur: altero enim loco, Iustitia, inquit, est habitus animi, communi utilitate conseruata, suam cuiq; tribuens dignitatem. altero, Iustitia est æquitas ius unicuique tribuens pro dignitate cuiusq;. Atqui etiam melius uidetur ab Vlpiano constans uoluntas appellata, quàm à Cicerone habitus animi, uel æquitas tantum: cum, ut supra ostendimus, nò in solo equo consistat, sed in bono quoq;, & eo quod publicè utile est. Assentiuntur huic definitioni, & Peripatetici omnes post Aristotelem, sic finientes: Iustitia est habitus electionis, compos in his circa quæ uir bonus publicæ utilitatis legumq; seruandarum causa uersatur. Quas definitiones si diligenter intuearis, idem ab omnibus dictum deprehendes, sed non eodem modo, quòd scilicet prescius, elegantius, ἐπιφαλενο τῶνος noster. tamen si non uideatur Iureconsultis in definitionibus minus indulgendum, quàm ipsi sibi tribuunt inuicem alij professores. Gellius libro primo: Non fuit, inquit, negocium Varroni, ut superstitiose definiret, & legibus rationibusq; omnibus definitionum inseruiret: satis enim uisum est eiusmodi facere demonstrationē, quod genus Græci τῦπος magis, & ὑπογραφαί, quàm δελομὸς uocant. Subijcit idem Agricola, non rectè ab eodem Vlpiano ius diuifum, cum aliud publicum, aliud priuatū dicit: deinde priuatū in naturale, gentium, & ciuile diuidit: quasi (inquit ille) ius publicum neq; naturale esset, neque gentium, neq; ciuile. Quo argumento apparet non legisse eum Iureconsulti uerba, sed ab aliquo discipulo suo accepto protinus damnasse. Si enim Vlpianum à fonte ipso, non à riuulis degustasset, potuisset cognoscere non omnium gentium ius ab eo describi, sed illud tantum, quo Romani utebantur. id autem erat duplex: publicum, quod ad statum rei Romanę spectat: priuatū, quod ad singulorum utilitatem. Id priuatū collectum est, inquit, ex naturalibus præceptis iuris gentiū aut ciuilibus: quæ naturalia iuris aliarum gentium præcepta nihil

ad statum populi Romani pertinebant. nec enim ex eis magis imperiū Romanis in alias gentes concedebatur, quàm alijs gentibus, in Romanos.

Quod tempus humanitatis causa iudicatis, condemnatisq; indulgeatur. CAP. XXXII.

Receptissima est apud nostrates omnes opinio: Postquàm res est iudicata, condemnato dilationem quatuor mensium dari, ut conficere eam summã, cuius iudicatus est, possit, & creditori satisfacere: idq; Iustitia legis argumento, qua constitutū est eos, qui condemnati sunt, post quatuor menses à die cõdemnationis ad centesimaliū usurarum solutionem cogendos. Sed inde nò uidetur sequi, ante quatuor menses conueniri eos non potuisse: cum uerisimile sit, creditori datam fuisse electionem, utrum malit statim eos conuenire, an lapsa quadrimestri die centesimas usuras accipere. Aulus certè Gellius eo, què supra citauit, loco, aliud lege duodecim tabularum cautum esse ostendit, quarum uersus hic est: Aeris confessi, rebusq; iure iudicatis triginta dies iusti sunt. Post deinde manus iniectio esto, in ius ducito, uincito neruo, aut compedibus. Extat in Theodosiano Codice constitutio, qua duorum mensium dilationem reo nonnunquã concedi dicitur: quo lapsò tempore, compellitur debitor, medietate debiti persolvere: pro reliqua uerò medietate duplices centesimas usuras præstare: quam à Iustinianno antiquatam apparet.

L. usuræ. C. de usur. emendata, & aliter intellecta, quàm uulgò solet. CAP. XXXIII.

Adem Cog. Theodos. constitutione, de præstatione usurarū, sic distinguitur, ut si ex stipulatu. usuræ debeantur, & per annorum curricula summam capitis impleuerint, ut scilicet quantitas fœnoris quantitati fortis coæquetur, ulterius peti non possint. Si uerò ex re iudicata debeantur, post sententiam fortis ipsius duplæ usuræ præstentur, usurarum uerò simplæ: quod ultimū eadem Iustinianni lege correctū est, qui usurarum usuram, & ut Græci dicunt ἀνάγκισμὸν omnem sustulit. Ad priorem autem decisionē alluisse uidetur Sidonius Apoll. qui lib. epist. III. Cauta est, inquit, fœneratori centesima, quæ per bilustre producta tempus, modum fortis ad duplum adduxit &c. Hinc Antonini cõstitutio: Usuræ per tempora solutæ non proficiunt reo ad dupli compensationē: tunc enim ultra fortis summam usuræ non exiguntur, quoties tempore solutionis summa usurarū excedit eam computationem. Quibus uerbis ostenditur, in dupli ratione, solutas usuras non computari, sed eas solùm quæ in præsentia petuntur. Quo sensu lex est clarissima, cum in uulgatioribus libris sublata negationis particula, rem omnem tenebris insperferit, quibus usuræ exiguntur, pro, non exiguntur, scriptum est. Sunt qui id duplum aliter intelligant, sed eorum

b l. penult. C. de usur. rei iud.

c l. j. C. de usur. rei iud.

d l. usuræ. C. de usur.

eorum calculus non solùm ex supra scripta Cod. Theod. constitutione, & Sidonio confutari potest, sed etiam ex Iustinianni ipsius nouella cõstitut. C. XL. itemq; C. XLVIII quibus locis scriptam Antonini legem corrigi, & particulares quoq; solutiones duplo imputari iubet.

Quot modis uis in iure accipiatur: & dubitatum an in oratione M. Cice. pro A. Cecinna, deiecto ui non armata, obstat exceptio, quo d. ui clam, precario à deiciēte possideret. CAP. XXXIII.

Quoniam de ui quædam à nobis supra dicta sunt, lectorem admanere placuit, uarijs modis uim hanc in iudicium deduci. Alia enim est uis expulsiua, quæ si cum telo fiat, etiam uis armata antiquis dicitur, qua fundo deiectum possessorem interdicit, unde ui, prætor absq; exceptione, quod alter ab altero ui, clam, uel precario possideat, restituit. Alia est uis exturbatiua, cum uterq; litigantium possidere se affirmet, & alium exturbare nititur: cui malo & obuiam eat prætor, uti possidetis ita possideatis interdicit, dum tamen nec ui, nec clam, nec precario alter ab altero possideat. M. tamen Cicero oratione pro A. Cecinna, primam illam distinguere uidetur in armatam, & eam, quæ sine armis fiat. In ui armata nullam esse rationem eius exceptionis, in non armata esse. qua in re egregie deceptus esset, cum indistinctè prætor deiectum restituit. Verba Ciceronis sunt: Ad duas dissimiles res, duo inuenta interdita sunt. In illa ui quotidiana non satis est posse docere se deiectum, nisi ostendere possit, quom possideret tum deiectum: nec id quidem satis est, nisi doceat, ita se possidisse, ut nec ui, nec clam, nec precario possederit. Sed cum præcipuum ex omnib. antiquis autoribus Ciceronem ipsum ius ciuile diligenter calluisse deprehenderim, satius est eum non de priore illa expulsiua ui intelligere, sed de hac posteriore exturbatiua, quam ille eleganti uocabulo quotidianam appellauit, quòd huiusmodi possessores quotidie cõtendant, dum uterq; possessionem sibi uendicat. cum in priore qui semel expulsus est, propter uis maioris metum soleat prætorem adire, & interim aduersariū possidere sinat. Quamuis etiam nò absurde dici possit, aliud iuris tempore Ciceronis obseruatum, quod & ex Paulo libro Sent. v. intelligi potest, qui de interdicto uti possidetis, & interdicto utrum ui, in utroq; requirit, ne alter ab altero ui, clam, uel precario possideat. Verum ego non utrum ui, sed utrobique, legendum apud eum arbitrarer, nisi inferius idem repeteret, uerboq; deiciendi uteretur, quod ad prius interdicitum propriè pertinet. Prior tamen sententia mihi magis arridet. Alia uis est inquietatiua, ut cum in meo ædificas: unde prætor quod ui aut clam factum est, restitui iubet. Alia est ablatiua, cum quis ab inuito auferit: unde actio ui bonorum raptorum prodita est, & publici iudicij lex Iulia de ui. Est

a l. j. ui posside.

b l. recuperandæ. Insti. de interdict.

c argu. l. sed est ui. de ui & ui arma.

& quæ uocatur uis compulsiua, cum ui adhibita aliquem cogo, ut alicui actui assentia: unde & constitutio diui Marci prodita est: itemq; prætoris edictum, de eo quod metus causa gestum erit, ne ratum sit.

Quid sit potiri hostiū, locus ab alijs non satis rectè intellectus. CAP. XXXV.

Apud Papinianum relatum extat, substitutionem pupillarem à patre, qui deinde ab hostibus captus sit, factam non euanescere, licet impubes defunctus sit, & pater qui hostium potitus est, apud eos decedat. Accursius eo in loco dubitauit, quod significet, Hostium potiri. Alij etiam magni nominis uiri corruptum codicem arbitrantur, & legendum non hostium potitus, sed hostium potestati subditus: qui modus loquendi non sat Latinus, est certè non elegans: quare nullo modo mutandū censerem. Plautus in Captiuis: Nam postquàm meus rex est potitus hostium. Et rursus: Ego, postquàm gnatus tuus est potitus hostium, Expertus quanti fuerit, nunc desidero. Idem in Epid. Eductam perdidit, hostium est potita. Sic & Aufonius: Aut natum, citò morte potiri: id est, in potestatem mortis transire. cuius locutionis etiam Donatus in Phorm. Terentij meminit. Obseruauit autem alijs quoque locis hoc loquendi modo usum Papinianū.

Ius emphyteuticum quid sit, itemq; Ius embauteuticon, Vlpianus explicatus. CAP. XXXVI.

Si ius, inquit Vlpianus, ἐμφυτεύσιον uel ἐμβατεύσιον habeat pupillus. uideamus an hoc distrahi à tutoribus possit: & magis est, non posse. Videndum quo de iure senserit. & sciendum corruptè nostrates doctores ius emphyteuticum dicere, cum ratio Græci sermonis emphyteuticum pronunciarī suadeat, atq; ita à ueteribus scriptum indicio sunt antiqui codices. ἐμφυτεύσιον enim dicitur, quasi implantatio, unde ἐμφυτεύειν uerbum implantare significat: & ἐμφυτὸν innatum, insitum Suidæ. Sed magis dubium est, quid ἐμβατεύσιον significet: & uox ipsa indicat ius ingrediendi, ἀπὸ τοῦ ἐμβατεύειν, quod & ingredi, & intrò pedem inferre: unde & ἐμβατορ calciamētū, uel cothurnus apud Lucianū. Sed & Suidas ex quodam historico: ἕννοι δὲ τῶν πλεονεκευμένων νοσίδων ἐμβατεύσιον: id est, Hunni per contiguam ciuitati paruam insulam introeuntes. Igitur hac appellatione ceu generali, id ius intelligi potest, quod & quãdam detentionem respicit, & rei possidendæ facultatem, tamen si proprietas uera ad alium pertineat: quale est ius superficiarij, uel eius qui fundum uectigalem possideat, uel perpetuarij. Vlpianus: In bonis nostris computantur non solùm quæ dominij nostri sunt, sed & si bona fide à nobis possideantur, uel superficiaria sunt. Caius: Superficias ædes appellamus, quæ in conducto

d l. quod sit filius. de capt.

e l. iij. §. fin. de reb. cor.

f l. bonorum. de uerb. sign.

g l. fi. de superficie.



a l. i. si ag. ucti.

lo positæ sunt, quarū proprietas & ciuili & naturali iure eius est, cuius & solum. Vectigalis ager quis sit definit Paul. Iureconsul. sed & eius mentio apud Plin. Cæcil. lib. VII. Quingentis millibus nummūm, quæ in alimenta ingenuorum promiseram, agrum ex meis longè pluris actori publico mancipauī, eundem uectigali imposito recepi tricena milia annua daturus: per hoc enim & Reipub. fors in tuto, nec reditus in certus, & ipse ager propter id, quod uectigali largè supercurrit, semper dominū, à quo exerceatur, inueniet. Erunt fortè quibus magis arridebit ius uectigali intelligere, quod uulgò pædagium dicimus, ius scilicet exigendū certam pecuniā à prætereuntibus, quod alioquin ad regalia solet pertinere. Sed ego eam interpretaionē magis probo, quæ in etymologico magno est, ubi ille grammaticus, ἐμβωτεια, inquit, que nunc & ἐμβωδία, dicitur id ius, quod creditor in bonis debitoris sibi pignoratis retinuit propria auctoritate ea ingrediendi: opinor ut sibi in solum cedat, quatenus æs alienum dissoluatur. meminit hoc sensu & Isæus. Dicebatur sanè is ager, qui creditoribus obnoxius esset, sicut, quasi signatus lapide, uel columna: qua de re in Græcorum commentarijs pleracq; habentur.

*Perpetuarius contractus quis dicatur, & Anni Senecæ declarata sententia.*  
CAP. XXXVII.

b l. fin. C. de loc. præd. ciuil. li. bro xj.

**P**erpetuarij dicuntur, qui fundum à principe, uel à Reipub. conductum certo canone in uitam habent suam, uel etiam hac lege, ut ad alios transferre possint: distantq; non multum ab emphyteuticarijs, nisi quod emphyteutæ ex natura contractus utile dominium habent, remq; sterilem & infructuosam susceperunt: his non uidetur ius aliud, quam conductionis competisse. Ad palatinorum, inquit, Arcad. & Honor. Imp. curam & rationaliū officia totius perpetuarij, hoc est, emphyteuticarij iuris exactio reuertatur. Idem alibi sepius meminit iuris perpetui, & patrimonialis, & emphyteutici. Aristoteles Oeconomicon secundo, Byzantios tradit, cum pecunijs indigerent, publicos fundos certa mercede locasse, fertilia ad tempus, ἀνεργατὰ δὲ ἀστυνολῶς, infructuosa in perpetuum. Annæus Seneca in ludicro de morte Claudij, mulionem perpetuarium appellare uidetur mercenarium, qui mulam ueterinam conductam in perpetuum dum uixerit certo precio habet, eaq; uelaturam facit: Tu autem qui plura loca calcasti, quam ullus mulio perpetuarium. Id enim hominum genus nunquam quiescit, quò lucrum faciat.

*Agri publici quot modis dicantur.*  
CAPVT XXXVIII.

**D**eclaratum à nobis est, qui sint emphyteutici, perpetuarij uectigales fundi:

ostendimusq; uectigales esse, quos Respublica in perpetuum, cum publici essent, locauit. Nunc sciendum agros publicos uarijs modis dici: quandoq; enim hi publicabant, quia de hostibus capti erant: uel etiā uicini hostibus, & ueteranis in eorum præmia assignabantur, cuius rei Paulus quoq; commemorat: unde & Vergilius,

*Mantua uæ miseræ nimum uicina Cremonæ.*  
Iscq; ager assignatus dicebatur: & quia inter ipsos ueteranos certis limitibus diuidebatur, etiam limitati nomē sumpsit, quod ex Agennio Urbico à nobis alibi relatum est. Qui assignari propter incommoditatem non poterat, subsocius dicitur. Quandoque coloniæ alicui uel Reipublicæ donabantur, & si syluæ erant ex quibus ligna in reparationē publicorum mœnium distraherentur, uocabatur ager tutelatus. idem si ligna in publicorū balnearum usum cæderent. Erant & loca in pascuis relicta pro usu ad urbem ueniētiū peregrinorum: erant & alia noxiorum pœnis destinata, qualia coruorum apud Aegæles: unde Aristophanes, βάλμ' ὅν ἰσχυροῦς. Sic & Mediolani Vigentinum dictum, à Vigentio quodam ciue, qui eam urbem Iustiniani ducibus prodiderat, cuius Procopius meminit. Erant & quædam inopum destinata funeribus, quæ loca culinas appellant. Sunt & præfecturæ loca alieni agri in ueterum possessorum inuidiam proximis municipijs assignata: quæ qui diffusius percipere uelit, Agennij Urbici de limitibus agrorum commentarios consulat.

*Quid sit Stypteria, & unde dicta sit Stipulatio.*  
CAP. XXXIX.

**E**Adem Vlpiani lege sic scribitur: Si lapicidinas, uel quæ alia metalla pupillus habeat stypteria, uel cuius alterius materia. Quarit, quid sit stypteria: & non est dubium uocem esse Græcam, qua illi alumen intelligunt, sic à ui, quam habet adstringendi, appellatum: quod Dioscor. libro quinto, & cæteri medici tradidere. Nec nouum nostris uideri debet, appellatione metalli etiam alumen contineri, cum hæc uox omnia comprehendat, quæ sub terram effodiendo reperiuntur: sic dicta, quia ἀλοιφὴ μετὰ ἀλλοίω, id est, aliud post aliud inueniatur. Dicta est autem στυπτηρία, à uerbo Græco στυπῶ, quod significat adstringo: sic apud Aristophanis ἄχρηστον, στυπτοὶ γέροντες, id est, densi, solidi, & quibus cruda uiridisq; senectus. unde & stipulatio fortè dicta est. Iustinianus: Stipulationis nomine utimur, quò stipulum apud ueteres firmum appellabatur, fortè à stipite descendens. Malim ἄχρηστον potius legere: quid enim commune habet stipes, seu truncus cum contractu? Varro tamen à stipite, id est, pecunia stipulationem dictam mauult. Et ex supra dictis apparet, in metallum censerī damnatos, quoscuq; non solum qui in argenti, ferri uel fodinis opus faciunt, sed

d l. Lucius. de euct.

e l. in agris. de acq. rer. do.

f l. iij. §. fin. de reb. eorum.

g Instit. de uer. oblig. §. i.

h l. aut damn. de pœnis.

sed etiam qui alumen, cretam uel effodiunt. & si qua similia.

*Quid sint numuli in uentrali, quid charisticon, item uectis institoria, emendati Iureconsultorum codices.*  
CAP. XL.

i l. diuis. de bo. damn.

**C**allistratus pannicularia bona damnatorum declarans, ea esse interpretatur, quæ damnatus habet, & modici sunt precij, promiscuicq; usus: qualis est uectis, qua fuerit indutus, aut numuli in ueterales, quos uictus sui causa in promptu habuerit. Nec debent (subijcit) præsidēs pati, ut commentarienses ea pecunia abutantur, sed debent seruari ad ea, quæ iure præsidum solent erogari, ut puta carciaticum quibusdam officialibus inde subscribere & c. Quibus in uerbis apparet quidem duplicem esse mendam, sed quæ corrigi non, nisi præsidio antiquorum codicum, possit. & possit fortè priore loco legi numulos in uentrali, ut ferè habent uetusti codices, intelligiq; de his pecunijs, quas opifices in sacciperio habent, quod insitum illis inest in semicinctij plagula, quam ante uentrem gerunt, unde & uentrale dictum: nos uulgò simili uoce, gremiale dicimus. Ventralis meminit etiam Plinius libro octauo: Patris mei memoria cœpère amphimallon nostra, sicut uillofa, & etiam uentralia. Amphimallon utrinq; uillosum significat Straboni libro quinto, qui in agro Patauino fieri huiusmodi stragula tradit. hæc & amphitapa dicuntur Nonio, & etiam Græcis autoribus. Eorum mentio est & apud Vlpianum: Vestimenta, stragula, amphitapa. Sic enim corrigi Marinus Brixienis, cum uulgò anstitoria legatur. Sed quid si stragula institoria legamus: quibus in officinis institores se induunt: unde artis institoria Hieronymo aduersus Heluidiū, Posteriore uerò loco fuit, cum legendum carceraticum putarem, ut illa merces significaretur, quam militibus qui custodię carcerum assistunt, humanitatis causa magistratus largiuntur. Sed quid si Græcè χαιριστόν legas: quod ob gratiam alicui datur. Suidas χαιριστόν seu χαιριστέον interpretatur munusculū, quod illi rependimus, à quo maiora nos accepimus. Est autem dictum à Charitibus, id est, Gratijs, quas quandoq; in marmore candidissimo scultas uidi, huiusmodi subdito epigrammate, quod cum studiosis communicare operæ precium duxi.

*Sunt nudæ Charites niueo de marmore, at illas Diua columna suis ædibus intus habet. Par tribus est facies, qualem decet esse sororum: Par tribus est ætas, par quoq; forma tribus. Grata Thalia, tamen geminæ conuersa sorori implicat alterne brachia blanda soror. Euphrosynen dextra stupeo, Aglaiamq; sinistra. Miror, & implicitis brachia nexa modis. Iuppiter est genitor, genuit de semine Cæli, Eunomia, & Veneris turba ministra fuit: Inde alitur nudus placida sub matre Cupido, Inde uoluptates, inde alimenta Dei.*

*Pedanei iudices qui sint, & unde dicti: & quid sit consilium præbere, uel exercere.*  
CAPVT XLI.

**I**n Iustiniani codice rubrica est, de pedaneis iudicibus: solentq; nostri doctores de uocis origine, significationeq; alterari. & ex Aulo Gellio fati constat, qui sint pedarij senatores, aut equites: sed nos non de illis pedarijs, sed pedaneis iudicibus, quam uocem ille barbaram putat, quærimus. & Paulus Sentent. libro quinto: Iudices, inquit, pedanei si pecunia corrupti arguantur à præside, curia submouent. apud quem antiquus interpres pedaneos simpliciter existimat eos, qui ex delegatione causas audiūt. Vlpianus quoq; pedanei meminit, & non teneri ex edicto eum ait, qui ad pedaneum iudicem uocatum exemerit. Vnde arbitror ex curia, seu decurionū ordine fuisse aliquos magistratus, qui cū præses pro tribunali cognosceret, ipsi ad pedes adstarent, & ex præsidis delegatione deinde cognoscerent: unde & Iustiniano χαμαίνες appellati sunt. alii & διακρίτες apud eum pedaneos interpretantur: quibus non omnino assentior. Solebant autē & consilij sui copiam administratori ipsi facere, & assessoris officio fungi: quos quidem assessores secum ipse proconsul ducebat. Hosce assessores atq; pedaneos quando præses conuocabat, ut sibi in ardua aliqua causa adessent, dicebatur consilium præbere. Paulus: An manumittere apud se possit is, qui consilium præbet, sæpe quæsitum est. & ego quidem memini, labolenum præceptorē meum in Aphrica & in Syria seruos suos manumississe, cum consiliū præberet. Dicitur & consilium exercere, quod ius soli præsidī cōcessum est: nec enim legatus proconsulis eos cogere potest, ut in consilium descendant. Vlpianus: Mandata à præside iurisdictione consilium non potest exercere is cui mandatur: necessariò autem cōgregandi erant, cum minor uiginti quinque annis manumittere seruū uolebat: quoniam lege Aelia Sentia ei non aliter manumittere permittit, quam si apud concilium iusta causa manumissionis approbata, fuerit manumissus.

*Quid sit pantheræ emptio ab aucupe, extricatus Vlpianus.*  
CAP. XLII.

**V**enator seu auceps omnes mihi feras, aut uolucres, quos hoc mense capiet, ducenis nummis uendidit: quæritur an locatio hæc sit, tanquam operas locauerit, an emptio potius, & constat emptionem esse, idq; Vlpianus respondit: quia idem est, siue futurum factum retis à piscatore emamus, aut indaginē plagis impositis à uenatore, uel pantheram ab aucupe. Significat ἀνδρα Græcè uniuersam uenationem, qualis in superscripto exemplo uenundata proponit. Sunt qui rete ea uoce intelligant, quo uniuersæ auculæ capi possint: & neutro genere ual-

c l. iij. ne quis est qui.

d §. illud. in auth. ut defun. seu fun.

e §. sedebant. in auth. de iudi.

f §. illud. in auth. ut defun. seu fun.

g l. an manu. de man. uind.

h l. ij. de offic. eius cui.

i §. eadem. Instit. quibus ex caus. man.

k Bart. l. cotem. §. qui maximos. de publi.

l l. emptorem. de act. emp.

ἤθησιν accipiunt exemplo τοῦ πανόλης piscato-  
rij. Sed cum apud autores Græcos Latinosque  
nusquam hoc sensu reperiatur, priorem in-  
terpretationem magis probo.

*Mesonautæ & Nautepibatæ, item Epiba-  
des naues quid Iurisconsultis significant: & Anabatarum  
more certare, cur dictum. CAP. XLIII.*

a l. j. nau. cau.  
stab.

**V**Lpianus lib. XIII. ad edictum, Non de-  
bet, inquit, exercitor nauis per remigē,  
aut mesonautam obligari. Dubitavi quan-  
doque, quid Mesonautæ appellatiōe sensisset,  
quoniam Hermolaus Barbarus mancipium  
ea uoce intelligit, in medio nauis unicuique de-  
seruiens, quales sunt mediastini in principum  
domibus. Sed ego hanc sententiam non pro-  
bo, cum eodem lib. VI. p. Et quid, inquit, si  
quis sit ex his, quos uulgò μεσοναύτας, Græci  
ναυτεπιβάτας dicunt. Quibus uerbis significa-  
tur, Mesonautā uulgari uoce eum dici, qui  
nauem incendit, & ne aliquid nauis nomi-  
ne domino nauis soluat, ducendis remis ope-  
ratur, quod plerumque fieri uidimus: Epibates  
enim propriè nauis ascensorem significat:  
unde & milites, qui in nauis pugnant, eo no-  
mine uocantur, ut scribit Porphyrus in quæ-  
stionibus Homericis: & ἰπὸ βάρους naues Vlp.  
id est, consensoriæ & transportandorum ho-  
minū causa factæ. deducitur ἔκ τῶ ἐπιβαίνου,  
ea ratione qua Anabates, id est, ascensor. Sunt  
Anabatae Iulio Polluci admissarij, seu tauri.  
Plato uerò, ut idem est autor, Anabatas di-  
xit, qui alijs appellantur ἰπὸ βάρους, id est, mili-  
tes ex curru pugnantes, qui mos fuit ueteri-  
bus, ut est apud Homerum. unde prouerbiū,  
Clauis oculis more Anabatarū certare. cum  
enim currerent ad metam, omnis inspicendi  
usus ad ἠνίοχου. id est, aurigam, quem secum  
in curru habebant, pertinebat, qui & plerun-  
que propter puluerem, aperire oculos non  
poterat: unde Homericus Nestor Iliad. ἴ. si-  
lium admonet, ut metam maximè obseruet,  
sic enim aurigam aurigæ præstare:  
ἠνίοχῳ δ' ἠνίοχου ποδὲ γίνετα ἠνίοχου.

b l. fi. cod. tit.

c l. j. §. igitur. de  
exercit.

Subditque de Diomedis auriga:  
αἰεὶ δ' ἠνίοχου κρινὸς ῥαδάμιγγον ἑκαλλοῦ.  
Quare apud Ciceronē epist. lib. VII. ad Tre-  
bat. sic malim legere: Sed tu in re militari mul-  
tò es cautior, quàm in aduocationibus, qui  
neque in Oceano natate uolueris, studiosissi-  
mus homo natandi: neque spectare effedarios,  
quem antea ne anabatam quidem defrauda-  
re poteramus.

*Quid sit, χερσέμβολος eodem Vlpiani  
loco. CAPVT XLIII.*

**E**odem loco ab Vlpiano subiicitur, Quā-  
quam ipse uel nauicularius, uel magister  
id faciat, quod Græci χερσέμβολος appellant. Si-  
gnificat hæc uox manus immisionem. Dicitur  
ἐμβολος rostrum nauis ad proram: est & in-  
strumentum æreum in nauis, ut Aristopha-  
nis interpres ὀρνισι ait. addit Suidas χερσέμβολος  
esse ἐπιφθεγμα πύργου, uocem scilicet, qua magi-

ster nauis adhortatur ad celeritatem: unde ar-  
bitror χερσέμβολος à Iureconsulto hic dici si-  
gnum, quod magister in prora residens ma-  
nu dat, cum nauis imperat ut aliquid faciāt,  
seu aliquem recipiant, uel non recipiant: ue-  
rùm cum hæc uox à me nusquam alibi lecta  
sit, amplius quærendum reor. Sanè χερσέμβο-  
λος Aelio Dionysio fistulæ sunt, quibus aqua  
exquiritur: χερσέμβολος uerò manipulus est.

*Quid cambire sit, quid collybus, quid lau-  
dare, & quomodo arbitri sententia appellari possit.  
CAPVT XLV.*

**A**Ntiqua duo sunt elegantia uerba Cam-  
bio & Laudo, unde nomina quædam  
nostri doctores formauerunt sanè quàm bar-  
bara. Significat autem Cambio, id ferè quod  
permuto, Plaut. Truc. Apuleio, Charisio,  
Prisciano, Ennio: unde Campfor Latinè di-  
ctus. Nostri uerò uocem Cambij inde dedu-  
cunt, quæ Latina non est: id autem ea uoce  
intelligunt, quod & Collybon Græci, id est,  
ut Pollux ait, ἀρχαῖος ἀμυλῶ: unde Lagium  
alij dicunt deductionem, uidelicet quandam,  
quam sibi trapezita eo colore retinent, uel  
ob mercedem suam, uel quia sua tantum in-  
terfit pecuniam, quam permutationis uice  
exhibent, potius retinere ob monetæ uarie-  
tatem. quo sensu uox hæc apud Cic. actione  
in Verrem III. & Tranquil. in August. ac-  
cipitur. Vbi manibus, inquit ille, collybo de-  
coloratis. ut talem ostenderet, qui nec iustus  
esset argentarius, sed collybistes tantum.  
Salicetus dum Caspoldum de stipendijs iu-  
ris professorum deduci non posse docuit, si-  
cut nec de elemosynis, non ab similem col-  
lybo deductionem intellexit: sic à uulgò con-  
fictam, quia de solido, id est, integro carpa-  
tur. A uerbo Laudo, quod nominatim ap-  
probare in iure significat, dixerunt Laudum  
pro arbitri sententia, cuius substantiæ uo-  
cis exemplum apud Latinos nullum est. Ve-  
rùm hæc adeò ab eis recepta est, ut non ali-  
ter arbitri sententiam dici posse existiment:  
ideoque anxie apud quosdam tractatum sit,  
an appellatiōe sententiæ de ea, quam arbi-  
ter dixit, propriè intelligi possit. In qua re  
memini in lasonem, cum ei operam darem,  
hoc modo quandoque me argumentatum:  
Iudicium id arbitri Laudum dici non potest,  
quia ea uox Latina non est. arbitrium quo-  
que non dicitur: non enim arbitrium ipsa  
est sententia, sed sententiæ dicendæ facul-  
tas. unde sic rubricam conceptam habemus,  
De receptis arbitris, & qui arbitrium rece-  
perunt, ut sententiam dicant. Sequitur igitur,  
ut aut proprio nomine careat, aut sen-  
tentia dicenda sit. Ab eodem uerbo etiam  
Laudatium: sicut Donatium. Sic autem  
quingagesiman appellat, quæ ab emphy-  
teuta domino asertur, ut meliorationum ip-  
sarum emptorem laudet, id est, approbet.  
Inde & Allaudium dixerunt eum fundum,  
qui

d Salic. l. prim  
legia. C. de se-  
crof. an. ecclis.

e l. f. l. j. de re  
iudic.

f l. v. §. fin. de  
uerb. oblig.

qui pleno iure ad possessorem pertinet, pro  
quo nullum alicui Laudatium præstandum  
est. uidentur ueteres id proprium dixisse.

*Crimen stellionatus unde appellationem  
sumpsit. CAP. XLVI.*

a l. j. de crim.  
stell.

**S**Tellionatus accusatio in Iure nostro ex-  
tra ordinem conceditur, ubicunque titu-  
lus criminis deficit: ut sicut cum ciuilitè agi-  
mus, ob fraudem, uel calliditatē quamcun-  
que, de dolo actione experimur: ita crimina-  
liter stellionatus iudicio nobis succurritur.  
Nomen autem sumpsit à stellione lacerta stel-  
lata: quod animal male apud ueteres audiit,  
siue quia inuidum (cum enim eodem quo an-  
guis modo pellem exuat, eam confestim de-  
uorat, tanquā utilem esse pro comitalis mor-  
bi remedio norit, idcircoque hominibus præ-  
ripiat, ut Plinius libro octauo, cap. XXXI.  
attestatur) siue quod ex eo malum medica-  
mentum fiat, quo mulieres decipiuntur: nam  
cum immortalis est in uino, faciem eorum,  
qui biberint, lentigine obducit: ob hoc in un-  
guento eum necat, si quæ mulieres pellicum  
formæ insidiantur, ut libro XXXI. capite  
quarto, idem attestatur. Qua ex causa uerisi-  
mile est, primo proditum id iudicium. An  
quia in id animal uersus sit (ut canit Ouidius  
Metamorphoseon libro quinto) duri puer  
oris & audax? Vnde & impudentiæ est sym-  
bolum, Græceque dicitur ἀσκέλιος, quia sit  
ἀσκέλιος ἀσπίς, id est, contactu asper & durus.

*Lex Fautia cur dicta, & unde dicantur  
plagiarij. CAP. XLVII.*

b l. j. de plagiar.

**L**Ex Fautia traditum est in Iure plagia-  
rios puniri, id est, qui liberum hominem  
sciens possederit, emerit, alienauerit: quique  
seruum alienū dolo malo retinuerit. Sed ui-  
dendum est unde plagiarij dicantur: & uul-  
gò creditur à plaga, id est, dolore, quo ille af-  
ficitur, qui surreptus est. Sed huic sententiæ  
plurima aduersantur: & in primis ratio sylla-  
bæ, quæ in plaga producitur, in plagio, uel  
plagiario corripitur. Martialis:  
Impones plagiario pudorem.  
Verius est igitur quod Philelphus scripsit,  
ἔκ τῶ πλαγίος, id est, ab obliquo dici, quia obli-  
quis quibusquæ artibus & dolis in seruitutem  
trahebant. Vnde & Græci πλαγίος quadoque  
simpliciter pro dolo accipiunt. Lex autem  
illa à Fabio lata est, unde & Fabia dicitur: li-  
cet quandoque propter affinitatem literarum,  
Fautia scriptū reperiatur. Eius meminit Mar-  
cus Cicero, oratione pro Caio Rabirio: An  
de seruis alienis contra legem Fabiam reten-  
tis &c. Fuit & alia lex Fabia, de numero se-  
ratorum, seu clientium, aut comitū, qui pa-  
tronum sequerentur, lata: cuius idem Cicero  
meminit pro Lucio Muræna. Est & Fabiana  
formula, ad eorum reuocationem perti-  
nens, quæ in fraudem patro-  
ni alienata sunt.

*Hyperbericus mensis quis sit in Decretis  
pontificum. CAP. XLVIII.*

**E**X Antiocheno concilio relatum extat,  
synodum ab antistitibus Christianæ le-  
gis habendā Idibus Octobris, qui dies apud  
Græcos Hyperberici mensis decimus inue-  
nitur: quo loco scholiastes nodum in scirpo  
quærit, existimans eandem esse rationem no-  
stri mensis Octobris, quæ & Græci: cum uer-  
ba concilij clara sint, qui dies nobis est Iduum  
Octobris, apud eos esse decimum Hyperber-  
rici. Opinor tamen Hyperbericæ legēdum:  
sic enim apud Macedones eum mensē uo-  
cari autor est Suidas, esseque ultimum anni a-  
pud eos mensē: unde hyperbericæ ab eis  
dicuntur ferotina, tarda, & post collectos de-  
mum fructus accidentia: non ab simili figu-  
ra, qua Marcus Crassus Deiotarum regem  
illulit iam senio confectum, & ædificantem:  
duodecima enim hora diei illum ædificare di-  
xit, ut est apud Plutarchum. Illud non satis  
uulgò est cognitum, ueteres non solum pri-  
mum mensis diem calendas dixisse, sed om-  
nes retrò usque ad Idus. Celsus: Cum bissex-  
tus in calendis est &c. Vnde ortus ille mo-  
dus loquendi, decimo calendarum feci: uel,  
ante nonum calendarum dabis: qua ratione  
& Idus dicuntur omnes octo Iduum dies. Vn-  
de Horatius:  
Ibant octonis referentes Idibus æra.

*Cum in obligationibus in diem perperam  
agi ante diem lex dicat, disputatum, quid sit  
perperam. CAP. XLIX.*

**S**eruilius Scauola: Si quis, inquit, stipu-  
letur Ephesi decem dari, si ante diem, quæ  
deueniri Ephesum possit, agat, perperam an-  
te diem agit. Dubitatum fuit, an perperam,  
id est, nihil agat, quia nec actio, nec obliga-  
tio orta sit, ut quidam existimauere: an per-  
peram, id est, male, quia licet orta sit obliga-  
tio, actio tamen impediatur: quæ uidetur cre-  
brior sententia, in quam & ipse docendo so-  
litus sum transire: quoniam uox perperam,  
uidetur à Græcis accepta, conformataque ex  
duabus dictionibus, πῶς, id est, ultra excessi-  
ue, & πῶρᾶν eiusdem significationis, ut per-  
peram fieri dicatur, in quo modus tantū ex-  
ceditur. Sic & Labeo: Si seruus quem eme-  
ras ad libertatem proclamat, & à iudice per-  
peram pro eo iudicatum est, & is deinde ali-  
quo nomine tuus esse cœperit, non obstabit  
rei iudicata: præscriptio. Perperam ibi intel-  
ligitur, excessu modo: quia non solum ser-  
uum tuum non esse pronunciarat, sed eum  
rectè in libertatem proclamasse. licet Accur-  
sius aliter intellexerit, quibusdam alijs respon-  
sis motus, quæ non multum eius interpreta-  
tionem adiuuant. Sic apud Caium perpe-  
ram confessus dicitur, qui absque meditatio-  
ne, & tempore deliberandi non petito, re-  
spondit. Non tamen negauerim perperam  
kk 3

c xvij. distin.  
c. propter.

d l. cū bissextus.  
de uerb. sign.

e l. ij. §. si quis  
ita. de eo quod  
certo loco.

f in l. ita stipu-  
latus. de uerb.  
oblig.

g l. si seruus. de  
lib. caus.

h l. qui inter. de  
interrog. act.



quandoq; aliter quoq; accipi: ut cum dicimus perperam factum, quod dolo factum est: à Perperis fratrib. qui & Cercopes dicti sunt, & impostores erant: unde Græcis *περπερομα* uerbum, petulanter, aut dolose agere. Sed prior significatio magis propria est. Vnde Hircius: Capti, inquit, sunt tabellarij, qui à Corduba ad Pompeium missi erant, perperamq; castra nostra peruenerant: id est, per errorem. Sic apud Plinium, perperam pronunciare, id est, per errorem.

*Decani qui sint in iure ciuili nostro.*

CAPVT L.

Collegiati in Constitutionibus nostris Artifices quidam dicuntur, ipsius ex urbis (ut ita dicam) facie: sic dicti, quod in collegia, seu decanias distincti essent. hi ut alicui muneris diligentius deseruirent, uaria priuilegia consequabantur. Sed maxime illi numerosi erant, quos Græca constitutione quadragesima tertia, item alia quinquagesima nona, in Nouellis Iustinianus Lecticarios, seu Decanos appellat: ad hos cura Libitinæ pertinebat, id est, exequias sepulturamq; defunctorum procurandi, pheretra lecticas uerferendi. Varius autem eorum fuit numerus, donec Iustinianus mille & centum ergasteria solum illis attribuit, quæ ad maiorem ecclesiam pertinerent, immunitateq; fruerentur: ceteros uero munifices esse iussit, neque hoc nomine excusari. Quod hic referendum duxi, ut aliquæ leges, quæ sub rubrica, de sacrosanctis ecclesijs, sunt, melius intellexerentur.

LIBRI PRIMI FINIS.

DN. AND. ALCIATI  
IURISCONS. PARERGON  
*liber secundus.*

*Colores omnes explicati, & declaratus Pauli iuriconsulti locus.*  
CAPVT L.



OLORVM omnes appellationes Latine expressim ostendere uix quisquam possit: tam enim hac in re uaria natura est, ut quod in alijs pleriq; accidit, rerum multitudo uocabula superet. generaliter tamen octo speciebus comprehenduntur: hæ sunt, albus, niger, ruber, luteus, fuluus, uiridis, cœruleus, uariis.

Albus, in pallorem desinit. Candidus, purior est, & niuibus similis: sunt qui quammaxime candenti igni æqualem ferant. Græci *φλογόδουρον* uidentur dixisse album colorem, cui nescio quid flammei admistum sit. Pallidus in liuorem uergit, qualis ex ochra conficitur, qualemq; rasilis buxus, aut noua

cera oculis repræsentat. Subsequitur Cinericius, quo Franciscani passim in præsentia induuntur: nos uulgò Birretinum dicimus, quod uiatorij militaresq; birri propter utilitatem hoc colore essent. Græcè *δινάριον* uero dicitur, uel etiam *λίμιον*, quod cillon Diores alinum dicant, ut Iulius Pollux scribit: aliquanto magis in nigrum uergit. Melinus ex pigmento, à Mele insula sic dictus, quem Latini & Giluum appellant, Seruio grammatico autore. Is qui Græcas dictiones in Gellio transtulit, giluum credidit quod Græci *λίμιον* dicunt, nullo autore. Galli giluum Chryseum uulgò uocant, à pallore uidelicet auri, priusquam excoquatur: de quo etiam extat Diogenis Cynici dictionem pallere scilicet, quoniam plures sibi insidiantes habeat. Leucophæos ex Sinopide Pontica, quæ rubra est, & Melino conficitur, Plinio. Est igitur Giluus color scilicet quadam tenuis in rubrum uergens.

Niger color in Aethiopicis dignoscitur: is & Ater dicitur, unde Atrati, eo colore induti. Cùm candore temperatur, Fuscus est: Græci *φαίον* dicunt, nos uernacula lingua Brunum uocamus, quales sunt Mauri, & Syri, & Hispani pleriq;. Cùm aliquid illi ruboris miscetur, Pullus dicitur: Plautus Morulum uocat, nos Moreum obscurum dicimus. Ouidius autor est, mori fructus pullos esse. Si maior ruboris quantitas illi adiungatur, Ferrugineus, quod hyacinthi floris epitheton est: itemq; uacciniorum, quæ Vergilius simpliciter nigra dixit. Idem & Purpureus color est: nam Dioscorides & hos flores, & cyclamini, purpureos appellat: unde & purpuream mortem Homerus, à sanguine, ut plerique existimarunt, denso, & in furuum uergente. Murinus color Palladio, qualis in equis atris quidem, sed nitentibus, quem colorem bombycina uestis uillosa, nigra que, quam ideo uillutum dicimus, repræsentat. Græci murinum colorem *μυρινον* uidentur dixisse, cuius libro de Morali uirtute Plutarchus, itemq; primo de Ideis uolumine Hermodogenes meminit. Nominat & Paulus Iureconsultus Coracinum colorem (si modo fidelia sint exemplaria, nec crocinum legendum sit) quem nigrum interpretor: unde & Coracinus piscis à matione pupillarum, ut Oppiani interpret scribit. Iungitur & quandoq; niger color cum fuluo, uocaturq; Rauius Ciceroni Academicarum quarto. Vnde lupa raua Horatio, & Rauicellus Plauto.

Ruber, seu Rufus color, multis distinguitur notis. aliquis ex Sandaracha fit, qui ad fatietatem flammeus est, & à similitudine ignis *ρυφός* dicitur, Burrum ueteres Latini dixerunt. Est & *λυφός*, quo maxime colore uinum probatur, quod nos uermiculum uocamus, proba uoce, cuius Hieronymus & Columella meminit: à uermiculo scilicet, quem Charmesinum quidam putant, ex quo inter album

album & nigrum medius conficitur: quo fit ut hic non ita flammeus censeatur. Sunt & qui Rhuffum uocent, quod rhus herba coriaria hunc in folijs colorem ostendet, unde & eam Græci *ρυσφρον* appellant. Alius ex cinnabari concipitur aliquanto coloratior: *ρυσφρον* appellatur Græcè. Iulius Firmicus Rubeum dicit, quod ex rubiæ herbæ radice, quæ *ρυσφρόδαινον* Dioscorides appellat, in tinctorijs officinis conficiatur. Sunt & qui rubidum dicant eadem origine. M. Fronto apud Gellium, Rubidum accipit atrore & nigrore multo mistum: forte à rubi fructu dictum credidit. Est & Ostrinus color, qui & Purpureus, alibi ex conchyliorum sanie rubeus, ardensq;: alibi uiolaceus, seu ianthinus, artificum ingenijs nunc intensior, nunc pressior: præstantissimus ex bucino, quem purpuræ filium Athenæus existimat: is nigranti purpuræ austeritatem nitoremq; dat, unde Amethystinus color fit. Plinto similis coloris uidetur etiam Coccinũ fuisse, à cocco herba, quæ uulgò Granam uocant. Sicut & Hysginum, cuius Paulus meminit, nisi quod minoris æstimationis, nec tanti (ut arbitror) fulgoris erat. Ab eodem colore est & Purpurissimum dictum, & Purpurissatæ genæ, Plauto: uidetur is, quem Græci *αὐδρακίον* uocant, nos carneum uulgò dicimus, de quo sensisse poetam Vergilium libro duodecimo, credibile est:

a l. quæstion. 9. coccum.

*Indum sanguineo ueluti uiolauerit ostro si quis ebur, &c.*

Proximus Rufo color est Luteus, à Lutea herba, quam Græci *Isatidem*, Latini *glastum*, nos uulgò *Gualdũ* dicimus, sic dictus, quod colore oui uitellum est. Itemq; caltha, quam ideo Chrysanthemum à flore aureo Græci nuncupant, Probatissimum quoq; triticum quibusdam luteum dicitur. Cùm in maiorem ruborem uergit, croceus est. hinc, *Aurora in croceis fulgebat lutea bigis.* Cùm uiridis aliquid assumit Aurigineus dicitur, qui color à morbo nomen assumpsit, quo laborant icterici: quo colore etiam galbula auis proditur.

b l. quæstion. 9. coccum. de legat. iij.

His accedit & Fuluus color, quem Leoni Vergilius attribuit, fraxinæ hastæ Ouidius: ut satis appareat esse, quem à castanea Taneum uocamus: nisi quod Fuluus clarior, Castaneus paulò obscurior est. A quo non multò differt Ceruinus, quem colorem in equis Palladius comendat. Sicut & Vergilius Spadicem, quem Fronto apud Gellium rubrum existimat, quod idem sit Spadix, & Phœniceus, & Rutilus: quod utiq; uerum arbitror, si de eiusmodi rubro intelligamus, quod fuluo immistum sit: unde clarius mihi uidetur id Seruius explicasse, qui Badium colorem hunc esse scripsit: arbitror emendatius legendum Badium. unde Pœnus apud Plautum, Badiolus per contemptum à colore appellatur, nos uulgò Baium dicimus: is enim co-

lor maxime in equis probatur: Græci Spadicem, hoc est, cum fructu suo palmæ ramusculum *Badij* uocant. Huic non multum dissimilis est Aeneus, unde Domitij Aenobarbi cognomentũ: nos Barbaruffos uulgò dicimus. Tranquillus barbam eius rutilam dixit. Aliquanto clarior est Flauus, quem colorem amantium comæ attribuunt, itemq; segetibus maturis. Huic conformis est Glaucus, nisi quod aliquantulum ex uiridi assumit. Vergilius Mineruam flauo lumine dixit: quæ Homero Glaucopis appellatur: quamuis ab oculis noctuarum, quas illi glaucas uocant, alij sic dictam credant. hinc & idem Vergilius, Glaucas falicum frondes. Homerus Glaucum mare dixit: eius enim coloris, cùm turbidum est, inspicitur.

Viridis color, qui ex chryso colla uel æruginæ fit, ad fatietatem uiret. Prasinus porri folij est similis, & ideo non ita intensus. Glaucus, ut diximus, præter uirorẽ, flauum quoq; continet. Cœruleus uel à cœlo, uel à cœrulo auicula, quæ & *κυανός* dicitur. hic æris color est, itemq; tranquillimaris: cùm grauior est, Venetus, cùm uiridi immiscetur, Cymatilis dici potest. Sunt qui hunc & Cæsiũ uocent à cœli colore, ut Fronto apud Gellium disputat. Ego Cæsiũ magis fuluo hæere arbitror, quod Catullus Cæsiũ leonem dixerit, & Terentius Cæsiã uirginem, id est, coloris lentiginẽ, ut Seruius interpretatur: uel oculis felis, ut Donatus: nam & hodie uulgò Cæsiola uina uocamus, quæ inter album & uermiculum flauescunt, ut forte Fronto de colore cœli intellexerit, cū nubibus sole percussis aer nec serenus, nec limpidus est, & in glaucum uertitur.

Est & color Cœruleus, candido perfusus, qualem nos uulgò Argentinũ uocamus, de quo Vergilium intellexisse crediderim, cùm uellera dixit.

*Hyalis saturo fucata colore.*

Est enim uitreus paulò densior. Sicut qui rarior est, dicitur Argenteus. Ouidius:

*Vitreis argenteus undis.*

Qui densissimus & in nigrum uergens, Aquilus, uoce ab aqua deducta: nam cùm ueteres duos tantum colores agnoscerent, Album & Nigrum, hunc qui ex utroq; participat, Aquilum dixerunt, ut Festus scribit.

Variis color est, qui & Versicolor dicitur Propertio:

*Et uariam plumæ uersicoloris auem.*

Vlpianus uersicolorẽ accipere uidetur simpliciter pro tincto, quasi in aliũ colorem uersum sit. nos hinc ad uarietatem referendum putamus, qualis est, qui Arquatus ab iride dicitur, quæ, ut poetarum præstantissimus ait, *Mille trahit uarios aduerso sole colores.*

Cuius exemplo & Iris Illyrica nomẽ sumpsit, quæ tradit herbarij autores, flores in arcu flexos ferre, candidum, uiridẽ, luteũ, purpureũ, cœruleũ ostentantes. Varius quoq; in equis

dici potest, quem Scutulatum uel Gutta-  
tum Palladius appellat, nigris nimirum scu-  
tulis, uel guttis in giluo distinctus. Panthe-  
rinus breues habet in candido macularum  
oculos: in camelopardali albi naui rutilum  
colorem distinguunt: in chao, quem lupum  
ceruarium uocamus, fuluum colorem albi o-  
culi exornant, quod in pardo quoque ferè cer-  
nere est.

*Banniti unde dicti, & quæ poena for-  
tuiti homicidij apud Græcos esset.*  
CAP. II.

**H**Abent in communi sermone nostra-  
tes quædam uocabula, quæ licet Latina  
non sint, uidentur tamen originem ab an-  
tiqua aliqua & recondita historia sump-  
sisse: ut cum eum, qui in exilium missus est, Ban-  
nitum uocant: siquidem apud Græcos, qui  
homicidium non sponte commisisset, is amis-  
sis bonis patria per annum exulabat, donec  
à tali crimine expiatus, deinde reuerteretur.  
id exilium ἀπειρωτισμός, quasi abannatio di-  
citur, cuius exemplum apud Homerum *ιλιad.*  
*δ* ultimo:

*ὡς δ' ὅταν αὐδ' ἔστυ πικρὴν λάβῃ ὄσ' ἦν πάλῃ  
φῶτα κατὰ κτείνας, ἄλλοι δ' ἴκ' ὀδύμω,  
αὐδ' ὄδ' ἔσ' ἀφνεῖ.*

*Ut cum noxa uirum grauis urget ciue perempto,  
Qui patria abscedens aliam diuertit in urbem,  
Diuitis inq; hominis stat limine.*

Igitur ab hac abannatione uideri potest ban-  
nitos dictos, nisi forte à tuba quis malit, quæ  
barbaro sermone constat Bannum dici: un-  
de Bannophorum, signiferum à Romanis  
uulgò appellatum, Procopius libro quarto  
Persici belli autor est. Cæterum apud uete-  
res omnino fortuiti homicidij poena erat ἀ-  
πειρωτισμός: quod si fortuitum non fuisset, sed  
calore iracundiæ, non tamen præcedente tra-  
ctatu, non annus, sed arbitrato iudicis tem-  
pus statuebatur: quod ex eiusdem Homeri  
carminibus de Patroclo apparet, quæ Clau-  
dius Saturninus adducit, & à nobis alibi ex  
antiquorū codicum fide restituta sunt<sup>a</sup>. Me-  
minit & idem Homerus libro secundo Ili-  
dos, Tlepolemi, qui cum Lycimnij auuncu-  
li familiarem, à quo senio cōfectus ille duce-  
batur, baculo percutere uellet, per errorem  
ipsum auunculū percussit, exanimauitq;: un-  
de coactus in exiliū abiit, & operam in bel-  
lo Troiano Græcis dedit.

*An fructus deducto usu legari possit,  
duo Iureconsultorum responsa conciliata.*  
CAP. III.

**I**ndubitata Iuris conclusio est, testatorem,  
qui fructum deducto usu legat, inutiliter  
legare: quia nemo fructum habere potest,  
quin & usum habeat<sup>b</sup>. Sunt tamen qui his  
aduersantia ab Ulpiano tradi arbitrentur, sub  
ea rubrica, qua docet usufructuarius quem-  
admodum caueat, eius uerba sunt<sup>c</sup>: Sed & si

<sup>a</sup> Laut facta. de  
poenis.

<sup>b</sup> I. per seruum.  
de usu & hab.  
<sup>c</sup> I. hac stip. §. i.  
usufr. quem-  
admo. ca.

usus sine fructu legatus erit, adempta fru-  
ctus causa, satisfare iubet prætor. hoc meri-  
tò, ut de solo usu, non etiam de fructu cauea-  
tur. Ergo & si fructus sine usu obtigerit, sti-  
pulatio locum habebit. Sed certè nulla hîc  
est ἀπειρωτία: non enim hîc agit Iureconsul-  
tus, ualeat legatum huiusmodi, uel id minus:  
sed solum uerba cautionis à prætore introdu-  
ctæ interpretatur, qui caueri iusserat, cum u-  
sus fructus ad eum pertinere desisset restitu-  
tum iri. dicitq; si usus tantum legatus sit, di-  
ctionem fructus de cautione abolendam, ne  
aliter se restitutum caueat, quam accepit. Er-  
go & uice uersa, si fructus solum obtigerit, &  
sic nulla mentio sit usus in legato, de fructu  
tantummodo restituendo cauebitur, ut da-  
tioni conueniat restitutio. Dum igitur inquit  
ille, Si fructus sine usu obtigerit: non de testa-  
toris uerbis loquitur, qui fructum dixerit se le-  
gare absque usu, ut quorundam fuit senten-  
tia: sed, ut ex præcedentibus palam declara-  
tur, de usu loquitur, cuius nulla mentio facta  
sit: ut quia testator dixerit, Lego fructum: exi-  
stimatur enim illud absque aliquo tum fieri,  
quum nulla eius mentio facta est. hæc q; a-  
perta est Iureconsulti sententia, rectè eam  
percipere uolentibus: alioquin si uerba inter-  
nos aucupabimur, nec sermo quidem fami-  
liaris & quotidianus (ut inquit Cicero) cohæ-  
rebit. Sed hæc satis, μηδέποτε περιῶ δύο εἴλωρ  
ἐν κερτίς. Cæterum quid fructus legatum ab  
usufructu differat, Accursius cæteri q; inter-  
pretes rectè docuerunt.

*Quæ sint proastia in Authenticis Iusti-  
niani, & quædam de sacris & religiosis locis.*  
CAP. IIII.

**C**onstituit Iustinianus<sup>d</sup>, ut ecclesiæ li-  
ceat bona sua immobilia in emphyteu-  
sim dare, iustæ pensionis sexta parte dimi-  
nuta, propter fortuitos casus, idq; exceptis  
proastijs, in quorū locatione perpetuario fa-  
cta, nulli diminutioni locus est. Vnde sciend-  
um, πρὸς τὰς Græcis dici suburbana, quæ  
pulcherrimè consita à domino, non tam uti-  
litas, quam uoluptatis causa habentur, quod  
ex Cometæ, Arabij, Mariani q; carminibus  
ostenditur libro Epigrammatum quarto εἰς  
πρὸς τὰς. ut meritò existimauerit Iustinianus  
nullam in his deductionem concedendam,  
sed cum casibus fortuitis uoluptatē compen-  
sari debere. Est & uocis huius alibi<sup>e</sup> quoque  
mentio, sed semper eodem sensu: licet quan-  
doq; proastia malè scriptum sit. Sanè quod  
ad templorum loca attinet, non ab re erit A-  
gennij Urbici uerba referre. Is libro de con-  
trouersijs agrorum, in hunc modum scribit:  
De locis sacris & religiosis controuersia plu-  
rimæ iure ordinario finiuntur. Si enim lo-  
ca sacra ædificabantur, quammaximè apud  
antiquos in confinio constituebantur, ubi  
trium uel quatuor possessionum terminatio  
conueniret, & unusquisque possessor dona-  
bat

<sup>d</sup> In authent. de  
alie. & emph.  
§. i.

<sup>e</sup> In authent. de re  
sit. fid.

bat certum modum sacro illi ex agro suo, &  
quantū donasset scripto patefaciebat, ut per  
diem solennitatis priuatorum agri nullam  
molestiam inculcantis populi sustineret: sed  
& si quid spaciosius cedebatur, sacerdotibus  
templi illius proficiebat. In Italia autem mul-  
ti crescente religione sacratissima Christia-  
na, lucos profanos, siue templorum loca oc-  
cuparunt, & serunt. Quod ideo existimaui  
dicendum, ut magisterium suum si uult men-  
sor ostendere, modum cōcessum sano illi de-  
monstret. Locorum autem religiosorū simi-  
lis est conditio, & his nanq; secundum cau-  
tionem modus restituitur antiquus: nam san-  
ctum est plerūq; quod incorruptum: & à san-  
ciendo sanctum dicitur. religiosum à religan-  
do mentes, ne malè agant homines: uel à re-  
linquendo, quòd à mortuis relinquatur. Sa-  
crum autem propriè Dei est: profanū, quod  
sanctum fuisset, postea in usu hominum  
factum est, hoc est, extra fanum & sanctua-  
rium. hæc ille. Cæterum & illud sciendum,  
Christianorum sacra loca ecclesias uel basilic-  
as dici: paganorum uerò seu gentiliū, tem-  
pla, fana, delubra.

*Quis dicatur cognitor in iure, & quid  
ab aduocato differat.* CAP. V.

**C**ognitionem plerūq; iudicis uel arbi-  
tri interpretamur, cognitoremq; ipsum  
iudicem: quæ significatio ut quandoq; uera  
est, ita non perpetua. Si lite contestata pro-  
curatorem, uel cognitorem mori cōtigerit & c.  
inquit Theodolian. ubi interpret antiquus,  
Procurator, inquit, est, cui per mandatū cau-  
sa permittitur: cognitor est, cui sine mandati  
scriptura causam suam agendā præsens præ-  
sente iudice litigator iniungit: quo sensu ac-  
cipitur & apud Ciceronem pro Roscio Co-  
mædo. Asconius quoq; Pædianus in Diui-  
nationem: Qui defendet alterū, inquit, in iu-  
dicio, aut patronus dicitur, si orator est: uel  
aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiam  
suam amico cōmodat: aut procurator, si ne-  
gociū absentis suscipit: aut cognitor, si præ-  
sentis causam nouit, & sic tuetur ut suam. un-  
de Cicero familiarissimū defensorem appel-  
lauit. hæc ille, apud quē dictio, absentis, desi-  
deratur, ex Festi testimonio restituenda. ad-  
dit Fabius Quintilianus: Aduocatum, qui in  
utili foro extitisset, uulgò causidicum appel-  
lari. Paulus libro Senten. primo: Omnes in-  
fames, qui postulare prohibentur, Cognito-  
res fieri non possunt, etiam uolentibus aduer-  
sarijs, foeminae in rem suam cognitorem ope-  
ram suscipere non prohibentur. In rem suam  
cognitor, procuratorue fieri potest, qui pro  
omnibus postulat.

*Pontifices unde dicti, & quid sit pontificiū  
apud Gellium: item emendatum Plauti carmen.*  
CAP. VI.

**A**vlus Gellius libro Noctium Attica-  
rum primo, capite XIII. quo loco dis-

putat, quemadmodum mandati fines obser-  
uandi sint. Sunt, inquit, non pauci, qui sen-  
tentiam suam una in parte defixerint, & re  
semel statuta deliberataq; ab eo, cuius nego-  
cium id, pontificiumq; esset, nequaquam pu-  
tauerint contra dictum eius faciendum. Vi-  
sa est aliquibus, etiā doctis, insolens illa pon-  
tificij uox: fuereq; qui summouendam existi-  
marent: qua tamen in re ego nil temerè mu-  
tandum censui: cum enim unā cum Hiero-  
nymo à Glauburgo Germano, docto iuue-  
ne, auditoreq; meo, Theodosianū Codicem  
peruoluerem, in Constantini sanctionē inci-  
dimus, qui de maternis bonis loquens: Sin,  
inquit, in parentum potestate atq; dominio,  
ut fruendi pontificium habeant, alienandi eis  
licentia derogetur. Quibus uerbis apparet  
apud ueteres pro iure & potestate faciendi,  
pontificium dictum: ut etiam magnæ spei iu-  
uenis Viglius Zuichemus quādoq; mecum  
cōmentatus est. nam & Scæuola, ut Marcus  
Varro ait, pontifices dictos arbitratus est à  
posse & facere: quia, ut ego interpretor, ius  
illis erat sacrificandi. Facere enim apud uete-  
res, sacrificare est. Vergilius:  
Cum facerem uitula.

*Idem:  
Ne tamen extinctum faciam pecun.*

*Plautus in Stichos:  
Iam ne exta cocta sunt, quod agnis fecerat?*

*Quod carmen uulgò corruptum circum-  
fertur.*

*Quid sit incola & aduena in iure nostro,  
explicata quædam ueterum loca.*  
CAP. VII.

**P**yrrius Anglebermaus fuerat olim Au-  
relianensi in Academia celeberrimi no-  
minis Iureconsultus, qui demum in senatum  
Mediolanensem adscitus, studiorum cōmer-  
cio mihi iunctissimus factus est: sed non diu  
sua uisima eius consuetudine, ob præprope-  
ram hominis mortem, frui licuit. Perijt enim  
uitiatis haustu pulueris præcordijs, quo tem-  
pore arx Mediolanensis de celo tacta, op-  
pressis centum & uiginti custodibus corruit,  
manifesto præfagio non tam Gallicæ ea in  
regione, quam totius Italiæ, nedum Trans-  
padanae cladis. Tuli autem eius mortem, per-  
inde ac debui, ægerrimè: iambicumq; illud  
carmen, quod sibi manus inferentem Brutū  
dixisse autor est Dion, sæpius protuli, & epi-  
taphio ipsius sub finē inserui. id à me sic com-  
positum saxoq; insculptum legitur:

*Quis non malignas mortis accuset uices,  
Virtute claros quæ uiros præceps rapit,  
Viniociores improbos coruis sinens?  
En Pyrrhus ille, tot animi illustris bonis,  
Latoq; clauo, est ante præreptus diem.  
Frustra putauit esse te Virtus decem,  
Quæ fortuitis seruibas casibus.*

Is igitur Pyrrhus antequam in Italiam ueni-  
ret, lucubratiunculas illas ediderat, quæ etiā  
num extant in tres Codicis libros, quo opere



a l. pupillus. de uerb. sign.

b Pyr. rub. C. de incol. lib. x.

c l. scire. ad municip.

d l. quod dicimus. de solut.

in omnibus ferè mecum sentit, paucissimis disidet: si mea me defendentem tum audisset (quod postea fecit) in eis quoque sententia meae accessurus. Admonuerà quandoque studiosos à Pomponio<sup>a</sup> Iureconsulto incolam dici eum, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, quem Græci *παροικου* appellant: aduenam autem esse quem Græci *αδοικου* dicunt. Scribit Pyrrhus<sup>b</sup> hac in re plerisque à me dissentire, quod facile mihi persuadeo, ex humanitatis scilicet professoribus, qui uulgò sciunt à Græcis incolam *μειποιου*, προσποιου, γνοικου<sup>c</sup> dici: sicut etiam *γνοικου*, οικηθρα, ποδιναιετλω: aduenam uerò *επακτω*, *επηλυδια*, *πρσηλυθω*, *επηλυτλω*, *παρριπιδημου*. Sed certe alia fuit Iureconsultis cura, quam uocabula Græca declarandi: quapropter uidemus & Laurentium Vallam, & eius professionis alios etiam doctissimos, dum Græcas uoces Pandectis nostris restituere uolunt, nisi quatenus antiquorum codicum præsidio usi sunt, non decimo quoque loco uera diuinasse: quod ipsi scilicet ad sola uerba attenderent, mentem legum ignorarent. Igitur sciendum, in iure nostro incolas esse, non simpliciter alienigenas habitatores, sed eos qui domicilium sedemque rerum suarum animo permanendi fixerint, quos Iureconsultus *παροικες* dixit: *οικου* pro domicilio accipiēs, quod ab eis translatum sit. Sicut aduenam eum, qui domicilium non cōtraxit, & ideo *αδοικου* dicitur. alioquin si simpliciter alienigenam aduentitium describere uoluisset, alijs potuisset uocabulis uti. Sunt tamen qui non *αδοικου*, sed *εποιου* legant: aduersus quos non sola antiqui mei castigatissimique codicis est fides, sed & ratio ipsa. Sunt enim *εποιου*, qui in coloniam missi domicilium constituerunt, & incolarum appellatione continentur: sicut & *μειποιου*, nisi quod metoeci quamuis domicilium haberent, tamen quia pari iure cum cæteris ciuibus admissi non erant, proprie incolæ non sunt: quoniam ut Modestinus Excusationum<sup>c</sup> libro primo ait: *εδογμα εστι οτι ον ερω κα παμλιων η γκολας ε νομιζετ, ο γν εκεινης ελ πολως θζαρετεις μη προικου, ετ ε νομιζετου η γκολας*, hoc est: Sciendum eum qui in agro remanet, incolam non existimari, cum qui ipsius ciuitatis præcipuo iure non utitur, non censetur incola.

Quid sit adire cum sacco, & quædam de lingua Hebraica. CAP. VIII

Quod dicimus, inquit Paulus, hæredem debere statim soluere<sup>d</sup>, cum aliquo tempore intellendum est: nec enim cum sacco adire debet. Quæ uerba uidentur frequentiore calculo accipi, ut ferè prouerbialiter dicta sint de eo, qui petit rem absque mora sibi præstari, & ideo cum sacco debitorem adeat, tanquam mox recepturus. Est autem faccus Hebræi sermonis dictio, nobis quoque cum Græcis cōmunis. Aristophanes: *δομοφραει ζσας ακκίον γι ος κατ ερω γουο παμδνετου*. Mihi tamen magis placet, si ad ipsum hære-

dem referamus, non debere scilicet eum hæreditatem cum sacco adire: est enim faccus ad maioris summæ continendas pecunias mantica quædam, ut Asconius ait: unde marsupium in facciperio apud Plautum in Rud. Iulius Pollux pauperum seu operariorum esse ait, quem & *σάντων* uocant. Sed *σάντων* sacerdotibus tribuit Aristophanes in Pluto: *επει τε τωδ η γιζην εις σάντων τινα*. Sciendum autem, quas uoces origine Hebræas Latini habent, easdem & Græcas esse, quoniam literæ primùm ex Phœnicia à Cadmo in Græciam latae, deinde à Græcis ad nos peruenerunt: quod non in facci dictione tantum, sed & in pera, oceano, camelo, & similibus annotari potest.

Auctor quomodo scribitur, & quid in Iure significet auctoritas: item ueteris editi formula. CAP. IX.

Auctorem cum eum, qui opus facit significat, uel qui primus inuentor persuasorque est: sunt qui per th, scribendum putent, ut à Græco ueniat, qui *αδθγντω*, *αδθγνηου*, *αδθγντω* dicunt. Sed uix est ut in hanc ego sententiam transire possim, qui in quamplurimis ueterum monumentis semper obseruam auctorem legi, sciamque Valerium Probum libello de præscriptis notis, A V C. id est, auctorum interpretari: atque ideo arbitror ab augendo deduci: auget enim confirmatque alios exemplo sui, qui auctor alicui rei est. Ab auctore deducitur auctoritas, cuius dictionis in Iure quinque reperi significationes, non sanè adhuc in uulgo proditas. & prima est, ut ius rei suæ uendicandæ qualibet usurpatione reiecta significet: unde in lege Atinia dicebatur, Quod surreptum erit, eius rei perpetua auctoritas esto. & in lege duodecim tabularum: Aduersus hostem perpetua auctoritas: & si quæ similia à nobis declarata. Alia significatio est, ut actionem pro re eucta significet apud Venuleium<sup>e</sup>, quæ interpretatio à superiore sumpsit originem. Paulus libro Sentent. secundo: Venditor si dominus non sit, auctoritatis manet obnoxius. Idem: Res empti mancipatione, & traditione profecta si euincatur, auctoritatis uenditor duplo tenus obligatur. Tertio, cum pro iure accipitur, quod quis ab auctore, id est, uenditore cōsecutus est. Scæuola<sup>f</sup>: Cum con-

trouersia de latitudine ei moueretur, quod aliàs probare non poterat, petijt à creditore, ut instrumentum à se traditum auctoritatis exhiberet: id est, ut uulgò dicere solemus, tituli sui. Quarto, ex Honorij in Codice Theodosiano constitutione<sup>g</sup> accipitur, ubi pro iudicis edicto reperitur: Volumus creditorem iudicis edictum mereri, auctoritatemque postibus debitoris affigere, ne ullus possit post tanta constitutionum documenta mentiri, &c. Quinto, ex Theodosij nouella constitutione de indulgentijs reliquorum, ubi pro mandato, & iussu principis, seu senatus accipitur:

dem referamus, non debere scilicet eum hæreditatem cum sacco adire: est enim faccus ad maioris summæ continendas pecunias mantica quædam, ut Asconius ait: unde marsupium in facciperio apud Plautum in Rud. Iulius Pollux pauperum seu operariorum esse ait, quem & *σάντων* uocant. Sed *σάντων* sacerdotibus tribuit Aristophanes in Pluto: *επει τε τωδ η γιζην εις σάντων τινα*. Sciendum autem, quas uoces origine Hebræas Latini habent, easdem & Græcas esse, quoniam literæ primùm ex Phœnicia à Cadmo in Græciam latae, deinde à Græcis ad nos peruenerunt: quod non in facci dictione tantum, sed & in pera, oceano, camelo, & similibus annotari potest.

Auctor quomodo scribitur, & quid in Iure significet auctoritas: item ueteris editi formula. CAP. IX.

Auctorem cum eum, qui opus facit significat, uel qui primus inuentor persuasorque est: sunt qui per th, scribendum putent, ut à Græco ueniat, qui *αδθγντω*, *αδθγνηου*, *αδθγντω* dicunt. Sed uix est ut in hanc ego sententiam transire possim, qui in quamplurimis ueterum monumentis semper obseruam auctorem legi, sciamque Valerium Probum libello de præscriptis notis, A V C. id est, auctorum interpretari: atque ideo arbitror ab augendo deduci: auget enim confirmatque alios exemplo sui, qui auctor alicui rei est. Ab auctore deducitur auctoritas, cuius dictionis in Iure quinque reperi significationes, non sanè adhuc in uulgo proditas. & prima est, ut ius rei suæ uendicandæ qualibet usurpatione reiecta significet: unde in lege Atinia dicebatur, Quod surreptum erit, eius rei perpetua auctoritas esto. & in lege duodecim tabularum: Aduersus hostem perpetua auctoritas: & si quæ similia à nobis declarata. Alia significatio est, ut actionem pro re eucta significet apud Venuleium<sup>e</sup>, quæ interpretatio à superiore sumpsit originem. Paulus libro Sentent. secundo: Venditor si dominus non sit, auctoritatis manet obnoxius. Idem: Res empti mancipatione, & traditione profecta si euincatur, auctoritatis uenditor duplo tenus obligatur. Tertio, cum pro iure accipitur, quod quis ab auctore, id est, uenditore cōsecutus est. Scæuola<sup>f</sup>: Cum con-

e l. fin. de emul.

f l. si. de pig. act.

g l. j. C. si certat.

a l. v. de uerbo. oblig.

b l. is qui. de public. iud.

c l. si diutino. ff. de poenis.

d l. fin. ad le. iul. maiest.

cipitur: Vix dum uno è prouincia decedente cum nouis auctoritatibus alter excurrit. Extat Romæ in diui Petri ad uincula æde, uetustissimus titulus his uerbis: Ex auctoritate Turci Aproniani v. c. præf. urb. Ratio docuit utilitate, suadente consuetudine micandi summota, sub æxagio potius pecora uendere, quam digitis colludentibus tradere, ut ad penso pecore, capite, pedibus, seuo, lactente subgulari, lanio cedentibus reliqua caro cum pelle & interaneis proficiat uenditori, sub conspectu publico fide ponderis cōprobata, ut quantum caro occisi pecoris adpendat, & emptor norit & uenditor, commodis omnibus & præda damnata, quam tribunus, officium, cancellarius & scriba de pecuarijs capere consueuerant: que forma interdicti & dispositionis sub gladij periculo perpetuò custodienda mandatur.

Quid sit reus, quid reatus: & aliqua responsa ueterum explicata. CAP. X.

Rei apud ueteres dicunt omnes, de quorum re disceptatur, ut Cicero de Oratore attestatur: inde reus stipulandi, & promittendi. hinc & Pompon.<sup>a</sup> Conuentionales stipulationes sunt, quæ ex conuentione reorū fiunt: reorum appellatione contrahentes intelligens. Sed & reus, atrocitas ipsa facti dicitur: unde reus, qui capitali crimine delatus, receptus est. Dicitur autem inter reos quis receptus, quando reiectis exceptionibus dilatorijs, declinatorijsque, pronunciat iudex ad ulteriora procedendum: quod rectè Bart.<sup>b</sup> docuit. Igitur post huiusmodi interlocutionem, quæ uim cuiusdam litis cōtestationis habet, qui accusatus est, incipit in reatu esse. Est autem hæc uox Ciceroni & alijs antiquis inusitata, primùmque à M. Messala conficta, ut Fabius libro octauo autor est. significat autem qualitatem ipsam, & statum rei, quod eleganter Budæus docuit. Martialis: *Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum, Squallidus hærebo pallidiorque reo*.

Vnde Modestinus: Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus poena ei subleuanda est<sup>c</sup>. ut probare nostratium sententiã non possim, eius responsi argumento attestantium, eum, qui post longum tempus, puta decem uel uiginti annos alicuius facinoris accusatus est, mitiore poena puniendum: quasi grauitas sceleris, temporis lapsu sit diminuta: quod certè ratione caret, satisque reo esse debeat tanto tempore impune egisse: & ideo tarditas ultionis (ut inquit Valer. Maximus) grauitate poenæ cōpensanda est. Secus si diutius in reatu fuit: status enim & conditio accusati, quicquid de re capitali sua causam tanto tempore dixit, species poenæ est, quæ ordinariam aliquatenus subleuare debet. Vlpian. Is qui in reatu decedit, integri status decedit<sup>d</sup>. Paul. Fraudis causa adoptio facta uideretur, etiam si non in reatu, sed in desperatione rerum per conscientiam metu imminentis accusationis

quis adoptet. Quibus uerbis adductus, consueui ego receptam ab alijs sententiam damnare, qui existimant alienationem in fraudem fisci factam censerì, cum intra modicum tempus delictum perpetratur<sup>e</sup>. Atqui etiam si post crimen admissum fiat, non tamen in fraudem facta censeat, nisi uenditor in reatu sit, uel accusator immineat, isque in summa sit rerum desperatione, ut ibi Paulus tradit. Sanè reatus etiam pro facto ipso rei dicitur: unde lex ait, Omnè honorè reatus excludit: eo scilicet exemplo, quo & abigeatus factum ipsum abigei Marcello Callistratoque.

Quid sit æquū & bonum, & an Iudæo more purgatio concedenda sit. CAP. XI.

Celsus adolescens scribit<sup>f</sup>, eum qui moram fecerit in soluendo Stichò, quæ promiserat, posse emendare moram, postea offerendo: scribit enim hanc quæstionem esse de bono & æquo: in quo genere plerumque sub auctoritate iuris scientiæ, perniciose, inquit, erratur: & sanè probabilis hæc sententia est &c. Videtur hic Iureconsultus bonum & æquum id intelligere, quod *αδθγες* Aristoteles libro Moralium quinto appellat, uidelicet non simplicem æquitatem, sed id quod à legislatoribus est ommissum: de quo tamen si interrogati fuissent, suadente eadem æquitate, idem constituissent. Id enim regulare est, ut perinde habeatur, atque si expressim de eo quoque cautum esset<sup>g</sup>. Igitur apparet purgationem moræ hac ex æquitate inductū fuisse: & ideo existimarem, etiam Iudæo cōcedendum, ut tali beneficio uti possit: quia licet cum eis summo iure agendum sit, non tamen ab hac æquitate summouendi sunt, quam *αδθγες* uocant: cum nihil aliud sit ius, quam hæc æquitas in artem redacta, ut supra à nobis declaratū est<sup>h</sup>. quod & respondendum arbitror, cum lex municipalis in causa iubet rigorem obseruari: nec enim uerisimile est ius ipsum excludi, id est, boni æquique artem.

Non ex omnibus uerbis induci obligationem, & explicatum Fabij Quintilianii enigma. CAP. XII.

Quamuis nihil magis fidei humanæ conueniat, quam pacta seruare, id tamè rectè intelligendum est, cum huiusmodi in pacto uerus consensus affuit. alioquin Plautinæ sententiæ locus erit: *Pol pudere quam pigere præstat totidem literis*. Quapropter à nostris doctoribus traditum est, Verba adulationis causa dicta, nullam obligationem inducere, quæ ipsi curialia uocant: quod scilicet soleat aulici, & qui in principum comitatu sunt, aliud sentire, aliud loqui. Idem & de uerbis iactatorijs dicunt<sup>i</sup>: & cum quis iactauit se principem hæredem instituturum. Sed & lubricum linguæ in periculum trahendum non esse, etiam si ad maiestatem pertineat, Modestinus ait<sup>k</sup>. Idem de uerbis, quæ alicuius commendandi causa

e l. post contractum de don.

f l. si seruum. de uerb. oblig.

g glos. l. tale. in fin. ff. de pact.

h Doct. l. insula de uerb. obl.

i l. diuus. de milit. testam.

k l. famost. ad l. iul. maiest.

a l. sciendum. §. j. de edil. edi. proferuntur: nec enim qui commendat, tanquam sponsor conueniri poterit. In uenditore quoque, qui rem suam laudat, idem responsum est: nisi dolus malus adsit, ut in eo, qui equum uendit, & intertriginosum, suspitiosum, tabidum, biliosum, substillum, uermiculofum, alijsque morbis laborantem asserit, ut b emptor qui eis morbis, uel eorum aliquibus eum non affici uideat, nec de alio credat, quo uere opprimebatur, ut quia uulsus, seu pulmonarius esset. Eodem pertinent & uerba temere calore iracundiae prolata: nec enim ex eis oritur obligatio: soletque huiusmodi uiris concedi, ut quod dictum indicium, quod ratum irritum sit. Sed & quae quis nimia alacritate in balneo effutierit, uel in conuiuio ad iuris necessitatem trahenda non sunt, causaque cognita plerumque ignoratur. *μισω*, inquit Martialis, *μνημονα συμποτιου προκλιμα*. id est, odi memorem comptorem. cuius rei plurima apud ueteres extant exempla, quae referre non attinet. Sed pulcherrimum apud Fabium Quintilianum libro octauo, ubi Caecilij quoddam aenigma commemorat, qui Quadrantariam Clytemnestra dixerit in triclinio coam, in cubiculo nolam, exercebat haec mulier arte balneariam, unde a quadrante, qui balnearibus dari solebat, Seneca Iuuenaleque autoribus, Quadrantaria uidetur dicta. ceterum loquax, quae tamen praeter linguam nihil meretricium haberet: in triclinio seu conuiuio erat coa, tanquam coitum petenti nemini abnueret: in cubiculo uero nola, a negando. Lufus est autem a duabus ciuitatibus Cio & Nola, sicque interpretandum duxerim, licet alij aliter, nolam ipsam ad tintinnabula referentes.

*Protestatio non numeratae dotis, cur scripturam requirat: et maritorum iurgia, suspecta legislatori esse.* CAP. XIII.

**P**rotestationem quamlibet ualere, etiam si ore tenus tantum accersitis testibus facta sit, omnes tradunt, nec necessariam scripturam esse, nisi cum ea actionis, uel exceptionis uice proponeretur: quapropter non numeratae pecuniae, uel dotis quaelam, non nisi ex scripto faciendam: uidetur enim exceptioni subrogari. Sed in exceptione non numeratae pecuniae uix est, ut ipse a regula recedam: quia Iustiniani constitutio scripturam in quaela dotis requirere, alia ratione nititur, quam doctores nostri crediderint, & quae in alia pecunia nullum locum habet. Verba Iustiniani sunt: Contestationem per scripturam requirimus, non in sermonibus solum: saepe enim aut indignationis, aliterue incidens oratio talis quaedam uirum ad dicendum inuitat: aut testes redempti, quod uir non dixit, dictum fuisse mentiuntur. Quibus uerbis satis ostenditur, suspecta fuisse legislatori coniugum iurgia, & quae frequenter in matrimonio oboriuntur querelae: de quibus saxo insculptum Romae adhuc legitur uetustissimum epigramma, tribus huius quadratis catalecticis fa-

g §. contestationem. in autet. de tempo. non num. dot. e l. si. C. de neg. gest. f l. ut perfectus. C. de anna. except.

ne quam elegans: *Heus uiator miraculum, hic uir et uxor non litigant: Qui simus non dico. at ipsa dicam: Bebius ebrius Ebriam me nuncupat. hei uxor etiam mortua litigas?*

*Declaratum Vlpiani responsum, quid sit legatum chrestis, an usus, an uero fructus sit.* CAP. XIII.

**V**lpianus libro XVIII. ad Sabinum: Sed si, inquit, *χρησις* sit relicta, an usus sit uidentum. & Papin. libro VII. responforum, ait usum esse, non etiam fructum: sed & si relicta sit illi domus ususfructus &c. Libuit haec Iureconsulti uerba referre, quoniam in uulgatis ferere omnibus codicibus corrupta circumferuntur. Dubitauit autem de legato chrestis usum ne, an fructum significet: & ex uidectionis magis credit usum esse: quoniam, ut inquit Suidas, nil aliud sit *χρησις*, quam utilis sibi rei *χρησις*, id est, pro necessitate indigentiae perceptio. fructum uero potius uidentur Graeci dixisse *ἀπόλαυσις*. unde Luciani epigramma fanquam uenustum: *ως τεθηρομυθησεν στω αγαθον ἀπόλαυε, ως δε βιωσόμελησεν φείδωσεν τὴν λιπαρίαν. δε δὲ ἀνὴρ σφοδρὸς εἶπε ὅς ἀμφο τὰυτα νοήσας, φείδωσεν καὶ διαπαύει μὲ τρον ἐφημέροσας.* Refruiere, exitio tanquam si proximus esses: *utere, uita uelut sit diuturna tibi.* Ille sapit uere, qui callens haec duo nouit. *Nec nimium largus, nec nimis esse tenax.*

Titia testatrix apud Scaeuola *ὑδικαρχίαν* pro fructu accepisse uidetur: *βέλομαι δὲ βίωσαι ἐς βίον χρησιμὴν ὑδικαρχίαν, καὶ ὅτι καὶ νόμος νακεκλήωσεν.* uolo dari in uita usum & fructum possessionem uillae Nacclenorum.

*Dominium in iure quot modis accipiatur.* CAP. XV.

**D**ominium, inquit Bartolus, ius est de re corporali perfecte disponendi, nisi legis uel testatoris adsit prohibitio. Aliud autem est directum, aliud utile, quale est quod emphyteuta, uel perpetuarius cliens habet. Sed praeter hanc distinctionem iure etiam alias species inuenire est: quoddam enim dominium est *ἐπιδικασίαν*, id est, in spe: ut cum lex filium familiam rerum paternarum dominum uocat, unde & Sui haeredes dicuntur, tanquam sibi ipsis succedant: erant enim uiuente quoque patre domini. Aliud est dominium quod *ἐπιπροληψίαν*, id est, per anticipationem, dicere possumus: ut cum mulier rei suae in dotem tradita domina dicitur: futurum enim est, ut ei dos sua restituatur, ualidiusque est eius quam filijfamil. ius: ipsa enim propter tale dominium, tanquam locuples sit, iudicio sisti, satisfacere non tenetur, cum filiusfam. teneatur. Aliud est dominium quod uidua habet, quam maritus relictae liberis decedens, in testamento iussit esse dominam, usufructuariam administratricem: dominium enim illud *ἐπιπροληψίαν* & imaginarium est, cum ex uulgari consuetudine, eam solum in domo praerminentiam consequatur, quam

h l. si habitatio. de usu et hab.

i l. si quis ui. §. differentia. de acquir. poss.

k l. in suis. de liber. et poss.

l. in rebus. C. de iure dot.

m l. sciendum. §. si fundus. qui satisf. cog.

n authen. hoc lo. cum. C. si mal. secundo nupse.

quam uiuente marito habebat, ideoque ad alimenta tantum contrahitur: est igitur & hoc dominium *ἐπιπροληψίαν*. Aliud est quod summum, seu maius dominium uocant, quaedam scilicet maiestas, cuius obseruationem foederati supremo principi, uel reipublicae debent. Titus Liuius autor est in Aetolorum foedere cautum, ut maiestatem populi Romani commiter obseruaret. cuius maioris dominij effectus non paucos nostrates interpretes suis locis referunt, nobis in praesenti alia est cura. Solebant & ueteres honoris causa dominum aliquem dicere: ut cum Nefennius ad Paulum scribens. Ex facto, inquit, domine talis species incidit. Sic & mariti uxores suas, & maritos illae quandoque appellant. Sic & Plinius Traianum dominum, eadem scilicet consuetudine: cuius & Martialis quoque & Seneca meminerunt: sed nemo festiuus Pallada Graeco poeta hoc epigrammate: *ἦν δὲ φίλος τὴν λαβὴν, δέμινα φράτορ ἔδωκεν ἔργον, ἔν δ' αὖ μὴτὰ λάβη, τὸ φράτορ εἶπε μόνον, ὠνία γὰρ καὶ τὰυτὰ τὰ φήματα, αὐτὰρ ἔργον ἐκ ἐθέλων δέμινα, ὃ γὰρ ἔχω δέμινα.* Munera qui dedit, dominus fraterque, uocatur: Si quis nulla ferat, uix bene frater erit. Haec precio mera uerba graui uenalia prostant: Ipse sed ut do minus, sic nec ero dominus.

*Quid mente captus a furioso distet, et locus Plinij emendatus.* CAP. XVI.

**S**i furiosus existat, in eo, pecuniaque eius, a signatorum, gentiliuque potestas est, ut supra ex lege XII. tab. retulimus. Sed quid in mente captus? idem traditum est. Aiuunt autem doctores nostri, hoc distare furiosum a mente captus, quod ille rabie quadam animi agitur: at mente captus magis in quiete est, nullaque extrinsecus signa ostendit, idemque est, qui & demens. Ego arbitror mente captum dici, qui eo morbo oppressus est, quem Graeci *μωροσιν* dicunt, cui *λογισμὸν*, id est, rationalis animae pars labefacta est: prouenitque, ut Galenus definit, ex solo humenti maloque temperamento in capite haerente. Interdum tamen (inquit Vlp. lib. I. ad edictum aedilium curulium) ex uitio corporale usque ad animum peruenire, & eum uitiare, ueluti contingeret *φρονητικὸν*, quia id ex febribus accideret: sic enim legendum. Plin. lib. V. cap. LI. sapientiae aegritudinem omnes hos morbos uidetur appellasse. Idem cap. L. conqueritur homines tot morbis affectos esse, non corporis tantum, sed & animi: morique sapientiam ad tempus, ut in his, qui in certis interuallis *εἰς ὄψιν*, id est, a mente cadunt. uerba eius sunt: Etiam atque etiam morbus est aliquantisper sapientiam mori. In uulgatis legitur, per sapientiam: unde erroris nebula circumfusi grammatici adhuc eo deloco ambigunt.

*Cur Stipulatio ab interrogante nomen sumpti: declaratumque Cassianum illud apud Ciceronem, Cui bono.* CAP. XVII.

**S**tipulationem nomen sumplisse ab inter-

a l. non dubito. de captiuis et possim.

b Guido Pap. q. cccclj.

c l. Nefennius. ad l. fal.

d §. j. institut. de curat.

e l. j. de edil. edi.

rogante tanquam digniore, Accursius caete *fgl. j. de uerb. oblig.* riq; nostrates tradiderunt: tum quia interrogatio principum est, & caput eius contractus: tum quia ea pars est, ut uocant, actiua: cum qui respondet, solum assensum addat. Sed haec ego semper arbitratus sum magis acuta, quam uera esse. Siquidem probabilior est nostra sententia, non a promissore, sed ab interrogante, id est, stipulante, eum contractum appellari, quia in eius utilitatem concipitur. Sicut & emphyteutis uidetur dicta, quia in commodum emphyteutae principaliter contrahitur: debent enim nomina imponi ab eo, quod principaliter effectum respicit, quod etiam in Cratyllo sensit Plato. Fortissimum enim illud est argumentum, quod ab utilitate sumitur: unde traditum est, si obturato alienae aquae castello pratum tuum irrigatum sit, deriuationem eam fuisse a te factam, cuius sitientes agri irrigati sint, praesumi. Eum enim, inquit Labeo, uideri factum habere, qui usum eius aquae habeat. Quapropter C. Cassius Iureconsul. solebat dicere, Cui bono fuerit, eum fecisse credendum. Cicero pro Milone: Quoniam pacto probari potest insidias Miloni fecisse Clodium: illud Cassianum, Cui bono fuerit, in his personis ualeat. Idem pro Roscio Amerino: Accusant hi quibus occidit patrem Sex. Roscij bono fuit: causam dicit is, cui nihil reliquerunt. Idem Philippica II. Quod si te in iudicium quis adducat, usurpetque illud Cassianum, Cui bono fuerit, uide quae ne haereas. Sic igitur & nos stipulationi nomen datum credamus: quia quod per eam promittitur, id stipulanti bono esse consueuerit.

*Si responsum impersonaliter stipulanti sit, an uideatur stipulatio.* CAP. XVIII.

**Q**uestitum est, ualeat ne haec stipulatio, Et frequentius responsum est, non ualere: quoniam indubitatum iuris sit, eum qui dixerit, satisfiet, uerbo impersonaliter prolato, constitutae pecuniae actione non teneri. Sed id exemplum parum me mouerit, cum in constituto nulla praecedat interrogatio (pacto enim nudo solet contrahi) at in stipulatione praecedat, ut merito praecedens interrogatio impersonalis uerbi ambiguitatem debeat declarare, ut promittendi reus uideatur *προς ἑαυτὸν*, id est, ad rogatum respondisse. Vnde in aliam ego sententiam transeo, cuius mihi autor quoque est Plautus in comedia Pseudulo, hisce tribus elegantissimis senarijs: *Nullum periculum est, quod sciam stipularier, ut concepisti uerba, uiginti mnas dabis? Dabuntur: hoc quidem igitur actum est haud male.*

*Legem, Theopompus. de dote praeleg. haecenus non uideri recte intellectam.* CAP. XIX.

**T**heopompus testamento facto duas filias & filium partibus aequis instituit haeredes, & codicillis ita cauit: *τὴν θυγατέρα μου Κερασίναν ἢν ὑπέχου ἐκδοῦναι αὐτὴν εἰς φίλοι μου καὶ*

g l. j. §. si quis. ne quid in loco public. ubi Alber. de Ros. h argu. l. fin. de quaestio.

i auth. si quando. C. de con. sit. pecu.

k l. Theopompus. ff. de dote praeleg.



συγγενεῖς δὲ κληρονομοῦντες, προνοήσῃ ἐκδοθῆναι πολλοῦ, εἰδὼς μὲν τὴν γνώμην, ἡδὲ τοῖς ἰσοῖς, ἐφ' οἷς τὸ πλὴν ἀδελφῶν αὐτῆς ἐκδοθῆναι. Pollianus autem &c. Declarant id responsum doctores nostri ea lege à Scæuola definitum, captatoriam dispositionem, & quæ in alicuius tacitam uoluntatem collata sit, speciali dotis fauore non infirmari, & posse testatorē hociubere, ut solius testis affirmationi stetur: quæ expositio nunquam mihi probata est. Si enim ea ratione responsum illud factum fuisset, potius sub rubrica, de testibus, quàm de dote prælegata, collocari debuit: nā & nullam specialis fauoris mentionem facit Scæuola, ut ad eum attendisse uideri possit. Accedit quòd quæstio ambiguitasq; omnis non in testimonio Polliani uertit, sed an dos præcipua esse filia debeat. Nam & quid de Polliani testimonio dubitari potuit, cum uerba testatoris clarissima sint: ea id ferè Latinis significant: Filiam meam Crispinam, quam ex amicorū, cognatorumq; meorum sententia matrimonio iungere uolebam, ut rectè collocetur, prouidebit Pollianus, cum is mentis meæ sit cōscijs, de æqualibus portionibus in dotem dādis, quibus & sororem eius collocaui. Igitur aliter ego accipienda ea omnia arbitror, in primisq; dubitatum an dos huic filia minori danda esset ex pecunia cōmuni, tanquam prælegata, secundum eius tituli naturam: an uerò ex præcipua illius, non autem communi omnium pecunia, quod in fronte credi potuisset: quia satis uidebatur menti testatoris factum, si dos illi æqualis dote prioris filia constituta fuisset, licet non de bonis communibus: potuissetq; dotem accipere, hæreditatem repudiare, si uoluisset. Scæuola tamen decidit, dotem dandam de communib. bonis, quia tunc omnino priori filia æqualis erit: & licet testatoris uerba solum illud inducant, Pollianū eius mentem sciuisse qualis esset ἡδὲ τοῖς ἰσοῖς, hoc est, circa æqualitatem, tamen satis innuunt placuisse eam æqualitatem testatori, cum iuratus Pollianus sic affirmauerit. Nec uerum est huiusmodi indicium esse captatoriū: cum aliud sit, in alterius uoluntatem illud conferre: aliud, alicui amico mandare, tanquā mentis suæ instructo, ut cum usus uenerit, eius fidem faciat.

*Testis quis, & unde dictus: quid Antestari, unde Institor: rursus apud Ciceronem quis sit Comicus testis.* CAP. XX.

**E**X eo tamen responso annotauit Bartolus<sup>a</sup>, eum, cuius dicto adhibenda sit fides, de re, quam à partibus audiuerit, testem esse: si uerò eius iudicio, quatenus sibi uidebitur, standum est, non testem, sed arbitrum potius esse: & ideo tali casu affirmationi etiā non iurata credendum: priore uerò necessariam iuramentum religionem. Sed illud sciendum, ueteres latius Testis significationē accepisse: siquidem qui nunc testis est, olim Superstes & Antistes est dictus<sup>b</sup>, Quisquis

igitur rogatus alicui adesset, Superstes dicebatur, quia super ea re, qua de agebatur, stabat. Plautus in Asinaria:

*Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo adest superstes. Idem simpliciter pro præsentate accepit: Superstitem utrunq; momui, ne iniussi abeant.*

Eadem ratione dictus est Antistes & Antestatus, & Antestor uerbum, & Antistitor pro testificatore<sup>c</sup>. Caius: Quæ emancipatio seu manumissio solebat ante Præsidem fieri, modò ante curiam facienda est, ubi quinque testes ciues Romani in præsentia erunt, pro illo qui Libripens appellatur, id est, stateram tenens: & pro eo, qui Antestatus appellabatur: alij duo, ut VII. testium numerus impleatur. Plautus in Perfa:

*Non ne antestaris tuā n' ego causa carnifex Cuiquam mortali libero aures atteram?*

Horatius:  
— Licet antestari? ego uerò  
Oppono auriculam.

L. Columella: Neq; enim singulis totidem antistitores possit dare, qui obseruent, quicq; præcipiant, ne acerba uia demetantur. Videtur ergo Testis quasi Antestis, per aphæresin dictus: sicut & Institor, quasi Antistitor, licet ab instando Vlpianus maluerit<sup>d</sup>. Vergilius, quoniam solebant testes rogari, pro rogatis, inuocatisq; accepit:

*Dum queror, & diuos, quanquam nil testibus illis Profeci.*

Constantinus Imp. eum quem Caius Boethiusq; in Topicis Antestatum uocant, ipse quadam constitutione, iuris testem, uel interpretem appellat<sup>e</sup>. Marcus Cicero Epistolarum libro secundo, ad Cælium scribens, Comicum testem dixisse uidetur Phanniam Aprij libertum, cuius ipse septima ab eo loco epistola meminit, quasi suspectum in patroni causa, quòd in comœdijs testes non ex ueritate rei, sed ex argumento poëtæ introducantur.

*Quid sit Synthesis in uestibus apud Scæuolam, quid coopertoria Tabiana.* CAP. XXI.

**S**ynthesis Græcis compositionem significare, nemo est qui ignoret: Latinis uerò etiam uestem esse uilem, qua ferè in Saturnalibus uterentur, aliquando admonui. At apud<sup>f</sup> Scæuolam aliud quiddā uidetur. eius uerba sunt: Sempronie coopertoria Tabiana, & tunicas tres cum palliolis, quæ elegerit, dari uolo. Quæro, an uniuersa ueste, id est, Synthesi, tunicas & palliola Sempronie eligere possit? Respondi, si essent tunicæ singulæ cum palliolis relictae, ex his duntaxat eligi posse: quòd si non essent, hæredem uel tunicam & palliolium ex Synthesi præstaturum, uel ueram æstimationem earum.

Quo re pōso existimant doctores, optione legata, de his, quæ in hæreditate sunt, intelligi, alioquin ex uenalibus eligendum. Sed mihi aliud uidetur Scæuolam sensisse. Quærendum igitur, quid apud eum sit Synthesis: &

*c Instit. quibus modis filij ex euit de potest. patr.*

*d l. iij. de institor. actio.*

*e l. fin. C. de hie qui in eccles. manumit.*

*f l. Titia testimonio. de ant. & arg. leg. 4.*

sis: & ego arbitror, cuiusdam ordinis nomē esse, ut sicut par gladiatorū dicimus, & T. Liuius, egregium par Consulū: sicut de unionibus idem Scæuola lineam margaritarū dixit, ita in uestibus sit Synthesis, id est, ordo quiddā & conformis uestium cōpositio, cum tunica, sagum, chlamys, caligē, eiusdem sint coloris: uulgo Libræam uocant. solebant autem pro feruis tali ordine à dominis emi, uerisimileq; est dominum omnes eodem habitu indutos comitari consueuisse, quod etiam nū fieri uidemus. Igitur cum testatrix coopertoria Tabiana legasset, quæ scilicet à Tabia Italiae (ut Stephanus scribit) ciuitate portabant, itemq; tunicas tres cum palliolis, dubitatum fuit, quæ deberent: uolebat enim legataria, partim ex una Synthesi, partim ex alia eligere, & ordinem, pariaq; uestium peruertere, eo prætextu, quòd electio sibi concessa esset. Respondit Iureconsultus: si aliqua Synthesis sit, quæ tunicas cum suis palliolis ordinatas habeat, posse eam eligere, alioquin hæredis arbitratu æstimationē præstandā. Quo argumento si tibi quis legauerit ex omnib. caligis suis illud par, quod uoueris, non poteris unam caligam ex aliquo pari, aliam ex alio accipere. Erant autem Tunicae uestes, quas subtus pallium ferebant mulieres: uerisimileq; est certæ tunicarum formæ, certa quoq; palliola imponi consueuisse: quem ordinē non debuisse uariari, æquissimè Scæuola respondit. Videtur autem palliū muliebre, non dissimile fuisse ei indumento, quod Mantellum à tegendis manibus uulgo uocant, Græci μανδύλιον, tametsi Iul. Pollux lib. VII. μανδύλιον cōmemoret, quas uillosa mantilia interpretat: quorū & Varro meminit. Hinc Plautus in Capt. pro tegmine & coopertorio accepisse uidetur: Nec mendacijs subdolis mihi usquam mantellum est meis.

*Quid sit munus dari, apud Iurecōsul. de gladiatorioq; intelligi, non simpliciter de qualibet largitione.* CAP. XXII.

**S**I testator (inquit Paulus<sup>a</sup>) dari quid iussisset, aut opus fieri, aut munus dari: pro portione sua eos præstare, quib. pars hæreditatis accresceret, æquè atq; cætera legata placet. Existimauit Bartolus huius responsi argumentō, si testator centum legauerit pro palatio, uel tali opere faciendo, eius hæredes non nisi pro hæreditaria portione teneri<sup>b</sup>. Mihi semper contraria opinio magis placuit: non solum quia alijs legibus magis conueniens, sed etiam quia solemus dicere, dandi obligationē, quæ factō accedat, ex facti natura censi: dubium autem non est, facta indiuidua esse. Nec me mouet suprascripta Pauli sententia: quia in ea non attingit Iureconsultus utrum obligatio, quam testator hæredi imposuit, dandi uel faciendi diuidatur, uel id minus: sed solum, an portio accrescat cum onere suo: loquiturq; non respectu legatarij, sed ipsorū hæredum inter se, quorū quilibet ab

*a l. mortuo. §. fi. de leg. ij.*

*b l. fideicō. §. penul. de leg. iij.*

*c l. cū seruus. de cond. & dem.*

altero potest familiae eriscundæ iudicio cōpelli, ut pro parte sua adimpleat<sup>d</sup>, exoneretq; cohæredem: alioquin dum exemplū in contextu adducit de eo, qui opus fieri, aut munus dari iussit, malè loquutus fuisset Paulus, cum dubium non sit, obligationem operis faciendi non diuidi, sicut nec muneris dandi. In telligō autem dandi muneris, scilicet gladiatorij: quia sic solebant ueteres loqui. Tranquillus in Ner. Hos ludos spectauit è proscenij fastigio, munere, qd in amphitheatro dedit. Val. Max. lib. II. Gladiatorij munus primum Romæ datum est in foro boario &c. Nam si de dono, quod alij faciunt, intelligamus, batologia quadam uteretur Iurisconsultus, qui prius dixerat, Si testator quid dari iussisset.

*Quintæ Calendæ quæ intelligatur: unde Calendarium: qualis sit promissio intra Calendas, aduersus Gellium.* CAP. XXIII.

**S**I quis ita interrogatus, Intra Calendas Quintas dabis? respōderit, Dabo Idibus: non obligabitur: non enim sic respondit, ut interrogatus est. Verba sunt Vlpiani<sup>e</sup> libro ad Sabinum XVIIII. quæ nostri maiores hæctenus de quinque diebus ante Calendas eius mensis, de quo ageretur, interpretati sunt: existimantes, opinor, idem esse, Promittis intra quintas Calendas, uel quinto Calendas: cui sententiæ ratio Latini sermonis repugnat. quapropter ea appellatione potius de quinque mensibus est accipiendū: qui modus loquendi ex fœneratorū consuetudine ortus uideri potest<sup>f</sup>, qui solebāt in singulas Calendas mutuū dare: unde & Calendariū pro libro rationū, in quo fœneratores nomina debitorū describebant. Seneca libro de Beneficijs I. Nemo beneficia in Calendario scribit. Et rursus: Calendarium uersat, fit ex domino procurator. Horat.

*Hæc ubi locutus fœnerator Alphius, Omnem relegit Idibus pecuniam, Querit Calendis ponere.*

Qua ratione & centesimas usuras dictas quādoque admonui, cum XII. annua in singula centena soluunt: centum enim mensib. usura æquat sortem. Theodosiani Codicis interpretis rectè centesimam interpretatur, qua tres siliquas annuas in singulos solidos accipimus. Est autem Solidus in Iure nummus aureus, quem ἀυρὸς aliqui Græci, & δρωάειον dicunt, eius ponderis, cuius Latinis est Sextula uel Stagium, id est, octo oboli: tres uerò siliquæ obolum constituunt, quod à nobis eo libello declaratum est, qui inscribitur, de ponderibus & mensuris. Sanè ex eadem fœneratorum consuetudine & ille modus loquendi ortus est, Centesimis Calendis dare spōdes: id est, intra octo annos & menses quatuor. Licet aliqui centum annos intelligant, sed non rectè. Cæterum dubitari potest, qui intra Calendas promissit, an ipsis solum Calendis soluere possit. Et refert A. Gellius lib. XII. cap. XIIII. consuluisse hoc de Sulpitiū Apollina-

*d l. ij. §. ex his. de uerb. oblig.*

*e l. i. de uerb. oblig.*

*f l. lecta. §. cert. pet. g l. pen. cod. tit. luxorem. §. le gauerat. de legat. iij.*

*a d. l. Theopompus.*

*b cap. forus. de uerb. signif.*

rem celeberrimi nominis grāmaticum, qui in eo cui mandatū est, ut intra calendās pronunciet, respōdit, propriē in ipsis Calendīs pronuciare debere, non antē, licet usus aliter obtinuerit: aiebat enim, ultra, citra, intra, idem esse quod uis, cis, in, & euphoniae causa eandem particulam omnibus additā. Sed certē consultius fecisset Gellius, si nō grāmaticos, sed consultos iuris ea de re adijisset, a quibus didicisset idem esse, siue quis intra Calēdas, siue ante Calendas, siue Calendīs stipuletur: quia intra Calendas, non in Calendīs, ut ille docuit, sed in Calendas significat. Nec est dubiū prapositionem In, accusatiuo casui appositā, usq; significare. Vergil. In lucemq; rulsisset: id est, usq; ad lucem. Martialis: *In lucem semper Acerra bibit.* Qui ergo in Calendas promittit, usq; ad Calēdas, & consequenter etiam ante Calendas promississe uidetur.

*Elices qua significatione in iure accipiatur, itemq; Abulices.* CAP. XXIII

**S**VLcos aquarios (inquit Vlpia.<sup>b</sup>) qui hinc Elices appellatur, si quis faciat, aquae pluuiae arcendae eum teneri. Existimaui quādoq; corruptū esse eum locum, & legendum *ἰσχυράλακον*, quod sic uocentur sulci aquarij Graecis, itemq; Traquillo in Nerone. Nunc arbitror nihil immutandū, idq; L. Columella autore, qui lib. i. de re rustica, cap. viii. Cauebitur, inquit, ut patentes *lyras*, crebrosq; sulcos aquarios (quos nōnulli *elices* uocant) faciamus, & omnem humorem in colliquia, atq; inde extra segetes deriuemus. Idem lib. xi. cap. ii. Principio Nouembris fossas, riuosq; purgare, & elices, sulcosq; aquarios conuenit facere. Arbitror tamen Elices propriē dici capita fontium, & scaturigines. Vnde Aquilices Callistrato, qui artē hanc exercent, sciuntq; quomodo aquae elici possint, & ideo nihil apud eum emēdandū reor: tamen si fuerint qui uel errasse Iureconsultum asseruerint, uel Aquilegem scribendū. Sed nihil obstat, ab eo, qui Aquilex nominādi casu dicit, & aquilicē, & aquilegem deduci: sicut & maior unicuiq; uideri debet Columellae, Callistratq; autoritas, Nonij Marcelli testimonio, qui ignorasse uidet, qui sint elices.

*Plurimae Graecae uoces sparsim per uaria Digestorum loca restituae.* CAP. XXV.

**L**Vbet in praesentia quaedam Iureconsulto rum mendosa loca ex Graeca lectione in suum nitorē restituere, quō satis curiosis faciam, qui nō contenti desudato hac in re aliās a me labore, in arenam reuocant, & reliquarime uetere hoc in alieno aere non patiuntur: reponam hanc in praesentia, non quod plura non habeam, sed quod ex omnis huiusmodi ferē sint insigniora. Vlp.<sup>c</sup> Qui deprimat aedificium, potest luminibus officere, si fortē *κατ' ἀνωκλάσιν* lumen in eas aedes deuoluatur. Interpretare autem uocem illam Graecam,

a l. qui ante l. praeced. de uerb. oblig.

b l. j. de aqua plu. arcen.

c l. si arborem. de ser. urba. praed.

per reuerberationem, seu repercussionem. Idem Vlpian.<sup>d</sup> Quidam decedens filiis suis dederat tutores, & adiecerat, eos *ἀνεκλόγιστους* esse uolo. Et infra: Quamuis testamento cōpraesum sit, ut *ἀνεκλόγιστοι* sint. Intelligi ea uoce eos, qui rationibus reddendis soluti sunt, quos pares semper rationes habere ait Cor. Tacitus. Alij *ἀλόγιστοι* legunt: sed prior lectio castigatior, & significantior est. Idem autor est<sup>e</sup>, chartas ad ratiunculam, uel *λογάριον* paratas, penoris appellatione cōtineri: uidetur ea uoce intelligere nō codices, uerasq; rationes, sed potius quaedam aduersaria, quae fiunt causa describendi, quod quotidie in uictualib. expendatur, quale est quod diurnum ueteres dixerunt. Iuuenalis: *Et longi relegit transuersa diurni.*

Apud Aristophanem Logarium pro nugis accipitur. Apud Scauolam testamento ita cauit<sup>f</sup>, *ὅστις βόλομαι δδῆναι νομισματεχλῆια, ἐπεὶ ἐφθασεν γρηνηδῶσαι μετὰ τῶν πλῶν μισθῶν αὐτῶ γρηνηδῶν ἐλδῶδερων.* quae uerba recte a Bulgaro translata leguntur, sicut & illa Vlp.<sup>g</sup> Nam & cum quidam Graecis uerbis ita fideicommissum reliquisset, *ὅς ἐάντι ἐάν δουκιάσῃς ἐλδῶδερῶν δδῆναι βόλομαι*: illi si probaueris libertatem dari uolo. Idem Vlpian.<sup>h</sup> Puto & *ἀναγραφῶν*, scilicet, facere instrumentorū, id est, descriptionem uel repertorium, seu inuentarium: sunt enim omnes hae uoces in usu Iurisconsultorum, sicut in Pandectis Thuscis legitur: licet uulgata exemplaria, Puto creditoribus esse dandā copiam instrumentorū, scriptum habeant. Idem Vlp.<sup>i</sup> Puto & Graecē acceptum ferri posse, dummodo sic fiat, ut Latinis uerbis solet: *ἐχεις λαδῶν δλωδερῶν τῶσαι: ἔχω λαδῶν*: tot ne denarios acceptos fers: acceptos fero. Idem<sup>k</sup>: Flumen perenne est, quod semper fluit, id est, *ἀγρῖναθ*: torrens, quod hyeme, hoc est, *χειμῶδες*. Idem Labeo & Pompo. scribit moechum depransum in ipsis rebus ueneris occidi posse: & hoc est quod Solon & Draco dicunt, *ἢ ἔργω*, id est, in re ipsa. Alij ex Luciano legūt, *ἀφθρα γῖ ἀφθροῖς ἔχοντα*: quae lectio magis elegans & erudita est, quā uera. Si enim in lege Iulia id spectandum esset, rarissime accideret, ut iure moechus occideretur. Ab antiqua igitur lectione nō recedendum. Idem<sup>m</sup>: In summa, si incontinenti impositum quid sit liberto quod *ἀπεωρεῖ μδθ* oneret eius libertatem, id est, imminens: quale metaphoricōs illud Persianum, *Et magis auratis pendens laquearibus ensis, Purpureas subter ceruices terruit.*

Idem<sup>n</sup>: Liberalia studia accipimus, quae Graeci *ἐλδῶδερῶν μαθηματῶν* appellant. Idem<sup>o</sup>: Et si peculium meum testator dixerit (quia plerique *κατακλειστικῶς* patrimonium suum peculium dicunt) cogendus erit restituere. significat ea uox diminutiua forma. Nam & alibi peculium pusillam pecuniam interpreta-

tur, qua in re aliās Laurentium Val-

lam Iurisconsultos accusantem

repercussit.

Idem<sup>p</sup>: Quod in re aliās Laurentium Val-

lam Iurisconsultos accusantem

repercussit.

Idem<sup>q</sup>: Quod in re aliās Laurentium Val-

lam Iurisconsultos accusantem

repercussit.

Idem<sup>r</sup>: Quod in re aliās Laurentium Val-

lam Iurisconsultos accusantem

repercussit.

Idem<sup>s</sup>: Quod in re aliās Laurentium Val-

lam Iurisconsultos accusantem

repercussit.

Idem<sup>t</sup>: Quod in re aliās Laurentium Val-

lam Iurisconsultos accusantem

repercussit.

Idem<sup>u</sup>: Quod in re aliās Laurentium Val-

lam Iurisconsultos accusantem

repercussit.

Idem<sup>v</sup>: Quod in re aliās Laurentium Val-

lam Iurisconsultos accusantem

d l. j. de adm. tut.

e l. ij. de pen. legat.

f l. pen. de man. testa.

g l. fideicom. de fid. libert.

h l. si. de bon. au. to. iud.

i l. an inutilis. de except.

k l. j. de sum.

l l. quod ait. ad l. iul. de adult.

m l. j. quarū rerum act.

n l. j. de uarijs & extraor. cog.

o l. cogi. ad Trebell.

*De Codice Theodosiano nuper edito, quaedā scitu non indigna.* CAP. XXVI.

**C**ircumferebatur iandiu per bibliothecas ueteres Codicis Theodosiani titulo liber, cum Caij Institutionibus, itemq; Pauli sententiarum libris v. nuperq; per chalcographos typis est editus, fuitq; id nō modico honori Iustiniani nostri nomini, cum ex editi illius collatione ostendatur, quantum legalibus studijs adiuuētū attulerit noster, uereq; ab eo in praefatione dictum, recipere studiosos *χρῆσαι χαλκῆσιον*. Tametsi, quantum ex ea lectione deprandī, appareat, autores eos mutilatos fuisse, & Theodorici Francorum<sup>a</sup> regis iussu, doctum aliquem eius tempestatis hominem in breuiarium redegisse eos autores: & non solum interpretationes marginib. adiunxisse, sed etiam aliqua in contextu commutasse: quo fit ut apud Caium ecclesia, & ecclesiastica iura legant, & pro praeside, curia, & adfiliati pro adoptiuis, & si qua similia: quod & ipse ingenuē uidefateri, dum sub rubrica de rescriptis Princip. se ex constitutionibus Principū ait, itemq; Caio & Paulo elegisse, quae causis suorum temporū necessaria uidebant. Adiuuit utcunq; quisquis ille fuit, nostra studia, prauiūq; nobis quibusdam in locis, quae haud dubie absq; eo percipi non potuissent. Igitur inter caetera, quae memoratua digna eo uolumine deprandī, quasdam obseruauit dictiones, quae nescio an usquā alibi eo in sensu reperiantur, quo usi sunt illi autores: libuit itaq; in lectoris gratiam pauculas haec hic describere. Secretarium nō uno in loco pro aula, in qua iudices cōueniunt<sup>b</sup>, & ius redditur, ferē eo sensu quo Auditorium: ut cum Paulus ait: Lecta est in auditorio Aemilij Papiniani praefect. prae. cautio huiusmodi: intelligit enim de auditorio causarū, non de scholis, ut uulgō creditur. Aristoph. *φροντιστήριον* eo sensu rīlus causa innouauit, a philosophorū cogitatione, & cura. Cellariū, pro collatione prouincialium, ibidem accipitur, cū eo nomine Comites, uel praesides prouinciae, ut cellam suam instruāt, annonamq; suam augeant, aliquid extorquent: eadem ratione uox deducta, qua Cerarium apud Ciceronem in Verr. cū praeextu cerā, uel sigilli, aliquid corraditur. Sic hodie Iurisconsulti possent pecunias illas, quas pro cadelis uocant, appellare, quasq; sibi praecipunt, ut uideant, an respondere pro cliente de iure possint: si adhibita diligentia depranderint non posse, eo cōtenti sunt: si fouere bonā causam uiderint, auctario, seu corollario est opus. Muliercularius, qui alienas mulieres affectatur: ea forma, qua Vxorius, qui propriam uxorem amat: uox est a Constantino Imperat. usurpata: sicut Ancillarius seu *κατακλειστικῶς* Ancillariolus apud Martialem, qui ancillas sequitur, & in eis insanit: & Lecticaria, quae lecticas nobilium non aspernatur. Medicamentarius quoque ibidem, qui ma-

a gl. in nouella Valentin. de homicidio.

b l. constituto tē pore. de exac. lib. xj. Theodof. Cod.

lo medicamento aliquem potionauerit. Internecij actio, pro accusatione, seu iudicio homicidij: uox a me alibi, quod sciam, non lecta. Commonitorium, pro conuentione tacta, & absq; scriptura facta: cuius quoq; in Iustiniani Codice mentio est<sup>c</sup>. Poliptici, pro chirographo uel apocha, securitatis aut solutionis discussoribus, seu exactoribus tributorum facto: arbitror: Polyptychi legendum, quod ea chartula multas haberet *πίτυχας*, id est, plicationes: ut eadem ratione dicantur, qua & Diplomata, id est, complicatas consignatasq; literas dicimus: unde & triplices & quincuplices Martiali. Auraria functionis nomen, quae collatione Iustrali exigebatur de rebus promercalibus uenaliuarijs. Holographa scriptura, pro testamēto manu ipsius testatoris integrē descripto: unde & nomen sumpsit: *ὅλον* enim totum significat: hinc & holopygium Catullo. Arcalia, pro fisci quodam iure particulari: Reliqua (inquit Theodof.) tam arcaliū quā utriusq; ararij, usq; ad incipiētē primā indictionem, iubemus ad indulgentiam pertinere, id est, remitti. Coloniarium ius, pro conditione colonorum: inter quos, & Adscriptitios, & Seruos, & Vicarios, non multa est differentia, a nostris doctoribus satis clarē tradita. Curiales, & Collegiati: Erant curiales ex decurionibus seu principalibus ciuitatum, & qui munera omnia sustinere tenebantur, & ab alijs exigere: quorum conditio cepit pessima existimari, quia a praesidibus, exactoribusq; tributorum plerunq; inquietabantur, cogebanturq; de suo tenuiorum onera subire: & ideo prohibita eis erat praediorum alienatio, ne solum uerterent, euitandorū munerum causa. Collegiati, artifices erant, & de humilima ciuitatis faece: ex quibus eligebantur qui necessaria, sordidaq; munera sustinerent, qualis erat calcis arenaeq; effusio, cloacarum purgatio, & si qua similia. Strenae Calendae, Pulueraticum, in Nouella Maiorani, nomina sunt exactionum, quas concussores iudices a curialibus extorquebant: tamen Pulueraticum propriē corollarium quoddam, seu auctariū mercedis erat, quae mensori seu arithmetico praestatur, cuius meminit Agennius Urbicus: Agrimensores tres aureos accipiant absque suo Pulueratico. Solebant enim quandoque rationem abaci sui in puluere conficere: unde & Aristophanes, *κατὰ τῆς πραπίδης καταπίδης λεπῶν πέτρων*. Siliquaticum, munus quoddam quo siliquam pro solido pendebant<sup>d</sup>. Papiae quoque legis ibidem caput unum refertur, quo constitutum est, non licere mulieri, quae ex priori matrimonio liberos sustulerit, ad secunda uota transire, nisi ea lege, ut bonorum suorum dodrans eius liberis sit saluus: quod caput alijs addendum est, quae a nobis curiose relata in Dispunctionibus habentur. & haec quidem quod ad eos libros pertinet satis,

c l. j. de def. fra.

d C. j. de Curial. lib. in Nouell. D. Maiorani.



Quid sit deserta promissio, quid item ridica: duo iurecons. loca explicata, correctaq.

CAPVT XXVII.

Lbet duo loca his emendare, qui corrupta esse opinantur sunt: illis qui recte scripta defendere uolent, suum iudicium relicto, nec magnopere repugnaturus. Alter est in hisce Vlpiani uerbis: Quæsitum est, an possit conuenire, ne ulla exceptio in promissione deserta, in iudicio sistendi causa facta obijciatur. Videtur nouus loquendi modus, ut Deserta promissio dicatur, quæ non obseruatur, cum infra contempta rectius appellatur: quare forte legendum aliquis non absurde crediderit, deserta, id est, expressa & specialiter: ut quæstionis thema ab Vlp. propositum secundum responsum uideri possit, in qua distinguit, specialiter renunciatum sit, an id minus: differere enim nihil aliud est, q̄ clare & specialiter sententiã suam exprimere. Tit. Liuius lib. xxxi. Cum in Luctati fœdere disertè additum esset, ita id ratum fore, si populus censuisset. Alter eiusdem est Iurisconsulti, his uerbis: Si quis in uineas meas uenerit, & radices abstulerit, interdicto, quod uia aut clam, tenebitur. Legendum enim Ridicas est Ridica palus, seu pedamentum e quercu, uel roboreo, uel iunipero, quod optimum in uineam afferri solet, M. Catoni & L. Columellæ autorib. Si quis igitur palos uinearum abstulerit, eo interdicto conuenietur: nam de radicibus iam supra dixerat: dubiumq; magis fuit in radicis, quæ solo non ita adherent, & nulla opera extrahi possunt.

a l. sed et si q. s. quæsitum si quis cauit.

b l. is qui puteu. s. si quis quod ui aut clam.

c l. ad bestias de pœnis.

L. ad bestias. ff. de pœnis, aliter intellecta quam hactenus à cæteris fuerit. CAP. XXVIII.

Ad bestias damnatos (inquit Paul.) fauore populi præses dimittere non debet: sed si eius roboris, uel artificij sint, ut dignius pop. Rom. exhiberi possint, principem consulere debet. Interpretati sunt Oldr. Alb. cæteriꝫ interpretes, Exhiberi, id est, per gratiam relaxari: atq; hinc annotandum existimauerunt, ob excellentem alicuius uirtutem fauore populi id petentis, principi pro criminis pœnæ abolitione esse supplicandum, & interim executionem à Præside suspendendam. Alij inter eos, qui ad bestias damnati, & eos, qui bestijs obiecti sunt, differentiam constituunt, quæ tamen rectius à nostris doctoribus non approbatur, cum non satis hoc ostendi ex antiquorū autorum lectione possit: adduntq; id significari, fauore populi scribendum ad principem, qui in aliud spectaculum honestius eum dari iubet, pœnamq; sic temperet, ut si inter athletas prodire mædet. Sed mihi uidentur apertiora esse Iurisconsulti uerba, quam ut possit de eis diutius controtueri. Igitur sciendum, eos qui à Præsibus prouinciarum ad bestias ex delicto damnabantur, solitos in ipsismet prouincijs bestijs obijci, & consumi: nec ex populi fauore de-

buisse Præsides quicquam referre: si tamen eius roboris, atq; artificij sint, ut in spectaculis, quæ Romæ fiebant, oculos spectatorum morari possent, tum demum Princeps est consulendus, an Romam uelit eos damnatos mitteri, ut bestijs subijciantur in populi Rom. muneribus. Nec enim de alleuatione pœnæ quicquam hic agi arbitror, sed solum de rei transductione: cum enim in aliam prouinciã traduci sine permisso principis non possent, qui propter eorum artificium existimet Romam potius mittendos, consulere tum quoq; principem debet, ut in responsi eius sine legitur: alioquin damnatos subijci bestijs, non Romæ tantum, sed in prouincijs, ostendit Asinius Pollio in epist. Cice. lib. x.

Quid significet Epitimia apud Modestinum: & quedam de Reip. curatoribus. CAP. XXX.

Lbet de eo tractatu, qui ad tutelam pertinet, duo ex Græco penu loca studiosis promere, scitu haudquaquam indigna. Primum ex Modestini Excusationum lib. II. lege quadam Græca: in qua, siue Bulgarus, siue quisquis is fuit, cum cætera Latinis reddidisset, eum qui aduersus prohibitionem parentum datus sit tutor, nec se excusauerit, prohiberi esse tutorem, ait, manente epitimia. Quo loco Accurs. epytimio legit, & uoluntatem testatoris interpretatur. Sed certe fallitur Accurs. nec mentem Iurisconsulti fati perceperit. Accipitur epitimia inter cætera pro uia epimia: uoluit igitur filium quidem submoueri, sed tamē nō ideo notari infamia, uel dedecore aliquo, quo suspecti remotiq; tutores afficiuntur: nō enim talis fuit mens parentum, ut filio suo uellent ullam notam inurere. Remouebitur igitur manente epitimia, id est, illabefacta nominis honorisq; sui fama. Alterum est quod Paul. ait, Reip. curatores qui apud Græcos uocantur μὲνδοι, est Græcis μὲνδομαι, quod nobis consulo, curo. Eligebantur autem ex decurionibus senioribus, qui curarent, quæ ad Remp. pertinerent: unde μὲνδοι ἰσθμομα, id est, medicorum decretum, quo compellebantur singuli certas pecunias in commune ærarium deferre, his militibus dandas, qui barbaros submouissent: inuentum ab Aristide, dicitur & παπιδου ἔρανον. Nobis tamen antiquæ lectionis uestigia quedam indicant, non μὲνδοι, sed ἐκδοι scriptum: de quibus alibi non pauca scripsimus. Alij apud Paulum legunt ἐπιμηνται, quod hæc uox generaliter curatorem significet: unde apud Athenienses decem erant hoc nomine, qui emporijs præsiderent, curarentq; in usum ciuitatis triticum deferri. Erant & qui mysterijs curam intenderent à populo electi quatuor, duo promiscue ex ciuibus, tertius ex Eumolpidis, quartus ex præconibus. Erant & in theatris, chorisq; ut omnem iniuriam arcerent. Xenophon quoque hoc nomine attestatur apud Persas fuisse, qui uulneratis in bello medicarentur, Sed mihi prior lectio antiquorum

d l. scire de tut. de cur.

e l. Lucius de adm. tut.

quorum codicum apicibus magis accedere uidetur.

Schemata cognationum, non stemmata dicendum esse: & Plauti in Amphitruone locus explicatus. CAP. XXX.

a l. pen. de gradib. cog.

Admonueram quadoq; apud Paulum in his uerbis subesse mendum: Stemmata cognationum directo limite in duas lineas separantur: legendum enim ex antiquis codicibus, schemata. Visum id pleriq; est nimis nouum, cum Plinius, Suetonius, Iuuenalis, cæteriꝫ hoc in sensu stemma uideantur accipere. Sed ego ferè arbitror ubiq; corruptam à recentioribus eam uocē: & sciendum ueteres pro ipsa graduum, ut ita dicam, arbore, cum imaginibus suis locis appositis, id nomen accepisse. Plinius lib. xxv. cap. III. Stemmata lineis discurrebant ad imagines pictas. Persius:

Stemmata quod Tusco ramum milesime ducis. quo sensu & hic à Paulo accipitur. Nec dubium est, dictionem esse Græcam, unde inspiciendum quomodo ea Græci utantur. & ubiq; uidetur stemma pro corona accipi, ut illud Homericum, σέμματα ἔχου φηχόρσιρ ἐκνέολο ἀπὸ μλων. tradunt omnes interpretes: pro imagine uero & facie quadam, χῆμα. unde etiam Paulus apostolus prima epist. ad Corinth. τὸ χῆμα τὸ νόστος τὸ ττο, fallimur huius mundi imagine: rectius quam ut uulgo habet, præterit nos forma. Hinc χημαλιζόμενος factitium, compositiū significat. & Latinis quoq; schema, pro forma accipitur. Plautus in Amphitruonis proœmio:

Quod ego huc processi cum seruili schemate, Ego serui sumpsi Soffæ mihi imaginem.

Quod clarius sequenti scena explicat, ubi Soffia inquit:

Nam hic quidem omnem imaginem meam, quæ ante hac fuerat, possidet:

uiuo sit, quod nunquam quisquam mortuo faciet mihi.

Quem locum interpretes non intelligunt: solebant enim in illustrium funeribus afferri imagines maiorū eius familiæ, ut Plinius attestatur: mortuo igitur Soffia, nemo eius imaginem tulisset, quia seruus, & stemmate carens, at eam Mercurius tunc uiuente ipso ferebat. Cornelius Tacitus libro tertio: Iuniam funus cæteris solennibus cohonestatū, uiginti clarissimarum familiarum imagines antelatae sunt, Manlij, Quintij, aliaq; eiusdem nobilitatis nomina: sed præfulgebāt Calsius, atq; Brutus, eo ipso quod effigies eorum non uidebantur. Non erat autem ius imaginum, nisi ei qui in magistratu Romæ fuisset. Quapropter Cicero, quamuis aliàs familia equestri, non tamen ius imaginū, nisi in ædilitate, consequutus est: quod ipse ultima in Verrem actione ostendit. Non me latet Donatū grammaticum illud Plautinum sic legere:

Quod ego huc processi, sic cum seruili schemate, sed repugnat syllaba, quæ in ea uoce longa

est, χῆμα, unde & schemata figuras uocamus.

Quæ sit captatoria institutio, & unde dicta. CAP. XXXI.

Captatoriam institutionem dici existimant uulgo nostri doctores, quia ex ea testator remaneret captus, id est, deceptus: Sed aliter ego censeo: captare enim est illecebris, obsequio, donis, spe maiorum aucupari. Merito captatoriam institutionem dicuntur, quæ hac ex causa factæ sunt, ut ab aliquo quis institueretur, uel legatū consequatur: in quibus senatusconsulto hæc solum probatæ sunt, quæ mutuis affectionibus, aut obsequijs iudicia prouocauerunt. Si quæ uero in secreta alienæ uoluntatis collatæ sunt, nō ualent: ut cum Titium instituo, si Sempronius uoluerit: uerisimile enim est, me Sempronium captasse, ut cum tantum sibi licere de bonis meis uideat, legato me, uel hæreditate remuneretur. Idem censendum, si ipsum Sempronium sub hac conditione, si me uice uersa hæredem scribat, instituero: hic enim apertissima est captatio. Sed & si in aliam personam captatio dirigatur, idem est, ne fraudi collusionis sit locus: ut si dixerō, Sempronius hæres esto, si Titium ipse hæredem scribat: quid enim si ipse cum Titio colludam, nōne senatusconsulto fraus fieret? Existimo igitur non tam fauore testatoris senatusconsultū illud factum fuisse, quam captationis ipsius odio. Malè enim semper apud ueteres audiuit id hominum genus. Plinius epistolarū libro secundo: Regulus, qui speraret aliquid ex nouis tabulis captare, eum coepit. Et mox: Improbissimum genus est aliena testamenta, falsis ipsis, quorum illa sunt, dicitur. Aduersus eosdem, & non uno in loco, inuehitur Martialis: irridet & quibusdam dialogis Lucianus, fraudesq; detegit. Sed quid si captatoriam institutionem interpretemur, quæ in secretam alicuius uoluntatem collata est: quia uerisimile est fore, ut is arbiter ab omnibus captetur, ut quod eorū cōmodo sit declarat. Extat Theodosij cōstitutio, qua Leontij lucundæq; conjugum pietatē laudat, qui isdem tabulis ambo testamentum condiderant, & se inuicem hæredes scripserant: qui mos hodie in Germania plurimū obseruatur. Nec enim, inquit ille, captatoriū iudiciū dici potest, cum duorum fuerit similis affectus, & simplex religio testamenta condentium.

b l. captatoriat. c. de test. mil.

c l. captatoriat. de hæ. instit.

Quid sit nuncupare, unde nuncupatiuum testamentum, quamq; significationem habeant nomina. CAP. XXXII.

Testamentum, quod iure ciuili coram septem testibus nominato hæredes fieri solet, in iure nuncupatiuum dicitur: cuius uocis ea uidetur ratio, quod nuncupare, sit nomina capere: unde quia proprijs nominibus testes accipiebantur, uidetur dictum id testamentum: non enim alia solennitate opus erat. Qua similitudine enim nuncupa-

ta pecunia dicitur, quæ (ut Cincius ait libro secundo, de officio Iuriconsulti) nominata & certa est, proprijsq; nominibus pronuncia- ta. Sic & nuncupare uota dicebantur Præto- res, cum ea in tabulas præsentibus multis re- ferunt, redditurosq; testatione facta promit- tunt. Verba legis XII. tab. sunt, ut Festus ait: Cum nexum faciet, mancipiumq; uti lingua nuncupasset, ita ius esto. Plin. lib. IX. capite XXXV. nuncupationem accepisse uidetur pro nominum, id est, titulorum particulari in tabulis descriptione, æstimationeq; nam de ornatu Lollia loquens, Quæ summa, inquit, quadringentes sestertii colligebat, ipsa con- festim paratam nuncupationem tabulis pro- bante. Habebat enim secum rationes, quibus describebatur, quanti quodq; margaritum, quanti smaragdus, cæteraq; res æstimaren- tur: ut eos probare non possim, qui eo in lo- co aucupationem emendant. Sunt enim no- mina causæ ipsæ, seu tituli particulares cuius- libet pecuniæ, quæ in rationibus accepta fer- tur. Horatius:

a l. j. ad Maced.

Cautos nominibus certis expendere nummos. Vlpian. Macedo, inquit<sup>2</sup>, pecuniam (ne quid amplius diceretur) incertis nominibus cre- debat, ne scilicet ex proprijs rationibus con- uinceretur, se filijs familiâs in malos usus mu- tuam pecuniam dedisse. uel quia si contigisset filium familiâs ante patrem decedere, perde- bat foenerator quod crediderat: unde propter periculum grauioribus usuris pecuniâs collo- cabat, utpote quinq; centesimis. Horatius Sa- tyra secunda:

Quinas hic capiti mercedes exigit.

uel quintuplo amplius, quam in cæteris no- minibus fieri soleret, ut ego interpretor. Sic Cic. in Verrem actione tertia inuehitur: qui cum rationes redderet, dixerat se pecuniam stipendio, frumento, legatis dedisse: hæc enim nomina, id est, tituli erogationum, falsa, bre- uia, incerta erant. Moris autem fuit, ut inquit Aconius, unumquodq; domesticam sibi ra- tionem totius uitæ suæ per dies singulos scri- bere: in qua appareret, quid quisque de redi- tibus suis, quid de arte, fœnore, lucro sepo- suisset: quo die, & quid item sumptus dam- ni uel fecisset: sed postquam rei ex suis quoq; tabulis damnari cœperunt, uetus ea consue- tudo cessauit.

In assen uenditio qualis intelligatur apud Modestinum. CAP. XXXIII.

b l. Titius. quib. mod. pign. uel hypoth.

Modestinus lib. IIII. responsorū: Titius, inquit<sup>b</sup>, fundum Sempronio & Seio in assen uendit, quibus pignori antè dederat, in solidum singulis: respondi ius pignoris extinctū esse. Queritur, quid sit in assen uen- dere. An in solidum? & non puto, cum infra addat, In solidū singulis: cum enim satis fuis- set prius expressum, in Battologia uitium Iur- ricons. incidisset. An in assen, id est, uili pre- cio? Vergilius, Non assis faciunt, euntq; recta.

Cato: Quo non indiges, asse charum est. Sed & hoc non satis nobis arridet. An ad iustum calculum? Plin. epist. lib. I. promittis ad cœ- nam, nec uenis, dicitur ius, ad assen impen- dium reddes. Ego arbitror sic à ueteribus in solutū dationem appellari solitam, cum quis tantū rem pignorauerit, quāti uendi poterat: & ideo eam dat in solutū creditori imagina- ria uenditione, quæ per æs, seu assen & librā fiebat: dicebaturq; huiusmodi uenditio in as- sem facta: quem loquendi modum & alibi a- pud Iuriconsultos nostros obseruauit.

Quid sit excessus in Iure, quid ingressus, uoc- ces rhetorum hic declarate. CAP. XXXIII.

M Arcelli uerba sunt: Non ab re autem hoc loco uelut excessus hic subiunge- tur. Quibus in uerbis hæserunt nostrates do- ctiores: nō satis (ut arbitror) tenentes, quid sit excessus. & uidentur ueteres pro digressionem quadam accipere, uel cum quis alius rem re- petit, uel cum capta occasione obiter extra ar- gumentū aliquid dicitur. Plin. epist. lib. IX. lam quid audentius illo pulcherrimo ac lon- gissimo excessu? Quintil. egressū uocat, ex- emplo Græcorū, qui ἄνεκβασις appellant: un- de & ἄνεκβασις λόγος Gregorio Nazianeno. Sic & Aristophani, cæterisq; comicis, actus interposititi ad fabulæ argumentū nō per- tinens, ἄνεκβασις inscribit, quod tum transeat chorus. Est & ἐκβασις, id est, euctus, ea oratio- nis pars, qua quid futurū, indeq; securū sit disputamus. ἐμβασις uerò, id est, ingressus, si- ue ingressio, id dicitur, quod digressioni con- trarium est: id est, quod ad propositam mate- riā pertinet. Cicero in oratore: At uideo hanc primam ingressionē non ex oratoris dispu- tationibus ductam, sed e mediâ philosophiâ. Sic Vlp.<sup>d</sup> Ea pacta, inquit, insunt, quæ legem contractui dant: id est, quæ in ingressu con- tractus fiunt. Si enim ingressum pro princi- pio ex uulgari sententiâ intelligeremus, fal- sum esset Iuriconsulti dictū: cum constet in- esse contractui etiam pacta, quæ post contra- ctum fiunt, dum in continenti fiant, seu con- tractui subijciantur. Adde quod hoc sensu Iur- riconsultus nō declararet, quid sit legem con- tractui dare. unde tu ingressum contractus, interpretare propositā ipsius contractus ma- teriam. Nec enim debet pactū de aliqua re conceptū esse, quæ contractui ipsi repugnet: quod alio loco exposui.

Cur publicum ius in sacerdotibus consistere dicatur, defensio Vlpianus à criticis. CAP. XXXV.

P ublicum ius, inquit Vlp.<sup>f</sup> est, quod in sa- cris, sacerdotibus, & magistratibus con- sistit. Atqui, inquit Agricola in dialecticis, sacerdotes quoq; erant iure gentium consti- tuti: unde male diuulsi uidetur Iureconsul- tus sacrorū, sacerdotumq; ius à naturali gen- tium iure submouendo. Sed sciendum est, publicum propriè in iure nostro accipi, quod ad populum Rom. pertinet: quæ enim alijs gentibus

c l. iam dubitari non potest, de hered. instit.

d l. iurigent. s. ut puta. de pac- tis.

e l. in bon. fid. C. de pact.

f l. j. de iust. o. iure.

g l. bona ciuitatis. de iur. sig.

gentibus publica sunt, pro priuatis habentur: at sacra pop. Rom. ad eum tantū pertinebāt, nec cum cæteris gentibus communia erant. Traianus ad Plin. Solum, inquit, peregrinæ ciuitatis, capax nō est eius dedicationis, quæ iure nostro fit. Tacitus lib. III. Cunctas cere- monias Italicis in oppidis, templaq; & numi- num effigies iuris atq; imperij Romani esse. Nam & Liuius ostendit, in urbiū deditioe sacra pop. Rom. dedi solere. Vnde & idem li- bro octauo: Lanuuinis, inquit, ciuitas data, sa- craq; sua reddita, cum eo, ut ædes Iucisq; so- spite Iunonis cōmunis Lanuuinis municipi- bus cum populo Romano esset.

Cur damnatus depositi infamis sit, cū in com- modato, mutuoq; aliud obseruetur, rationes Aristot- elis excussa. CAP. XXXVI.

a l. j. de his qui not. infam.

I N edicto prætoris, qui actione depositi suo nomine damnatus est, infamia notat<sup>2</sup>: & ta- men qui mutui, cōmodati uel damnatus est, non notatur. Sed unde hoc? Et Aristoteles Problematum sectione XXI. quasdam ra- tiones adducit, quas nescio quantū Iuricons-ulti nostri probaturi sint, ego certè omnino eis acquiescere non possum. Depositum, in- quit, sit penes amicum: mutuū uerò propter spem usurarū, etiam alienis cum hominibus contrahitur. atqui amicis potissimū mutuam pecuniā dari, quotidie uidemus, etiam citra ullam fœnufculi expectationem: imò uel cer- tissima cōiectura discerni inde amicos, Græ- co uersiculo testatum est:

Κείνδ' ἄλλος ὁ χρυσὸς, ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ.  
Ab igne ut aurum, ab auro amicus noscitur.

Et ut uera sit Aristotelis in mutuo sententia, in cōmodato certè defendi non potest, quod nō nisi amicis conceditur: qua ratione & aliæ eius rationes confutari possunt. Ego puta- rim idcirco notari depositariū, quia maior in- eō fides requiritur, quem quis sponte elegit, & summæ probitatis fiducia cæteris prætu- lit: at cōmodatum, cum utilitatem commoda- tarij respiciat, non sponte domini cōtractum uidetur, qui interpellanti amico nō ausus est forte denegare, cum tamen fidem eius non a- deo probaret.

C. Affraniam, non Calphurniam edicto de postulando causam dedisse, emendatusq; ille Vlpia- ni locus. CAP. XXXVII.

b l. j. de postul.

C Vr mulieres prætor à postulando arceat, Coriginē Vlp.<sup>b</sup> introductā ait à Calphur- nia improbissima fœmina, quæ inuerecundè postulans, & magistratū inquietans, causam edicto dedit. Verū antiquorū codicum le- ctio in Calphurniâ nomine uacillat: unde ego arbitratus sum de C. Affrania intelligen- dum, quæ Licinij Brutionis uxor, prompta ad lites cōtrahendas, semper pro se apud præ- torem uerba facit: non quod aduocatis desi- ceret, sed quod impudentia abundaret. unde & ad notissimum muliebris calumniæ exem- plum euasit, adeo ut pro crimine improbis

fœminarū moribus C. Affrania nomen obij- ciatur, ut Val. Max. libro VIII. autor est.

Cur fures balnearij grauius pleclantur, Aristotelis rationes adductæ, approbatæq;. CAP. XXXVIII.

C Vm integro tractatu de furtis Iurecon- sulti nostri differuissent, addidere dein- de de furibus balnearibus rubricam, quibus & grauiorem pœnam constituerunt: nempe, ut ad opus publicum certo tempore damnen- tur. Sed qua ratione id inducū putabimus? Et Aristoteles Problematum parte XXI. has adfert. In primis, quia in domibus rem cu- stodire melius possumus, parietum firmitate, clauibus, sigillis, cura domesticorum, itemq; extraneo nemine admisso: at in balneis, hu- iusmodiq; locis publicis, nulla est alia, quam quæ non cōniuentibus oculis sit cura: ut me- rito acriore pœna coercendi hoc casu fures fuerint, quos nulla diligentia satis custodire poterat. Item qui in publicis locis furantur, impudentiores sunt, & deplorata citra corre- ctionis spem ullam uita: at priuati fures cum magis clandestinè id agāt, spem aliquā emen- dationis habent, ut quos magis pudeat talia facere. Sed & qui in publico furtū facit, non soli domino, sed & reipublicæ iniurius est. Adde quod huiusce atrocior quoq; est contu- melia, qui dominum cogit domum nudum reuertī, & omnibus interim iudicū esse. & hæc quidem Aristoteles.

Hypothesis in Vlpiani responso ex Aesop- i fabella apposta. CAP. XXXIX.

S Olent medici cum ad lauream admittun- tur Hippocratis iusiurandum iurare, quo & inter cætera id continetur, exhibituros se operam suam quibuscunq; ægrotis ἀδελφὸν μὲν καὶ συγγράφῃς, id est, sine mercede, & absq; pa- ctione ulla. Quod si agrum hominem con- tractu aliquo defraudent, iure nostro extraor- dinaria cognitione, quod extortum est resti- tuitur. Medicus, inquit Vlpianus, cui curan- dos oculos eger commiserat, periculum amit- tendorū eorū per aduersa medicamenta infe- rendo, compulsi ut ei possessiones uenderet: inciuile factū præses prouinciæ coërceat & c. Videtur autem hæc hypothesis ab Aesopi fa- bula emanasse, qua traditum est, lippientem anum medici operā implorasse, qui quoties ab ea impositis collyrij: recederet, furto secū aliquid de domo auferbat: demum cum con- ualuisse, & de mercede à medico interpella- retur: Atqui, inquit illa, minus in præsentia quam olim uideo: plura enim in domo uasa, instrumentaq; lippiens conspiciebam, quam nunc sana conspicari possim.

c l. medicus. de uar. cog.

Quæ sit uulgaris uxor apud Vlpianum. CAP. XL.

I N ea uore, inquit Vlpianus<sup>d</sup>, potest ma- ritus adulterium uindicare, quæ uulga- ris fuerit: quamuis si uidua esset, impune

d l. si uxor. de adult.



in ea stuprum committeretur. Dubitari probabiliter potest, quæ uulgaris uxor dici possit. Accursius meretricem intellexit: quæ sententia dura est, ut adulterij pœna teneatur, qui meretricem uitiarit: cur enim permittit maritus eam quæstum facere? Ego uulgarem potius intelligo, ex aduentitio uulgo, non ex ciue Romana. Tranquillus in Vitellio, capite secundo: Ex muliere uulgari Antiochi cuiusdam, furnariam exercentis, filia equitem Romanum genuit &c. arbitrorq; legem Iuliam adulterium quidem generaliter in nuptis puniuisse, excepta tamen meretrice, uel famulis cauponum, quæ non solum uulgares, sed uilissimæ sunt: in uidua uerò nobilem seu honestam à uulgari distinxisse. Vulgarè, dummodo nupta, nec apud Athenienses legum pœnis exempta fuisse ostendit & Lysias orator in Apologia, ubi licuisse marito in ea depræsum moechum occidere autor est: καὶ ἔτι οὐ φέρεται ὁ νόμος ὅτι τῶν γυναικῶν γυναιξὶ δικαίως τῶν αἰσχρολογῶν ὡς τὰ καὶ τῶν παλαιῶν τῶν ἐλάττων ἀξίως τῶν αὐτῶν δίκαιον ἐπέθηκε. Adeo, inquit, uehementer hanc in nuptis mulieribus pœnam iustam legislator existimauit, ut in uulgares quoq; pellices idem constituerit. Sed quid si Accursium defendamus, & uulgarè intelligamus, quæ licentiam stupri apud ædiles uulgasset? Tacitus libro secundo: Eodem anno, inquit, grauibus senatus decretis libido foeminarum coërcita: cautumq; ne quæstum corpore faceret, cui auus, aut pater, aut maritus eques Romanus fuisset. Nam Vestilia, prætoria familia genita, licentiam stupri apud ædiles uulgauerat, more inter ueteres recepto, quo satis pœnarum aduersum impudicas in ipsa professione flagitij credebant &c. Mihi tamen prior sententia magis probatur.

*Diaconissa, pythoissa, abbatisa, an Latine dicantur defensu à grammaticorum accusatione Iustinianus. CAP. XLI.*

Sunt qui barbari sermonis reum Iustinianum faciant, quod diaconissam dixerit. Sed tamen exemplo ille loquendi modus non caret. Augustinus enim in libris de ciuitate Dei, uaticinatricem mulierem, quam Græci Pytho uocant, ipse Pythoissam dixit: licet in Canonicis decretis etiam magis barbarè scriptum sit phytonissam, xxv. quæst. vi. cap. ult. Sic Phauorinus philosophus Aethiopsissam dixit, ut Stephanus autor est: quam uocem etiam apud Donatum in Terentiū reperies. ut male faciunt, qui Iouianū Pontanum reprimunt, quod ea usus sit quodam dialogo. Hieronymus certè nosfer non semel abbatissæ meminit, non minusq; hanc sibi licentiam permittit, quam Vergilius, cum secundum regulas Phœnissam Didonem dixit, uel cum Athenienses tenuioris fortunæ mulierem θήσσαν uocant, ut apud Apollonij interpretè est: nisi quod θήσσα, à masculino θής deducitur, sicut à κήσς κήσσα. Sed hæc & huius-

modi grammaticis perquirenda, discernendaq; relinquamus: nobis satis sit, ut cunctis Iustinianum defendisse.

*Iudicium, quos legum interpretes potissimum parare sibi studiosi debeant. CAP. XLII.*

Extat Volcatij Sedigiti antiqui autoris iudicium de Comicis poëtis carmine iambico factum, quod Aulus Gellius, Macrobius, Donatus, tanquam iustissimū probant. Extat & aliud de omnibus poëtis generaliter à Marullo summa cum examinis diligentia compositum, quod & ipsum ab omni studioforum classe laudatur. cur & nos de interpretibus nostris, quos adeo multos in Iure habemus, idem non experiamur? non quidem de doctrina eorum (id enim periculosius, & fortè temerariū) sed de utilitate, quam quisq; studiosus maiorem ex eorum dictatis consequi possit. Id existimamus omnibus perpensis sic rectè fieri:

- In Iure primas comparatus ceteris
- Partes habebit Bartolus.
- Decisiones ob frequentes, actio
- Baldum forensis sustinet.
- Non negligenda maxime est tyronibus
- Castrensis explanatio.
- Opinionum tutius symplegadas
- Superabis Alexandro duce.
- Ordinis Iason atq; lucis nomine
- Videndus est properantibus.
- His si quis alios addiderit interpretes,
- Onerat quam honorat uerius.

*Declarata Vlpiani lex, & qui sint qui præbenda locent. CAP. XLIII.*

Inuiti, inquit Vlpianus, testimonium non dicunt publicani: item is qui exercitui præbenda conduxerit. Accursius præbendam legit, & subaudit annonam. Ego ueterè lectionem probo, quod solerent antiqui neutro genere ea dictione loquendiq; modo uti. Plautus in Persa: Præbenda ædiles locauere. Gellius lib. x v. capite quarto, de Ventidio tradit, cū adoleuisset, sibi uictum ægrè quæsisse, eumq; fordidè inuenisse, comparandis mulis & uehiculis magistratibus, qui sortiti prouincias forent, præbenda publicè conduxisse: in eo quæstu notum esse Cæsari coepisse. Reperitur & apud Liuium eodem modo non uno in loco: ut appareat, quas sacerdotum præbendas uulgo uocamus μετὰφορεῖσθαι, posse nos Latinius neutro genere præbenda dicere.

*De conditione, cum moriar, disputatio Tauri philosophi à Iureconsultis nostris finita. CAP. XLIII.*

Hæc conditio, inquit Vlp. Cum moriar liber esto, uicq; tempus amplectitur, & idcirco inutilis esse uidetur. Sed melius est uerba benignius interpretari, ut post mortem suam uideatur testator ei libertatem reliquisse, Quibus uerbis apparet decisam esse quæstionem

a Liuii. ij. de testib.

b l. qui duos. si hæc conditio de man. test.

tionem, de qua apud Taurum philosophum disputatum fuisse, Aulus Gellius libro sexto, capite XIII. autor est. Quæsitum est, inquit ille, quando moriens morerè, cū iam in morte esset, an tum etiam, cū in uita foret. Et quando surgens surgeret, cū iam staret, an tum etiam, cū sederet. Nam alij moriendi uerbum atq; momentum manente adhuc uita dici atq; fieri putauerunt: alij nihil in eo tempore uitæ, totumq; illud quod mori dicitur, morti uendicarunt. Sed Plato in Parmenide neq; uitæ id tempus neq; morti dedit: uidit enim utrunq; pugnare, neq; posse ex duobus contrarijs altero manente alterū constitui: idcirco miscuit ipse fines, & nouum tempus peperit, quod ἡμιζώντος φόνου appellat, id est, momentaneam naturam.

*Repetita quædam ex historijs, unde originem traxerit l. j. C. de gladiat. & l. iij. C. de his qui ad eccl. confug. CAP. XLV.*

Scribit Otho chronicorum libro quarto, capite XI. & ab alijs quoq; tam Græcis quàm Latinis scriptoribus traditum est, Arcadio Honorioq; Imperatoribus, Damasocq; Pontifice, Romæ ab Oriente uenisse Dirimachiū quendam monachū, qui cū spectaculo gladiatorio uidisset pop. Rom. operam dare, & huiusmodi lætitiæ genus, ceu dirum inhumanumq; abominaretur, tribunitia quadam facundia pluribus cum populo egisse, uti lanistas Urbis eijceret, & ab eorum missibus spectandis abstineret: uerum nihil obtinuisse, sed potius intempestiuam eius sapientiā non tulisse populum, lapidibusq; declamantem obruisse. qua de causa iratos Imperatores Dirimachium eum in diuorum numerū retulisse, martyremq; appellasse: sed & lata lege sanxisse, ne gladiatores unquam essent, uerum huiusmodi cruenta spectacula de repub. tollerentur: quam legem & nos libro Cod. XI. habemus, sed sub Constantij nomine. Idem eodem capite tradit eosdem Imperatores Eutropij eunuchi, qui & consul fuerat, consilio persuasos legem tulisse, ut serui ad ecclesiam confugientes, asylius non haberent, sed abstrahi inde à dominis possent. quā legem iniquo animo Ioannem Chrysostomū tulisse, hocq; nomine graues inimicitias cum Eutropio exercuisse: cumq; fortuna tulisset, ut iram Imperatoris fugiens Eutropius ad ecclesiam confugisset, & in ara sederet, redargutum publicè fuisse, & diuino iudicio factum Ioannem dixisse, ut eo auxilio quod abstulerat, ipse indigeret. Extat in illum ipsius Chrysostomi ἠδελφικὸς λόγος. Lex autem de qua loquimur, ea uidetur esse, quam etiamnum habemus libro Codicis primo, titulo, de his qui ad eccl. confug. l. III.

*De Nouellis Iustiniani, & cur Authentica hodie uocentur, qualisq; ea uox Græcis sit. CAP. XLVI.*

Cum interrogatus quandoq; essem, unde fieret ut Constitutionum Iustiniani

uolumen, Authentici nomine citarem, cū tamen nusquam appareat hunc ei titulum ab ipso legislatore præfixum esse: sic respondendum duxi, editum esse eum librū Græco sermone, & constitutiones eas Græcè νῆπας appellatas fuisse: uerū cū Asiatica quadam luxuria diffusus, prolixitateq; nimia scriptus liber esset, translatus Latine à Iuliano patritio & ex consule fuisse, sed compendiosius, & stylo, ut tum tempora ferebant, non inelegante, qui liber adhuc extat, & Nouellæ titulo circūfertur, dubio procul legitimus Iustiniani ipsius partus, quem tamen doctores nostri ut spurium reiecerunt, maluitq; Accursius barbaram & Bulgari tempore factam translationem interpretari, quod uberior ei uideretur: ideoq; Authenticam appellauit, quoniam ex ipso Græco originali ad literam traducta esset. Sanè Authenticon pro re certæ fidei poni constat, non solum apud Iulianum Paulumq; Iurisconsultum, sed etiam apud Ciceronem epist. ad Atticum lib. IX. & lib. X. Tamerli Gaza libello de mensibus hanc uocem apud ueteres hoc sensu non reperiri scribat, sed eos qui citra mille annos scripsere, hac dictione αὐθεντικός uti coepisse, ut eum exprimeret quem Latini autorem dicunt: olim enim idem significat quod αὐτόχρηστος, id est, propria manu aliquid patrans.

*De cessione bonorum quædam non iniucunda, & quid apud Cum eos esset inobediens. CAP. XLVII.*

Cum legis Iulie beneficio debitores, qui cæri alieno soluendo non essent, cessione bonorum liberarentur, uisum plerisq; municipalium legum conditoribus est, nimia id facilitate introductū esse, indeq; deceptoribus occasionem desidia, luxuriaq; præstari, cū non pauci haud difficulter eo adigerentur, ut foro cederent, rationesq; conturbarent, & fidem fallerent, cū cessione huiusmodi carceris tædia, neruumq; euitare possent: obuiam ergo iuri communi iuerunt, & ut ritè atque ordine cessio facta uideretur, statuerunt, eum qui ad id beneficium admitti uelit, non nisi nudum super lapide aliquo aduocata concione cedere posse, ut eius infamiae metu rarissimus quisque lapsis rebus id subsidium expetat: qui mos apud Cumæos alio in delicto obseruari solitus est. Tradit enim Plutarchus in Problematis, mulieres, quæ in adulterio deprænsæ fuissent, in forum deduci solitas, ut illic lapidi insidentes, ab omnibus conspici, despiciq; possent: demū asino imposta per omnē urbem uectabantur, rursusq; ad lapidē reducebantur: unde ignominiae causa, quæ id passa esset mulier inobediens, ab infesto asino dicebatur. Sunt qui saxum ipsum ὄνον, id est, asinum appellatū credant. sic enim Xenophon primo ἀναβάσεως, lapidem molarem uocat. Sanè Nouella constitutione CXXV. sanxit Iustinianus, eos qui nō desidia, aut luxuria, sed casu fortuito lapsi

a l. iij. C. qui bon. ced.

b l. j. C. de eden.

facultatibus sunt, non debere ad eam bonorum celsionem cogi, quae cum ulla contumelia fiat: quod & ante non ab simili casu constitutum fuisse, in Codice Theodosiano legitur, qui bonis ced. poss. l. i.

Quid sit quod in iure dicitur, Exemplo turpissimum esse, foemino uocabulo masculos contineri. CAP. XLVIII.

Exemplo, inquit Iurisconsultus, turpissimum est, foemino uocabulo etiam masculos contineri. Interpretatur Accursius rationem esse, quia quod minus dignum est, non debet ea quae digniora sunt comprædere. Bene sane Accurs. sed, ut ego arbitror, non ex mente Iurisconsulti: uerba enim aliud significant. Sciendum igitur est: ueteres solitos fuisse, quoties aliquem tanquam mollem & effoeminatum carperent, foemino eum uocabulo irrisiois causa appellare: quod Aristophanes in Nubibus ostendit, hoc scemate Sosstratum, Cleonymumque mordens, itemque Amyniam: ὄρεξ' ἡ γυναικὴ τῶν Ἀμυνίων καλῆς; Vidēs ne foeminam ut uocet Amyniam? cui respondet Strepsiades, ἡ κέρ' ἀκαίως ὄρισ' ἔστ' ἀτ' ὄρεξ'. Merito hercle sic est, qui quidem non militet.

Quis Nicostratus rhetor fuerit, cuius in Papiniani responsio mentio est. CAP. XLIX.

Aquilius Regulus iuuenis ad Nicostratum prætorem ita scripsit: Quonia me eloquentia tua meliorem fecisti, dono & permitto &c. Hoc ex Papiniani responsio annotant doctores, ualere donationem magistratui ex causa remunerationis factam. Sed ego dubito, ne id non satis in iure nostro probetur. Constitutio enim Iustiniani generaliter id prohibet. Et Papinianus non de Nicostrato prætore, sed præceptore, scripsit: uel (ut in Pandectis Tuscis est) de Nicostrato rhetore. Fuit is gente Macedo, & sub M. Antonino Caracalla, quibus temporibus floruit Papinianus: Romæ docuit, à Criticis inter posteriores decem rhetores connumeratus. Scripsit orationes de ipsius Marci Imperatoris, itemque aliorum laudibus: edidit & imagines, & ἀναμυθίαν, & πολυμυθίαν, & θαλασσογράφος, & non pauca alia, quod & Suidas tradit.

An ueterum moris fuerit, leges, edicta, eclogas, cantiones, actiones, à primo unde incipiunt uerbo appellare. CAP. L.

Solent recentiores omnes, cum aliquod Iurisconsulti responsum in testimoniū citant, à primæ uocis initio illud adducere: quæ consuetudinem sunt qui existiment nec elegantem, nec ex ueterum more esse. Sed scrupulosa horum iudicia, non satis probare ego possum: suppetunt enim apud grauissimos autores affatim huius rei exempla, ut in quinta P. Vergilij ecloga:

Hæc nos formosum Corydon ardebat Alexim: Hæc eadem docuit, cuium pecus: an Meliboeis

Apparet enim à primo carmine denominari illas eclogas, sicut apud Aristophanē in Nubibus cantiones illas παραλόδια πρόσθε ἡλίω δ' ἐναντὶ ἡ πηλὴ πόρῳ τὴ βόσκα. Vnde & pleraque uideamus à Iureconsultis nostris δεικνῶς, id est, demonstrationis solius causa, & materialiter, ut uocant, duntaxat dicta: qua ratione & interdicit ipsa à primis uerbis prætorij edicti appellant. Hoc interdicitū (inquit Vlpianus) uulgò Quorum legatorum appellatur. Et alibi est: Igitur hoc interdicitum, quod uulgò Vti possidetis appellatur, retinendæ possessionis &c. Sed & expressius idem alio in loco, Qui certam pecuniam, inquit, numeratam petit, illa actione utitur, Si certū petatur: quæ enim certi conditio erat, sic à Iurisconsulto appellata est, quoniam sub edicto Prætoris inscripto, Si certū petatur, de ea tractatum fuit, qua de re nos alibi quoque.

LIBRI SECVNDI FINIS.

DN. AND. ALCIATI IURISCONS. PARERGON liber tertius.

Differentia legatorū qualis in iure ueteri, pleraque ex Caij Institutionibus relata: quid item à fideicommissis distarent. CAP. I.

LEGATORVM genera quatuor olim fuisse constat, uendicationis, damnationis, sinendi modo, & præceptionis. Legatum uendicationis est, cum testator sic legat: Illum seruum tibi do, aut lego: aut tibi sume, habe, uendica. nec in eo traditio hæredis expectanda est, sed ipse legatarius possessionem accipit, quam in rem missionem uidetur Iustinianus appellasse. Damnationis uerba huiusmodi erant, Hæres meus illi dato: aut, illi ab hærede dari iubeo: aut, hæres damnas esto dare. Est enim dictio damnas, uox peculiaris Iurisconsultorum, per syncopen dicta, pro damnatus: sicut copes, apud ueteres pro copiosus. Plautus in Trinummo: Harpago, mendax, copes, auarus, elegans.

licet uulgaris impressio coppes, non recte habeat. Meminit eius uocis & Agretius grammaticus, Iurisconsultorum uerbum illud esse asserens. Paulus Sentent. libro tertio, damnas dixit. Quid autem id legatum damnationis à uendicatione differret, Caius in Institutionibus eleganter ostendit. Sinendi modo sic legabatur: Hæres meus rem illam Titio permittite sumere. In quo legato hæres rem tradere non tenetur: sed uendicanti legatario non permittitur prohibere: quod fit, ut uerum non arbitret, quod sensit quidam, hac legati specie solam exceptionē olim legatario concessam. Atqui apparet ex uerbis Caij, etiam uendicationem illi indulgeri, & hæredi omnem exceptionē auferri. Præceptionis legatum non nisi uni ex hæredibus dari potest, ut aliquid ex hereditate præcipuū habeat: quod si con-

a l. si ita scriptū. de leg. ij.

b l. Aquilius. de dona.

c l. j. C. de controuer. iudic.

d l. j. quor. leg.

e l. j. §. est igitur. uti poss.

f l. j. de triticar.

g l. j. in prin. C. comu. de leg.

h l. damnas est. de usufr. leg.

si coniunctim multis, aut disiunctim singulis relinquant, omnibus una tantū res, quæ nominata est, sicut & in legato uendicationis debetur: non uni res, & alij æstimatio, sicut in legato damnationis: quod & à uendicatione non in eo solū differt, sed & alijs modis. uendicatione enim res aliena legari nō poterat: item res quæ in rerum natura adhuc non esset, ut partus ancillæ, & fructus nascituri: cum aliud in legato damnationis esset. Sed & pro legato uendicationis, uendicatio uel in rem missio cōpetebat: cum pro legato damnationis & præceptionis actio in personam concederetur: quæ differentiæ hodie sublatae sunt. Sed quomodo legata à fideicommissis discernemus: Et Paulus Castr. legata esse, quæ uerbis uersus legatariū directis concipiunt: fideicommissa, quæ uersus hæredem, existimantur. quæ sententia reiecta est, cum legatum damnationis, itemque sinendi modo, uerbis uersus legatarium cōceptis fieri solerent. Merito igitur uerior est aliorum definitio, fideicommissa appellantiū, quæ uerbis præcarijs erga grauatiū inducunt, qualia sunt, rogo, peto, uolo, mando, deprecor, cupio, iniungo, desidero, impero: & ideo nomen illud sumpserunt, quod in sola fide, pudoreque hæredis cōsisterent. Vnde lib. Sententiarum IIII. Paul. ait, Relinquo & Cōmendo uerbum, ad fideicommissum nō pertinere, sicut & Dimitto, quia directum id sit. Idem tamen, Qui fideicommissum, inquit, relinquit, etiam cum eo, cui relinquit, loqui potest: uelut, Peto Cai sis contentus illa re: aut Volo tibi illud præstari. Differabant autem olim fideicommissa à legatis pluribus modis. A legatario enim iure ueteri legari non poterat. Item legata non nisi in testamento, uel codicillis testamento confirmatis fieri (ut Caius ait) poterant, cum aliud in fideicommissis obseruaret. Sed & legata post mortē hæredis relinqui nō poterant, fideicommissa poterant. Cæterū & in eorum executione non modica erat diuersitas: dominiū enim legato rum recta uia transibat à testatore in legatarium, cum in fideicommissis necessaria prius esset restitutio, & fideicommissō tardius perluto usura & fructus præstandi erant: at in legato damnationis solū obseruabatur, ut in poenā detrectantis, legatū duplaretur, quod Caius attestatus est.

a l. si pluribus. de lega. j.

b l. cū rem aliena. C. de lega.

c §. fin. Instit. de sing. reb.

d §. præterea. Instit. de fid. hæred.

e §. post mortē. Instit. de lega.

f l. à Titio. de furt.

g §. fin. Instit. de lega.

h l. iij. de adop.

i l. ij. de offic. procons.

k l. j. de offic. iurid.

exequēdi. Siquidem lege agere apud Liuū lib. x. xvi. est capitalem sententiam exequi: Licetor uiro forti adde uirgas, & in eum lege age: quod ad merū imperiū & ius gladij pertinet. Misti imperij exemplū habemus apud Val. Max. lib. vii. Cum exhæredatū se querelam detulisset, bonorū adolescentis possessionem ei dedit, hæredesque lege agere passus non est: dare enim bonorū possessionē, misti imperij est. Et legis actio in his, quæ misti imperij sunt, etiam adiudicatio dicitur. Vlp. Multam dicere is potest, cui adiudicatio data est: magistratus em solos & præsides pro uinciarum posse multam dicere, mandatis permissum est. Eius autē loquendi modi hæc uidetur fuisse ratio: absoluebat prætor omnē suam iurisdictionem tribus uerbis, do, cito, addico, ut Ouidius inquit:

Ille nefastus erit, per quem tria uerba silentur: Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Igitur ut hanc iurisdictionē absolueret, partium petitione erat opus: unde legis actiones introductæ: Quia, ut inquit Pomp. actiones introductæ sunt, quas certas & solennes esse uoluerunt, & appellatur hæc pars legis actio. Priora duo prætoris uerba ad actiones in personam, uel in rem pertinent: ultimū addico, ad executionē: quoniam frustra ille daret sua sententia uel diceret, nisi exequeretur addicendo, seu reum adiudicando, dñi uicque trāsferendo: idque proprie est legis actio, quia ita erant Romæ in x. ii. tab. temperata uerba, ne aliquid penitus uiolentum & aduersus libertatē inducerent: & ideo in iudicijs solennia erant quædam uerba, quibus apparebat uolentibus partibus omnia agi, tametsi uerē in inuitum redderetur iudiciū. Hinc in iudicijs necessaria erat litis contestatio, quam ueteres iudicium accipere uocant: quoniam sic concipiebatur in ea stipulatio: Quicquid rem mihi dare facere oportet, dabis, facies: Dabo, faciam. tumque dicebantur prætori fecisse potestatem sententiæ ferendæ: unde iudiciū dictum M. Varroni, quasi ius, id est, potestas dicendi. Paul. Sent. lib. v. Ex die, inquit, accepti iudicij fructus computantur: & tam dantes quam accipientes, itemque sponsores eadē stipulatione compræduntur. Igitur usque ad sententiam non tam legis iussu agi uidebat, quam ipsorū litigantiū sponte. Cum uerò executio faciendā erat, tum proprie legis actio dicebatur, quia etiā in inuitos iussu legis fiebat, & pro imperio suo tum agere iudex existimabatur: mero, quando in causa capitali litigatum erat, in quo nullus rei consensus requiritur: misto, in causa ciuili, in qua consensus usque ad sententiam interuenit. Sanē uidetur decurionibus principis indulgentia quandoque concessa fuisse legis actio. Paul. Sententiarum libro II. Apud magistratus municipales, si habet legis actionē, emancipari & manumitti potest.

l. imperiū. de iuris. om. iud.

m l. aliud est. de uerb. sig.

n l. ij. de orig. iur.

o l. restituere autem. de uerb. signif.



De pratorū iurisdictione, eorūq; edicti au-  
toritate: & de bonorū possessionibus quedam annota-  
ta scitu non indigna. CAP. III.

Prætoribus iurisdictione hac uerborū for-  
mula ex lege XII. tab. competebat: Iuris  
disceptator, qui priuata iudicet, iudicari ue  
iubeat, prætor esto: is iuris ciuilibus custos esto,  
huic potestati parento. Quotcūq; senatus  
creuerit, populus ue iusserit, tot sunt. Magi-  
stratus annui sunt. omnes magistratus au-  
spicium iudiciumq; habent, id est, appella-  
tionem ad populum, uel senatum, ut Cicero  
lib. de Legib. III. interpretat. Ius autē hi præ-  
tores à principio Romæ reddiderūt: demum  
uī bellica partis à populo Ro. prouincijs, in  
eas quoq; mitti cœpere. qui à populo mitte-  
bantur, Prætores sunt dicti: qui à senatu, Pro-  
consules: qui demum à Cæsaribus, Præsides  
uel legati Cæsaribus: fuereq; ex Augusti formu-  
la populo certæ prouinciæ assignatæ, aliæ se-  
natui, alias Cæsar ipse sibi reseruauit, ut Stra-  
bo lib. ultimo attestat. Tiberius uero eas pro-  
uincias, quæ prætoris erant, & ad populum  
pertinebant, transfudit ad senatum, ut Corn.  
Tacitus autor est. Igitur prætori non uidetur  
simpliciter legis condendę autoritas fuisse cō-  
cessa, qui tantūmodo litium disceptator, cus-  
tosq; iuris ciuilibus constitutus est. Solebant  
tamen edicta proponere, quorum aliqua ad  
executionē legum pertinebant, aliqua quan-  
doq; & moderabantur & corrigebant legum  
duritiem: sed hæc non perpetua erāt, uerū  
temporalia. Cicero in Verr. lib. III. Qui plu-  
rimum tribuunt edicto prætoris, edictum le-  
gem annuam dicunt esse: tu edicto plus com-  
plecteris quā lege: si finem edicto prætoris  
afferunt Calen. Ianuarijs, cur nō inītiū quoq;  
edicti nascitur à Calend. Ianuarij? Verūm  
quā solebant plerūq; prætores uaria edicta  
proponere, & uariē ius dicere, quæ res ambi-  
tiosis & fordidis iudicibus delinquendi cau-  
sam præstabat, Saluius Iulianus omnia à ue-  
teribus proposita, & memoratu digna, in u-  
num redegit, interpretatusq; est: cœpitq; tū  
edictum perpetuū uocari, & iuris ciuilibus no-  
stri pars esse, quod alio loco à nobis declara-  
tum est. Summa autem uis & potestas in his  
edictis fuit, quæ ad bonorū possessionem per-  
tinebant: licet enim heredes facere Prætor nō  
posset, bonorū tamen possessorem facit, qui  
perinde ac hæres existimatur: Cur autem hæ-  
redes facere nequeat, ea est ratio: quia aut ei  
bonorum possessionem concedit, qui iure  
quoq; ciuili ad hæreditatem uocatur, & is sta-  
tim sit hæres ex lege, non ex edicto: Aut ei  
concedit, quem lex XII. tab. nō agnoscebat:  
& quia tunc ius hæreditatis delatum alteri ex  
e lege erat, ipse hæredem non poterat face-  
re, cum ius directum alteri esset oblatū, ipseq;  
legem conderē nō posset, sed disceptator tan-  
tummodo, executorq; iuris constitutus fuis-  
set: quod ius abolere non poterat, sed ex cau-  
sa solum moderari, aut corrigere, quantū sit

a §. quos autem  
Instit. de bon.  
possess.

b L. puberem. C.  
de iure delib.

executionis respectu, poterat. Et ideo uidet  
bonorum possessio hæc prætoris, executio-  
nis cuiusdam esse species, quod in primis ex  
definitione ostendit: est enim ius persequen-  
di, retinendiq; patrimonij: cui enim ex edi-  
cto bonorum possessio concessa erat, is ius  
habebat retinendi rem ipsam, & persequen-  
di, id est, officium executiuum iudicis implo-  
randi aduersus quencunq; etiam si ex lege  
XII. tab. uocaret. Sed & Vlpianus, cum me-  
rum imperium definiuisset, Mistum impe-  
rium, inquit, est, cui etiam iurisdictione inest,  
quod in danda bonorum possessione consi-  
stit: cum tamen Iurisconsultus alibi defini-  
uisset mistum imperium, coërtionem modi-  
cam esse. Accedit his argumentū, quod ex  
dictionis ipsius significatione capitur: quid  
enim est bonorū possessio, nisi executio ipsa,  
qua quis possessionē adipiscitur: ut sicut ad-  
uersus contumacem Prætor bonorū posses-  
sionē decernit, ita aduersus possessore quē-  
cunq; hæreditatis, uel quemlibet alium, qui  
ius prætere posse. Quapropter alibi sic  
scriptum est, ut possessio bonorū detur, uel si  
cui damni infecti non caueatur, ut is posside-  
re iubeatur &c. Quibus uerbis apparet, uel  
garem differentiam à doctoribus nostris re-  
ceptam, à ueritate abesse. Distinguunt enim,  
plurimum referre existimantes, bonorū pos-  
sessionem dicamus, an uerso ordine, posses-  
sionem bonorū: ut hoc casu executionē intel-  
ligamus, illo successionē. Atqui hæc succes-  
sio simplex quædam executio uidetur, quæ  
olim quandoq; necessaria erat, quandoq; nō  
erat. Ex capite, unde liberi, legitimiq; uocan-  
tur, necessaria non erat, cum ius ciuile illis a-  
bundē prouideret, nisi hæreditate iam ab alio  
occupata, & illi quæstionem eius mouente:  
tunc enim necessariō adibatur Prætor, qui ex  
edicto suo eis bonorum possessionem daret.  
Idem in bonorū possessione secundum tabu-  
las dicendum, quod & Cicero ea in Verrem  
actione ostendit. Theodosius tamē quadam  
constitutione indicare uidetur, olim propria  
autoritate nemini licuisse hæreditaria bona  
apprædere, sed bonorū possessionis peten-  
dæ necessitatem habuisse, quam ipse ea lege  
abolet unā cū diuī Adriani edicto. In his ue-  
rō, qui iure ciuili non agnoscebant, ut eman-  
cipatis, præteritis, cognatisq; erat olim ne-  
cessaria: quia non solum executione, sed etiā  
iuris collatione his erat opus. Hodie, cum cō-  
stitutionibus principum & illi agnoscantur,  
edictumq; sit perpetuū, & in uim legis trāsie-  
rit, solum est necessaria, quantū sit executio-  
nis respectu, si controuersia hæreditarij iuris  
illis fiat. Ad hanc executionem respexisse ui-  
detur Valer. Max. lib. VII. dum, Bonorū, in-  
quit, adolescentis possessionem ei dedit, hæ-  
redesq; lege agere passus non est: ius enim  
persequendi retinendiq; alteri dederat. Sed  
clarius Cicero Epist. lib. VII. ubi ad Treba-  
tium scribens: Siliij causam te docui, is po-  
stea fuit audp me, cum ei dicerē, tibi uideri,

c l. bona. de bo.  
possess.

d l. imperij. de  
iur. om. iu.

e l. fin. de offic.  
ciu.

f l. pen. cod. tit.

g l. j. C. de testa.  
in nouell. Dn.  
Valent.

sponsonem illam nos sine periculo posse fa-  
cere, si bonorū Turpilie possessionē Q. Cæ-  
pio prætor ex edicto suo mihi dedit. negare  
aiebat Seruiū, tabulas testamēti esse eas, quas  
instituisset is, qui factiōnē testamenti non ha-  
buerit. hoc idem Offiliū dicere. Cuius epi-  
stolæ hic est sensus: Turpiliam, quæ factiōnē  
testamenti non habebat, hæredem filium in-  
stituisse, cuius nomine Cicero edictalem ob-  
tinuerat bonorū possessionem secundum tabu-  
las: uerūm cum aduersarij litem illi mouis-  
sent, essetq; spōsio faciendā, id est, certæ pecu-  
niæ promissio, quam is perderet, qui in cau-  
sa succumberet, consultus Seruius à Siliō, re-  
spondit, ne sponsonem faceret, sed liti cederet,  
quia iniquam causam fouebat: non enim  
potest prætor bonorū possessionem secundū  
tabulas dare, quando tabule sunt nullæ, quia  
testator non habuisset factiōnem testamenti.  
Quibus uerbis apparet, quamuis prætor bo-  
norum possessionē dedisset, tamen sponsonis  
iudicio adhuc locū fuisse: quo in iudicio  
qui succubisset, tenebatur aduersariū, quē  
ex iurisdictione prætoris priuauerat, restituere.  
Vnde loquendi modus ille inoleuit, ut iurisdictione  
restitui, uel abrogari dicat. Papinianus:  
Si is qui uicit, non possit cauere, uel res  
deponenda, uel iurisdictione restituenda erit.  
Valer. Max. lib. VII. Appellatus Mamerus  
à Sardinio, cuius libertus Genutiū hæredem  
fecerat, prætoriam iurisdictionem abrogauit.  
Sed fortē de bon. possess. causa litis ordinan-  
dæ hæc intelligenda sunt, de qua alibi disserā.  
  
*Exposita. actus legitimi. de reg. iur. & hoc  
capite disputatum, cur emancipatio sub conditione,  
uel in diem fieri nequeat. CAP. IIII.*  
  
Lex ait: Actus legitimi, qui non recipiūt  
diem uel conditionem, ueluti emancipa-  
tio, acceptilatio, hæreditatis aditio, serui o-  
ptio, datio tutoris, in totū uitiantur per tem-  
poris uel cōditionis adiectionē. Videndum  
est de singulis, qua ratione introductum est,  
ut nec conditionem, neq; diem accipiant: &  
primo de emancipatione. & ratio est, quia in  
ea lex statuit certam formā, qua non seruata,  
actus omnino infirmatur. eam formā his fe-  
re uerbis cōmemorat Caius Institutionū lib.  
primo: Emancipatio, & adoptio, quædam si-  
militudo uenditionis est, quia in eis emanci-  
pationibus præter illum certum patrem alius  
pater fiduciarius adhibetur. Ergo naturalis  
pater filium suum fiduciario mancipat, & in  
manum tradit, à quo uice mutua duos num-  
mos, quasi in similitudinem precij accipit, &  
iterum fiduciario patri eos tradit: hoc secun-  
dō, & tertio fit, & sic de patris exit potestate:  
fiatq; ante præsidem emancipatio coram  
quinq; testibus ciuibus Romanis pro eo qui  
Libripens dicebatur, & coram duobus alijs  
pro eo qui Antestatus erat. Eius autem for-  
mæ cur conditio & dies addi nō poterat, hæc  
uidetur fuisse causa: emancipatio enim actus  
Iuris ciuilibus est, per quē qui filius est, pro non

a l. postquā. §.  
imperator. in  
fi. ut lega. no.  
caue.

b l. actus. de reg.  
iuris.

filio habetur: merito igitur dicitur legitimus,  
id est, sola legis fictione inductus: at fictio le-  
gis naturam ipsam imitatur. Vnde sicut na-  
turaliter quis filium ad tempus habere nō po-  
test, nec sub conditione: ita nec emancipare  
eum, nec adoptare in diem, sub conditione ue-  
licet, ut frequentius proditum est. Nec me-  
mouet, quod constitutione Anastasiana re-  
scriptum est, ualere emancipationem, qua e-  
mancipatio reseruata sint aliquo casu ex in-  
dulgētia principis legitima iura: quodq; à  
Iustiano sit sancitum, oblatum curiæ filium  
naturalem folius patris respectu censerī legi-  
timum: quod ad cæteros agnatos attinet, pro  
illegitimo esse. nam sciendum ius successio-  
nis ab ipsa filij qualitate nō parum differre:  
illud enim iure ciuili quadam naturali æqui-  
tate inductum est: at aliquem esse filium, ius  
sanguinis est, quod nullo ciuili iure dirimi  
potest. Modus igitur qui ex dispositione le-  
gis possibilis est, successionē adiectionis, non ef-  
ficat quo minus quisquam integrē sit filius.  
quapropter & illud responsum est, cum pater  
per rescriptum principis filium spurium sibi  
legitimū effecisset, adiectionemq; ne ei ius suc-  
cessionis ullū aduersus paternas tabulas cō-  
peteret, uerē legitimū uideri, quoniam adie-  
ctio illa nō personam legitimam, sed successio-  
nem respiceret: idē Socinus, Decius, Cur-  
tiusq; censuerunt. Nam & aliquem mihi ius-  
tum filium censerī, agnatis uerō meis non cen-  
seri, haudquaquē naturæ repugnat, cum satis  
sit, mihi integrē censerī filium: nihilq; obstat  
respectu aliorum, qui non consenserunt, fi-  
ctionem legis nihil operari: huiusmodi enim  
uarietas magis aliorum personas, quā ip-  
sius filij respicit.  
  
*Cur acceptilatio conditionem, & diem  
non recipiat. CAP. V.*  
  
Videndum de acceptilatione, cur condi-  
tionem & diem non recipiat, & in hoc  
haud diutius laborandum est, cum Vlpianus  
exemplo solutionis inductum autor sit: fi-  
ctioq; ut dixi, naturam imiteret. non enim  
possum naturaliter pecuniam sub conditione  
uel in diem numerare, quia actus ipse nume-  
rationis in solo facto consistit, cuius substan-  
tiam qualia cūq; uerba non immutant. accep-  
tilatio uerō ipsum factum imitatur. quō fit  
ut parum me moueat, quod solutio sub con-  
ditione fieri possit: quia ante euentum con-  
ditionis, uerbis tantum, non re, solutio est. at  
acceptilatio eam, quæ re fit, & statim liberat,  
imitatur. Vnde nec eorū sententiam probare  
possum, qui existimant, si acceptilatio pure  
quod ad substantiam attinet, facta sit, sed  
effectui liberationis addita sit conditio, ut  
quia actum, eam acceptilationē ualere, si Im-  
perator in Italiam uenerit, nihilominus uali-  
dam fore, sicut solutio ualeret, cuius effectui  
talis cōditio adiectionis proponeretur. Nam aut  
tempus numerationis attendimus, aut eue-  
nientis cōditionis. Si tempus numerationis,

c l. adoptio. de  
adopt.

d l. si tibi. de a-  
dopt.

e l. j. §. ij. ad Tre-  
bell.

f l. si ab eo. C. de  
legit. hered.

g l. cōmuniū. de  
nat. lib.

h Bart. l. is po-  
test. de acqui-  
hered.

i Soci. 95. 246.  
Cur. 73. Dec.  
258. in fin.

k l. in stipulatio-  
nibus. §. j. de  
uerb. oblig.

l l. in diem. de  
accept.

m l. sub cōditio-  
ne. de solut.

nō est dubium solutionē non esse, cū tunc nulla oriatur liberatio: ergo nec acceptilatio ualebit, quæ instar numerationis habet. Aut tempus conditionis obseruandum dicimus: & licet tunc solutio ualeat, quæ eatenus potuit suspendi, acceptilatio non ualet, quia fictio ad similitudinē ueræ numerationis inducitur, quæ numeratio eo tempore nō fuit facta: nam & si dicamus ualere acceptilationē si imperator uenerit, ergo anteq̄ uenerit nō ualet: uerē igitur etiam substantiæ respectu dicitur conditionalis.

*Cur aditio hæreditatis, nec ipsa sub conditio ne, aut in diem fieri possit. CAP. VI.*

**N**unc de hæreditatis aditione uestigemus: & existimāt uulgō, hæreditatis aditionem ex uoluntate consistere, quæ firma nō est & certa, quoties conditio addita sit. quapropter qui ita dixerit, Si soluendo hæreditas est, eam adeo, nihil agit: sicut qui partem tantum hæreditatis, si alia pars sibi non accrescat. meritō igitur uoluntas requiritur libera & certa, non conditionalis. Sed hæc ratio nihil ad diem: & alia sunt quæ ex uoluntate nuda constant, & tamen conditionem recipiunt, ut uotū. Item aditio hæreditatis filiofamiliās uel pupillo delatæ, in eorū nudam uoluntatē reposita non est, nec tamen credendū sub conditione uel in diē adire eos posse. Sed & pistilli, ut aiūt, cōuolutione nō caret huiusmodi ratio. Ais ex uoluntate libera consistere: cur ex libera? atqui magis ex uoluntate mea est, q̄ arbitrato meo quancūq̄ conditio uel diē recipere potest. Cur igitur libera à conditio-  
ne lex requiritur: an quia olim pendebat ex creatione hæreditatis uicesimæ uectigal, nec mora fisco fieri debuit? Paul. Sent. lib. III. sub rubrica, de uicesima: Testamentū lex statim post mortem testatoris aperiri uoluit: & ideo quamuis sit rescriptis uariatam, tamen à presentibus intra triduū, uel quinq̄ dies aperiendæ sunt tabulæ. Nec enim oportet testamento hæredibus, & legatarijs, aut libertatibus, ultra quam necessarium est, uectigali moram fieri. Sed Paulus de tabularum resignatione, nō de aditione loquitur: nam & hodie creatio nis solennitas, & uicesima sublata est, & olim quibusdam in personis locum non habebat, quæ tamen conditionaliter adire non potuissent. Ego ferē arbitror eadem ratione & hūc casum niti, quæ & superiores: & sciendum legis dispositione hæredem à die aditæ hæreditatis defuncti personā sustinere, singitq̄ eundem cum defuncto. fictio igitur & hoc casu debuit naturam imitari, nec enim ad diem uel sub conditione repræsentare quis alium potest. Nec me mouet, quod testator sub conditione instituere hæredem potest: quia per institutionē nulla testatoris repræsentatio inducitur, sed per aditionē: tunc enim id ius queritur, quod prius sola in spe sustinebat: meritō aditioni non fuit adhibenda dilatio. Nec iterum me mouet, quod pluribus hæredibus

institutis, post aditionem quilibet pro parte tantum testatorem refert, & tamen imitatione naturæ non uidebatur quenque pro parte repræsentari posse. Sed id autoritate legis XII. tab. factum est, quæ suadente æquitate actiones hæreditarias diuisit: nec dubiū est, plus licere legi quam priuatis.

*Cur nec serui optio conditionalis ualeat, uel in diem facta. CAP. VII.*

**S**ed quid in serui optione dicemus? & non est dubium, legatum optionis sub conditione ualere: ut, Si nauis ex Asia uenerit, lego tibi ex familia mea seruum, quem optaueris. Sed nos de legato non querimus, sed de ipsa legati executione, id est, optionem, quam legatarius facit. Et Accursius sentire uidetur ideo conditionem non recipere, quia lex iussit id legatum haberi pro puro, tamen si esset conditionale: idem enim est, siue quis optionem legare se dixerit, siue ita scripserit, Si talem non elegeris, aliū habe: & si alium nō elegeris, talem habe. quæ ratio nullius momenti est, ut quæ legatum ipsum optionis respiciat, nō autem executionem, de qua nos querimus. Alij id inductum existimant, quia nō uidetur testator tantum legatario concessisse, ut in diem, uel sub conditione eligere possit: cū enim optionem legat, de pura intelligitur: sicut appellatione donationis ea in dubio continetur, quæ nec conditione, nec diē suspensa est. quæ ratio utcūq̄ defendi potest, consequensq̄ ex ea esset, si de mente testatoris appareret aliud esse, & conditionalem optionem ualere: quod nō uidetur multum Iurisconsulti sententiæ accedere, qui in his exēplis hosce actus appellauit legitimos, tanquam solius legis dispositionem in his atenderet, non partium mentem. Alij à uulgata scriptura recedunt, & non, serui optio, sed Serui dictione obolita, simpliciter adoptio legunt: quam dubium non est esse actum legitimum, & neq̄ diem, neq̄ conditionem accipere. Sed tam facile non est à recepta lectione recedendum: & ex sententia Bartoli dici possit, cū optio in libera, & sola eligentis uoluntate consistat, debere certam esse, nec conditione ulla, aut diē suspendi. qua ratione & Romani Pōtiffices decreuerūt, ut sacerdotiorum electio certa liberaq̄ sit. Sed tamen superius eam Bartoli rationem confutauimus: nam etsi dixerō, Opto talem seruū, nisi mutauerim uoluntatē: ualet optio, si non mutauero, permitteturq̄, si hoc magis sedeat, uariatio. Et ut demus, eam conditionem resolutionem actus respicere, non tamen negari potest, uoluntatē nō omnino esse certam. Quid igitur censēbimus? & sciendum quædam esse uerba, quæ à facto ipso, executione uel ipsius actus nomen sumunt, ut optio, seu electio: id enim executionis ipsius nomen est: quapropter si aliud nō impediatur, solet dici, executionem statim ex optione fieri, iusq̄ legati consumi: quia lex confessim de eo qui optatus est,

a Bart. l. cū qui §. si. de acqui. hered.  
b Bar. l. i. col. ij. eod. tit.  
c Bart. l. Paulus. eod. tit.  
d l. fi. c. de edic. diu. Adria.  
e l. i. in prin. de caduc. toll.  
f l. precia rerū. ad leg. falciā.

g §. Cato. ex his.  
h l. pen. de opt. leg.  
i l. ij. qui et quib. man.  
k l. i. in prin. de donat.  
l d. l. si tibi.  
m d. l. eum qui §. fin.  
n c. in electioni bus. de elect. in vj.  
o l. si tibi. de opt. leg.  
p l. ij. de in diem adiect.  
q l. apud. de opt. leg.

est, perinde interpretatur, ac si nominatim à testatore expressus fuisset. huiusmodi igitur uerba si diem uel conditionem habeant, nomen suum amittūt, uideturq̄ dies uel conditio protestationem quandam inducere actui contrariam, unde meritō actus uitietur: qui enim optat Titium sibi sub cōditione uel die dandum, tempore electionis nō dicitur optare, quia dies uel conditio obstat: post diei uerō uel conditionis aduentum, nec tunc quidem quicquam agit, quia ex uerbo optandi, quod præsens tempus respicit, hoc actum ostendit, ut tunc optio ualeret, non post diem: quod & in cæteris casibus suprā relatis defendi potest. emancipare enim, acceptum ferre, hæreditatem adire, præsentis actus uerba significatiua sunt, quibus dies uel conditio aduersatur: quicq̄ ita agit, non multum ab eo distat, qui, Obligo me, inquit, animo non obligandi, Adeo animo non aduendi, Consensio alienationi pignoris saluo iure meo.

*Cur datio tutoris suspendi, cōditione, aut die nequeat: & rationum epilogus, quibus dicta lex, actus legitimi sustinetur. CAP. VIII.*

**S**uperest ut de datione tutoris uideamus: & non posse eum à præside sub conditione, uel ad diē dari, fauore pupillorū, Dynus, Bartolus, Alber. atq̄ alij crediderunt: quorū haud dubiē interest confessim tutorem accipere, ne anteq̄ dies uel conditio ueniat, interim facultatibus labantur. quæ ratio iudicem ipsum respicit, non actus infirmationē, uideturq̄ specialī quodam fauore inniti, cū lex id potius institutū sentiat, quia actus sit legitimus. Baldus certē nō absurde sensisse uideri potest, qui ideo inductū hoc existimauit, quia decreta iudicum conditionem non admittunt, quando eiusmodi sunt, ut executionem secum trahere debeant: quæ ratio ei similis est, quam præcedenti casu comprobauimus. sed non explicat Baldus, cur diem non admittat, curq̄ executio hoc casu decretum comitetur. Vnde rectius ego arbitror, ideo diem & conditionē non admitti, quia tutela actus est à lege XII. tab. inductus, per quem uim & potestatem in caput pupilli lex tutori concedit, quæ uis & potestas à lege confessim transferatur, nec in pendentem esse arbitrato hominis potest: quapropter aliud iuris est, cū non lex, sed testator ipse transfert: actus enim hominum ex eorum uoluntate affectum habent, actus legis in pendentem esse non potest: quia eos iubet lex certos esse, nec in conditionis euentum suspendi. Concludo igitur, unica ratione omnes hos casus esse decisos, & id pro regula constituendum, eos actus, qui à præsentis executione nomē habent, & legis fictione uel interpretatione inducti sunt, neq̄ diē, neq̄ conditionē accipere, quoniam dies uel conditio nomini ipsius actus, executionisq̄ repugnat. Quapropter si conditio ea impropra sit, & executioni nō repugnet, secus est, ut quia substantiā non suspendat, sed aliquid

admonitionis causa referat. Idem si præsens tempus respiciat, nullamq̄ habeat incertitudinem, quod aliqui existimauerunt: si uerō dubia sit, uel facti dilucidatione indigeat, secus esse. Idem cū conditio resolutioni contractus esset adiecta, nec enim illam suspendit. Idem & cū id exprimitur, quod tacite inerat: nisi tamen expressio actui repugnet, ut cū quis acceptum fert id quod sub conditione debebatur, simpliciter ualet, quia eam spem & consequentia omnia peremisse uidetur: si euentum conditionis exprimat, nihil agit, quia uerba repugnant: nō enim acceptū nunc fert, sed adueniente cōditione, tum demum uidetur uelle acceptū ferre, meritō & uolūto, id est, uentrioso, prouerbialiq̄ apud nos carminis locus erit:

*Noluit, ut potuit: uoluit, præstare nequiuit. Intellectus legis, Nuda. C. de cōtrah. stipul. & quando dicatur conditio existere. CAP. IX.*

**D**ioletiani, Maximianiq̄ extat constitutio, qua traditum est, Si quis quod pacto nudo conuenerat, si nō fecisset, quanti ea res erit stipulanti promiserit, huiusmodi obligationes post motam litem existere conditionē: magna q̄ inde orta est altercatio, si conditio nō nisi in litis cōtestatione existit, quomodo à principio agi potuerit, alijs de facto agi dicentibus, alijs aliter: quas opiniones hic referre non est operæ precium. Bartolus ipse ex stipulatu actum rectē existimauit, & in cōstitutione ideo post motā litem existere conditionem arbitratur, quia debitor antea interpellatus non erat: quod sane q̄ à uerisimili abhorret: ergo rursus existit, inquit, impurgabiliter, quia purgari antè mora poterat. Quæ sententiam pleriq̄ improbant, tanquam coniectura quadam diuinatam, non ex uerbis descendentem. Sed nos uerisimā arbitramur, quoniam existere propriè à sistendo dicitur: sistitur autem quod firmū & immutabile est. Cic. de Offic. lib. II. Ut tyranni existerent, & optimates opprimerent. Igitur existere propriè conditio dicitur, quando mora amplius dilui non potest. Paulus: Si nauem fieri stipulatus sim, & si non feceris, centum: uidentur, utrum duæ stipulationes sint, pura, & conditionalis, & existens sequens conditio non tollat priorem: an uerō transferat in se, & quasi nouatio prioris fiat: quod magis uerū est. quomodo intelligemus ibi existere conditionē, an etiam si mora purgari possit: & certē non: donec enim potest ea aboleri, nulla fit nouatio, idq̄ omnibus in confesso est: uidentur igitur tum existere, cū ineluiliter existit: Illud sciendum, in ea constitutione Doctores passim omnes arbitrari, stipulationē pœnalem accessisse, cū uerba aliud uelint, nempe stipulatu quanti ea res erit: quæ stipulatio non pœnam, sed id quod interest continet, siue singulariter, siue ex conuentione, ut meritō ea quoq̄ id omne cōprændatur, quod pacto nudo actū erat: & ideo lex ait, præter,

f d. l. muto. §. i. d. l. in diem.  
g Ioan. Fab. §. o. mnis. Bar. l. sed & si conditio malis. de auto. tut.  
h l. d. §. fin. i d. l. si tibi.  
k hac l. actus. in fin.  
l c. cū super. de offi. deleg.  
m l. nuda. C. de cōtrah. stip.  
n Bart. l. ita stipulatus.  
o l. oblig. ferē. in fin. de act.  
p Bart. l. si insulam. opp. vij.





a l. nequiqua. §. ubi. de offi. procons.

b l. illud. in fin.

c Bart. in l. j. de oper. no. d l. prator. de oper. no. num.

& in primis decretum propria in significatio- ne capiendum, ut sit deliberatio iudicis cum causę cognitione ad mistum imperium per- tinens. Dubitat igitur Iuriscōsultus, an suus hæres uentre pleno interim adire possit: & stricti iuris regulis uidetur nō posse, quia in- certus de uiribus testamenti, & quota parte successurus sit, cum uenter plures ferre pos- sit: nihilominus decidit decreto illi succurren- dum, cum in omnem casum sit partē habitu- rus. Adhibita igitur causę cognitione, in qua uideat iudex, an uerisimiliter posthumus sit nasciturus uiuus, absintq; abortus signa, & an unus uel plures, decretū interponet, & ad aliquā partem eum admittet, eritq; is iure ci- uili admittus. Si uerò is filius sit emancipatus, suadente eadem æquitate & ipse iure prato- rio admittet<sup>b</sup>, eo scilicet remedio, quo eman- cipati solent, nempe bonorū possessione con- tra tabulas impetrata. Eius igit respectu ne- cessarium erit remedium prætoris, cum suus hæres possit etiam iuris ciuilibus beneficio ad- mitti. Si tamen postea apparuerit congruam partem eum non habuisse, reducetur ex post facto ad debitā partem aditio. Et hoc modo clarissimus est eius legis sensus.

Quid ab Interdicto Edictum distet. CAP. XV.

Quæsitū est, quomodo ab Edicto discer- natur Interdictū: & fuere qui idem esse responderent. Bartolus uerò interdictū edi- cti esse speciem ait<sup>c</sup>, quod inter duos dictum sit. Sed etsi uerbis præceptiuus cōceptum sit, interdictū esse<sup>d</sup>. Quæ sententia uera non est: nam & quicquid prætor edicit, ad duos perti- net, actorem & reum. & lex ait, interdictum hoc proponit ex huiusmodi causa, quia edi- cto expressum est, ne post operis noui nūcia- tionem quicquā operis fiat. Quæ uerba osten- dunt edictum ab interdicto differre: & ea in- terpretatio qua tacite expressum dicunt, quia mandat destrui, ipsa contextum destruit. Do- natus grammaticus in Hecyra Terentij: Inter Edico & interdico hoc interest, quod edici- mus, quod fieri iubemus: interdiciamus, quod fieri uetamus. Edicimus uni generi hominū, interdiciamus diuersis: itaq; prætoris edicta & interdicta dicuntur. Quæ distinctio & ipsa nō fat uera est, cum sub rubrica, de interdictis, quædam sint, quæ fieri non prohibent, ut res- titutoria, exhibitoriaq;. Quare sciendum, In- terdictum duobus modis accipi. In primis quod prohibitorium est, quoniam interdici- re prohibere est. hincq; etiam, si quæ causam proprietatis habent, interdicta dicuntur. Secundo etiam proprie dicitur interdictū, quo prætor aliquid iubet, uel uetat, nō perpetuò, sed ad tempus, donec pleniore iudicio de iure petitorij queratur, quasi interim dictum, ut est apud Paulum lib. Senten. v. Interdici- re enim est, interim edicere. Cicero ad He- ren. lib. II. Verū horū pueriles opiniones re- ctiſsimis rationibus, cum uoles, refellemus,

in præsentia hæc interdiciere nō alienum fuit, sicut & interloqui dicimus: quia interlocuto- ria sui natura finem principali controuersie nō imponit, aliamq; expectare post se senten- tiam potest. Vnde cum prætor primò permi- sisset simpliciter actori ut opus nouum nū- ciaret, decreuissetq; obseruandam nunciatio- nem, siue iure, siue iniuria fieret, dicitur illud edictū, quia est simplex permissio ab eo con- cessa, quæ nullam fortē litem habebit: dein- de cum interdixisset ei, cui nūciatio facta est, ne edificaret, & si is spreta nunciacione ædi- ficasset, ut demoliretur, illud interdictum ap- pellatum est: non enim tum lis perpetuò fini- tur, cum facta demolitione operis possit reus de iure suo docere, & iterum ædificare. Nec me mouet quod Iustinianus interdicta existimet nomen sumplisse, quasi inter duos dicta: quia opinor, interim, potius legendū, ut in aliquibus codicibus rectē impressum est: quamuis uideatur ibi potius quædam al- lusio uocabuli adscripta, quam uera definitio, uel etymus.

Nouo intellectu declarata l. si prius. de oper. no. nunc. CAP. XVI.

Si prius, inquit lib. quaest. IIII. Africanus<sup>e</sup>, quam ædificatum esset, ageretur ius uici- no non esse altius ædes tollere, nec res ab eo defenderetur: partes iudicis non alias futu- ras fuisse Calsius ait, quam ut eum, cum quo ageretur, cauere iuberet, non prius se ædifi- caturū, quam ultrò egisset &c. idemq; è con- trario. Intellexerunt id responsum nostri in- terpretes, ut id censuerit Africanus, in con- fessoria uel negatoria actione si reus sit con- tumax, officio iudicis ad cautionem cogend- um, se nihil innouaturum, donec de iure suo docuerit, & actoris partes sustinuerit: hicq; sensus hæcenus promiscue ab omnibus ap- probatus est, quem tamen ipse sæpius docen- do confutauit, idq; VIII. argumentis. Et in pri- mis aiebam, si ea questio ad confessoriam, uel negatoriam pertinuisset, non rectē à Triboni- niano sub edicto nūciacionis noui operis col- locatam uideri, quæ melius ad eam Digesto- rum partem attinuisset, cui rubrica, si serui- tus uendicetur, cum non nisi obliquo & re- moto ductu, atq; ut Theophrastus ait, ἐκ τῆς ἀ- λόγῃς ad nunciacionem quicquā facere possit. Rursus dicebam, si de confessoria intelliga- mus, ratione caret hæc decisio: cur enim reus qui cōtumax est, de reo actor fieri debet? Nā quod Bald.<sup>f</sup> adducit, ut ei qui benedici nō- luit, maledicat, frigidius & ineptius est, quam quod in summi uiri Africani mentem cadere possit<sup>g</sup>: rationes enim necessariā illationē fa- cere debent, non solūm colorē. Iterū aiebam, si eum intellectū approbaremus, cōtorquen- tur legis uerba, quæ simpliciter, non ad cauend- um, cogi iubent, cum in cōfessoria nō cogat- ur, nisi ex annua contumacia. Subijciēbā ex cōmuni sensu, in secunda parte contextus di- uinandum esse, eum qui negatoria agebat, non

e l. si prius. de op. no. num.

f Bald. Authen. ei qui. C. de bo- nis aut. iud.

g l. ij. §. fin. ubi Bart. de donat.

a l. si quis epi- scop. §. fed. et si quis. C. de prescri. xxx. annorum.

b l. ij. in fin. de acquir. poss.

c l. nisi frui in fi. si usufr. pct.

d l. qui in alie- na. in fi. de ne- gog. gest.

e l. j. si quis ius- dic.

f Bald. Authen. ei qui. C. de bo- nis aut. iud.

g l. ij. §. fin. ubi Bart. de donat.

h l. stipul. §. qui opus. eod. tit. de oper. no.

non fuisse in possessione libertatis<sup>a</sup>, cum ta- men lex generaliter loquatur, nec distinguat uter in possessione esset. Addebam & eam ra- tionem: nam primū edictum in contumacem solet expediri, ut is tædio ductus sui copiam in iudicio tandem faciat, nō autem ius ipsius contumacis perimit<sup>b</sup>: at hic cum possessione priuetur, ius amittit. Quid enim si in petito- rio iudicio probationib. deficiat: cum in cor- poralibus ex contumacia possessionem non amittat, sed simpliciter inquietetur, cur in iu- ribus possessionem amittit, duriusq; plecti- tur? Non parū quoq; eo mouebat, quod ex- plorari iuris est<sup>c</sup>, confessoriam nō dari, nisi ei qui iam turbatus, inquietatusq; a uicino fuit: at hic nō erat. quod enim Bartolus, præpara- ta iam cæmenta, materiamq; ait, idq; sufficere arbitrat, diuinatoriū est, nullaq; huius rei ab Africano facta est mentio. Sed fortius impel- lebat, quod exempla hic relata nihil uidentur ad confessoriam, negatoriāue pertinere: ut enim demus nihil referre quibus uerbis, af- firmatiuis, an negatiuis intendat quis hæce actiones, negari nō potest, quin summa peti- tionis, conclusio ipsa, in animaduersione esse non debeat, cum cōfessoriam intendens sibi seruitutem deberi, negatoriā proponens sibi libertatē asserat. at qui agit uicino ius nō esse altius ædes tollere (qualis est formula tex. no- stri,) non ideo sibi seruitutem uendicat, cum possit quis obligatus esse, ne altius ædes tol- lar aliquo pacto, iurēue personali. Quid item si nō possit tollere, nō quia actori seruitutem debeat, sed alteri? nō igitur cōfessoria hic agi arbitramur, cum pactiois conclusio non id suadeat: solet enim hæce in iuribus, quæ realia uocant, concludi, ius competere præ- dio<sup>d</sup> ipsi urbano, uel rustico, non personæ. Adducebam & illud potissimū, quod si con- fessoria hic actum fuisset, potuisset iudex alijs quoq; remedijs uti, quibus aduersus contu- maces solet prætor suam iurisdictionem tue- ri: & tamen lex ait, non alias esse partes iudi- cis, quam ut cauere iubeat: at qui debuisset po- tius ommissa cautione alia remedia adhibere. Quid enim si actor affirmasset, sua potius in- teresse, ut ius seruitutis sibi competere decla- raretur, quam expectare donec reo libeat a- ctoris partes sustinere? quid item opus fuit captis pignoribus, uel indicta multa cogere reum ad cauendum, cum ipsdem remedijs po- tuisset cogi ad suscipiendum iudiciū, litemq; contestandā? Et ex his ostendebam, receptis- simam hanc nostratiū interpretationem non conuenire titulo, non conuenire uerbis legis, non conuenire rationi: quare omnino ab ea discedendum. Quid igitur approbandū? & arbitror sic interpretandum. Docuerat Iurif- consultus toto illo tractatu, quo modo is, qui ædificare inuito uicino desiderat, per noui o- peris nunciacionem impediri possit, quæ ta- men locum non habet, nisi cum quis iam cœ- perit ædificare<sup>e</sup>, uel saltem ædificio opportu- na præparauit: sed quid si aliquis dubitet, ne

uicinus capta fortē occasione se absente uel ignoratē ædificet, quomodo illi succurratur? poterit ne præoccupatione uti, & agere ius non esse uicino altius tollere? quid è contra- rio? ego cupiebam ædificare, sed uereor, ne ubi cœperim, mihi nouū opus nuncios (sicq; iaceant, ut ille inquit, opera interrupta, mi- nãq; murorū ingentes) malimq; à principio id iudicis sententia ad liquidum perducī, & ideo ago ius non esse tibi me prohibendū quò minus altius tollam: & dubium non est iure actionum harum præoccupationi locum esse. Sed quid si uicinus nolit defendere, & in iudicium accitus dixerit, Quis te inquietat? in præsentia nolo iuribus meis experiri, si æ- dificaueris, tum arbitratu meo intendam. Et censuit hoc responso Africanus, ulterius reū hunc non esse adigendum, quam ut caueat, se nihil nouaturū, priusquā de iure suo osten- derit: quod summa ratione constitutū est. Id enim iudicium operis noui nunciacioni sub- rogari uidetur: & sicut in ea, si postquā nū- ciatum est, ædificans litem non defendit, non poterit ulterius ædificare, ita hoc in iudicio. Vnde è conuerso, si quis ædificet, & uicinus non nunciet, non poterit deinde ad demoli- tionem compelli, nisi iure uicini plenē dis- cussio, uicino eo, scilicet qui destruedū affir- mat, actoris partes sustinente. quò sit, ut pa- rum referat, quæ actio hic mota fuerit: siue enim is, qui præoccupat, ius sibi esse præten- dat ex seruitute constituta, siue ex iure perso- nali, siue ex lege municipalī, siue quoquo a- lio modo, parū refert: ut merito Africanus si- lentio præterierit, qua actione actum fuisset. Nam etsi ius seruitutis cōpetisset, non tamen confessoria agi uideat: quoniā non simpliciter ad seruitutem agitur, sed subrogato nuncia- tionis iudicio, ne altius tollatur: uideturq; po- tius officii iudicis implorari, ex huius respon- si æquitate concedendū: quod uerba legis sa- tis indicant, si absq; cauillo percipiantur. Sed quid si uicinus hic conuentus cauere nolue- rit? & putarē tali casu posse iudicē ex magna eius contumacia in possessionem omnīū bo- norum mittere: quod Paulus Castrensis sen- sit<sup>g</sup>, cæteris reclamantibus. Sed de hoc quòd à nunciacione noui operis recedit, nihil hic à Iurifconsulto. Nec omnino reus ex huiusmo- di cautione cōmodum possessionis amittit, sed eatenus tantum, quatenus uerbis stipula- tionis continebitur. Vnde si ipse agendo de- inde probauerit se tum in possessione fuisse, tamen si ius petitorij aliter nō deducatur, obti- nebit ædificata aduersus possessionē suā de- strui. Nec hoc Africanus negat, qui simplici- ter iubet, ut de iure suo ostendat. Qualecunq; igitur illud ius fuerit, siue dominij, siue pos- sessionis, eo probato obtinebit. Nec hic re- fert, contumacia sit annua, uel id minus: quia hic non tractatur de primo decreto<sup>h</sup>, nec dis- tinguitur, uter possideat. Et quāuis dicatur eum, qui cauit, actoris partes sustinere, non ideo sequitur eum possessionē suam omnino

g l. is cuius. §. ser. uend.

h d. §. fed. et si quis.



perdere: hoc enim iniquum esset, cum hic non defendendo nihil aduersus ius actoris faciat, licet tunc experiri nolit. Nec me mouerit, si quisquam sic obijceret: Pone aliquem confessoriam intendisse, reum uero secundum Africanum responsum cauisse, nonne absurdum erit, non licere actori id curare, ut ius suum ad liquidum deducatur? nam responderim nostram quaestionem in eo uerti, cum agitur ut aedificium concedatur, uel prohibeatur. quod si quis agat ut declaretur ius seruitutis sibi competere, tunc non ad noui operis nunciationem, sed ad alium tractatum recurrendum erit, & his remedijs utendum, quae lex concedit confessoriam intendentibus: hic enim non confessoria principaliter actum erat, sed ius uicino altius tollendi non esse, quod iudicium nunciationi substituitur, eiusque imitatur, ut docuit, naturam: quae omnia a me latius in magnis commentarijs explicata, hic breuius attingere uolui: quonia nescio quis symmista, redemptis ab auditore nostro aliquo dictatis, omnes haec meas traditiones sibi asseruerat, & alienis plurimis induta cornicula, penes huius rei inficios plurimum sibi honoris uendicarat, omnibus admirantibus, unde tantum acuminis derepentem illi obortum esset: alioquin me non latebat subtiliora haec esse, & difficiliora, quam quae Parergis inseri deberent: quippe huiusmodi non obiter, & per transfennam, sed uix accurata opera percipi posse.

*Declaratus praeter aliorum sententiam §. ultimus in noua Iustiani constit. C. de asser. tollenda. CAP. XVII.*

Quod legitimam personam standi in iudicio serui non haberent, si quis in libertatem prouocaret, opera illi assertoris necessaria erat, qui ipse iudicio cum domino experiretur, & seruum liberum esse pronunciareretur, & seruum liberum esse pronunciareretur. Caeterum quia quandoque non reperiebatur qui hoc munere fungii uellet, peribatque ex hac causa quandoque libertates, sustulit omnem assertionem constitutione sua Iustinianus, concessitque seruis, ut causam suam ipsi tueri possent: idque siue eos dominus de libertate ad seruitutem trahere uellet, siue e contrario e seruitute ipsi ad libertatem proclamarent: coguntur tamen hi serui fidei iurare, iudicio sisti, quod si fidei iussorem non inuenerint, iuratoria cautione committuntur. Subijcit deinde constitutio: Si assertus seruus legitime citatus annua in contumacia persisteret, omni modo seruituti adijciendum. quo argumento Bartolus, sequioresque alij generaliter tradiderunt, reum, qui post satisfactionem anno contumax fuerit, iure suo priuari. Quae sententia iniqua est, & rationi naturali aduersatur. Durissimum enim est, per solam anni contumaciam libertatem amitti, cum in rebus corporalibus, quae non tanto fauore adiuuantur, huiusmodi contumacia solius possessionis damno mulctetur, id est, labefacto petitorij iure: cum item in caeteris causis etiam si reus

sit contumax, dum tamen iudici de bono eius iure liquidum sit, potior esse debeat. Adde quod aduersus eam decisionem extat Vlpiani responsum, quod non est uerisimile a Iustiniano sic translaticie antiquatum, qui solet non nisi longis praefationibus, & multo cum uerborum honore uetera emendare. Arbitror itaque aliter eam constitutionem intelligendam esse: cum enim reus satisfacere iudicio sisti debeat, & lex speciali eius fauore concesserit, ut iurata sponso sufficiat, subdit: Si post huiusmodi cautionem non sistat, & sic contumax per annum sit, ius suum amittere, idque non in simplicis contumaciae poenam, ut Doctores crediderunt, sed in periurij ultione. cum enim beneficio legis dandi assertoris fidei iussorisque iudicio sistendi causa, praestandi necessitas fuerit ei remissa, omnisque cautio in eius iure iurando reposita, qui inde occasionem delinquendi accepit, si deceptus uiolauit, tali poena merito fuit plectendus.

*De litis aestimatione quaedam non uulgaria, et quomodo in omnibus causis et obligationibus olim locum habebat. CAP. XVIII.*

Uidendum quae sit litis aestimatio: & ea aut in criminalibus causis erat, aut in civilibus. In criminalibus, cum agebatur ad uindictam, & per quandam accessionem petebatur rem sibi restitui: uideturque tunc litis aestimationem quandam executionis speciem esse. Solebant enim reis ex delicto in exilium missis, ut etiam his qui damnum passis essent succurreretur, aestimare furta omnia, & concussiones, item impendia litis, & quantum eorum intererat: quae summa ex damnati bonis exigebatur, reliquum publicabatur: quod Asconius Padianus docet, idque alij ex Ciceronis in Verrem actione III. & IIII. docuerunt. Nam xv. millibus aeris aestimatam litem Furio Camillo, Liuus & Val. Maximus tradiderunt: extantque huius generis plurima apud ueteres exempla. Vnde Iuuenalis Saty. I. Senatusconsultum insectatur, quo C. Marius repetundarum damnatus in exilium actus erat, D C C. millibus quae rapuerat, aerario (ut Plinius Caecil. lib. epist. II. ait) illatis: At tu uictrix provincia ploras. Quandoque haec litis aestimatio non subsequerebatur criminalem condemnationem, sed praecedebat, ut quia hi, a quibus ablatum erat, malebant ad rei suae restitutionem agere, iudicio capitis omisso: idque uocabatur litem capitis aestimare, id est, rem capitalem ad aestimationem redigere, nec ex ea criminali cause oriebatur praedictum: quod multis ostendit Marcus Cicero oratione pro Cluentio: Hic profertur id, quod iudicium appellari non oportet: P. Septimio Scaeuolae litem eo nomine esse aestimatam: cuius rei quae consuetudo sit, quoniam apud homines peritissimos dico, pluribus uerbis docere non debeo. In litibus aestimandis fere iudices, aut quod sibi eum, quem condemnauerunt, inimicum putant, si quae in eum lis capitata illa ta

f l. diu. in fi. de lib. caus. g l. cōsentianū. C. quomo. q. quan. iud.

a d. l. is cuius.

b l. i. de asser. toll.

c §. fin.

d Bar. l. si prius. vii. q.

e l. si quis empt. §. pen.

illata est, non admittunt: aut quod se perfunctos arbitrantur, caetera negligentius attendunt. Itaque maiestatis absoluti sunt permulti, quibus damnatis de pecunijs repetendis lites essent aestimatae: & hoc quotidie fieri uidemus &c. aestimationem litium non esse iudicium &c. omni contentione pugnatum, ut haec lis capitata aestimaretur. Huc etiam uidetur pertinere quod inquit Asconius in Ver. lib. II. ubi, Reum fieri, inquit, est legibus interrogari: cum enim in ius uentum esset, dicebat accusator apud praetorem reo, Aio te Siculos spoliaste: si tacuisset, lis ei aestimabatur ut uictus: si negasset, petebat a magistratu dies inquirendorum criminum, & instituebatur accusatio. In civilibus uero causis uidetur litis aestimationi locum non fuisse, quando rei uendicatione aduersus malae fidei possessorem actum erat, si is rem possidebat, uel dolo malo possidere desiderat. Idem cum actione personali certam speciem, in qua probabilis esset affectio, debet. quibus casibus exceptis uidetur semper & promiscue reus litis aestimatione persoluta liberari potuisse. In rei uendicatione, Papiianus: Si culpa, non fraude quis possessionem amiserit, quoniam pati debet aestimationem, audiendus erit a iudice, si desideret ut aduersarius actionem cedat. Paulus: Si rem alienam emero, & cum usufructu, dominus eandem rem a me petierit, non interpellari usufructuacionem meam litis contestatione. Sed si litis aestimationem sufferre maluerim, ait Iulianus, causam possessionis mutari ei, qui litis aestimationem sustulerit: est enim similis emptioni. Vlpianus. Procurator eius qui hominem emerat uictus, litis aestimationem sustulit, stipulatio duplae non committitur: quamuis si emptor ipse uictus esset, & litis aestimationem sustulisset, placeat committi stipulationem: proprie enim hanc ex secunda emptione, id est, litis aestimatione emptori habere licet, non ex pristina. Idem Vlpianus. Si fundus a tutore pupillaris petitus sit, nec restituatur, an litis aestimatio oblata alienationem pariat: & magis est, ut pariat: haec enim alienatio non sponte tutorum fit, in actione in personam cum quis dare tenetur. Caius: Si res aliqua, quae certo die dari debeat, petita sit, ueluti uinum, oleum, frumentum, tanti litem aestimandam Cassius ait, quanti fuisset eo die, quo dari debuit. Quae sententia in debitorum uini ex Vlpiani quoque responso comprobatur, apud quem nos latioribus commentarijs hunc articulum tractauimus. In actione uero in personam cum quis facere tenetur, litis aestimatio non soluitur, sed condemnatio fit solum in id, quod stipulatoris interest, quae condemnatio aliquantulum mitior est litis aestimatione. In eo uero qui ex maleficio alieno tenetur, Paulus: Si unus ex haereditibus noxali iudicio seruum haereditarium defenderit, & litis aestimationem obtulerit, cum hoc expediret, id pro parte hoc iudicio consequetur. Quibus exemplis omnibus apparet, noluisse leges praecise aliquem ad dandum alli-

gare, sed in debitoris electione reliquisse, an litis aestimationem soluere mallet, quod ex quadam humanitate inductum uidetur, cum omnis facti, dationisque aestimatio pecunia compensetur: uel etiam, quia res alias exitum nullum habuisset. Quid enim si obstinatissimus debitor omne potius poenale iudicium sustinere uoluisset, quam dare? nonne omnino eius bonis uenditis ad aestimationem deueniendum fuit? quod Alexander fatetur. Quae a nobis confirmata sententia, satis scio quantam mihi rixam a nostratibus conciliare posset: sed non ideo occultanda fuit ueritas, & ex recentiorum diuinationibus offusae responsis illis nebulae procul non submouendae: & si quae argumenta aduersari uideantur, ex his quae alias a nobis disputata, tractataque sunt, dissolutione repetenda est.

*Responsum Pauli nouo sensu declaratum: et alienatio meri facti quam uim habeat. CAP. XIX.*

In fraudem fisci, inquit Paulus, non solum per donationem, sed quoquo modo res alienatae reuocantur. Idemque iuris est, etsi non quaeratur: aequae enim in omnibus fraus puniuntur. Videtur sane quam nouum in fraudem fisci eum fecisse censerit, qui acquirere noluit, cum in fraudem creditorum non faciat, qui lucello parcat: nec libertus in fraudem patroni, si quaestu abstineat. Bart. igitur intelligendum Pauli responsum arbitror, quando fiscus est iam creditor, ut quia reus iam condemnatus sit: nunc enim non potest non acquirere: quae sententia superioribus rationibus confutatur. Quapropter ipse existimo illa uerba, Si non quaeratur, non de reo accipi debere, sed de eo cui fit alienatio: ut uelit lex non solum fraudem fieri fisco, cum res alienatur, id est, dominium transfertur, sed etiam si non quaeratur, seu non transferatur, dum tamen de facto alienatum sit. Cui non absimile, quod si emphyteuta de facto alienet, a iure quidem suo non cadit: si tamen ad traditionem peruenierit, uerius uideri poenae eum legali fieri obnoxium. Constituendum ergo id proprie dici acquisitum, cuius dominium translatum est.

*Constitutio Iustiani de eo, qui in iudicio exhibere aliquem promiserit, aliter elucidata quam uulgo fieri soleat. CAP. XX.*

Saxit Iustinianus, eum qui pro alio sponderit, quatenus eum intra certum tempus exhibeat: & si non fecerit, tantum nomine poenae, posse etiam lapsa tempore, intra sex mensium spacium exhibere, & evitare poenam, quam constitutionem generaliter intelligunt Doctores in eo loqui, qui aliquem iudicio sisti promiserit: idque specialiter institutum propter praetoriae stipulationis aequitatem: & quia huiusmodi promissor alieno laborat uitio, unde ei merito succurrendum fuit. Sed nae hi non uident, huiusmodi de stipulatione uerbum eo in rescripto

a l. qui restitue. re. de rei uend. b l. ubi. §. fin. de uerb. oblig.

c l. si culpa. de rei uend.

d l. ij. §. fin. pro empt.

e l. si seruum. de euict.

f l. ij. de rebus eorum.

g l. fin. de cond. tritic.

h l. i. §. si cer. tam pet.

i l. stipul. non di. mid. §. Celsus. de uerb. oblig. k l. haeredes. §. si unus. famil. exis. fund.

h Bar. l. cum re. ditor. §. fin. de furtis.

l. l. ij. §. ex his. de uerb. oblig.

m in d. l. uinum.

n l. in fraudem. in prin. de iure fisci.

o l. qui autem. de his quae in fraudem.

p l. i. §. uerum. si quid in fraudem.

q l. alienationis. de uerb. sig.

r Bald. l. ij. C. de episc. audi.

s d. b. i. i. i. i.

s l. sancimus. C. de fideiuss.

nullum esse, cum non parū intersit inter eum qui iudicio sisti promiserit, & eum qui in iudicio repraesentare aliquem pollicitus sit, qui enim repraesentare promittit, confestim cum exhibuit liberatus est: at qui iudicio sisti promisit, à principio usq; ad sententiā sistere tenetur. Suntq; aliæ differentia, quas nuncreferre non attinet<sup>a</sup>, ut merito lex illa ius quod dam cōmentitiū (id est, ut uulgò loquimur, positium) inducens, de altera stipulatione loquens, ad alteram interpretationem producenda non uideatur, præsertim cum ratio differentia inter utrumq; sit euidentis. Qui promittit Titium iudicio sistere, hoc promittit, ut iudicium à Titio suscipiatur: nec ad defensionem ipse admittendus est, cum Titius rem ratam habere nō teneatur. Qui uerò promittit tradere, uel exhibere, factū proprium promittit, nec attenditur quid ille ratum habiturus sit, merito potest iudicium suscipere, & ostendere nihil stipulatoris interesse, quod ille tradatur, nihilq; illū ei debere. Vnde merito aliquod tempus indulgendum fuit, quolis hæc interim peragi posset: & satis esse sex mēses Iustinianus existimauit, exceptiq; hūc casum à regula qua solemus definire, in stipulationibus pœnalibus ad id quod interest nō attendi<sup>b</sup>.

*Cur confessoria ex sola uerborum inquietatione actori detur, cum secus sit in interdico.*  
CAP. XXI.

SI quis mihi seruitutem luminis, itineris, actus, uel quamlibet aliā debere se suū uel prædium negat, confessoria aduersus eum actione experiri potero: quia sola iudiciali negatione inquietare me, molestusq; mihi esse dicitur. Si uerò agere uelim interdico Vti possidetis, nō potero: quia ut ex illo actio alicui concedatur, oportet non solis uerbis, sed facto ipso actorē me turbari. Quæsitū est de ratione differentia, & Alex. duas adducit: alteram, quod confessoria iudiciū sit petitoriū, ideoq; facilius concedendū interdico, quod possessionis tantūmodo causam aliquantisper defendit: alteram, quod cōfessoria etiam non possidenti datur, interdico contra. Quæ rationes potius in cōtrariam sententiam nos trahunt. Cum enim cōfessoria petitoriū sit iudiciū<sup>d</sup>, aut possidenti datur, & restringi debet, quia contra uendicationis naturam, quæ possidenti non conceditur: aut nō possidenti datur, & tunc is minus turbatus, inquietatusq; dicit, quàm qui possidet, & interdico experiri propter cōtradictionē uerbalem nititur. Ego ex ui uerborū oriri differentiam arbitror. In interdico enim uti possidetis, inquit prætor, quin ita possideatis, uim fieri ueto: at uis non dicitur, quæ uerbis fit, sed facto. Teren. in Phorm. Vi coactum te esse inuitū, qui enim aliter quàm facto cogit, ut propria uoluntate, uim nō patitur: quod in interdico maximè dicendum, argumento uerbi fieri. In confessoria uerò ut ea concedatur, simpli-

ter lex requirit dominū seruitutis inquietari: at solis uerbis dubiū nō est quem inquietari. Tranq. in Nerone: Summissis qui Romæ morantē litibus & in secessu quiescentē, per conuicia & iocos inquietarent. Sed quid si nec confessoriam quidem competere ex sola negatione affirmemus, nisi inde aliquod seruituti præiudiciū oriretur: quod aliquando aduersus receptam sententiam defendi.

*Declaratum Q. Mutij responsum, defensioniq; à calumniatoribus: & quomodo emptionis appellacione omnis alienatio contineatur.*  
CAP. XXII.

QVINTUS MUTIUS scripsit, eum seruū, qui hæredi dare x. iussus est, pendente lite inter scriptum hæredem & legitimū, si alteri soluat, qui deinde succubuerit, malè soluisse uideri. Sed Aristo Celso rescripsit, posse dari pecuniam hæredi legitimo, quoniam lex XII. tab. emptionis uerbo omnem hæreditatem complecti uidetur. Obijciunt calumniatores Iuriconsulto nostro duplex uitium: alterum, quod hoc in responso mutilus sit, aliquasq; omiserit necessarias clausulas: alterū, quod id est, proposito exciderit: quid enim hic emptionis appellatio facit: qua in rem multū torquetur Accurs. Sed sciendum, adduxisse Pomponiū ex Mutio imperfecta uerba, quoniam eorum sensus satis ex sequentibus poterat percipi: & moris fuit apud ueteres, quoties uerba alicuius autoris adducerent, ea tantum referre, quæ in præsentem usum faciebant, omisissis plerunq; medijs clausulis, quæ ad rem, qua de agebatur, non pertinerent: quod & Euangelistas fecisse admonet nos Hieronymus. Callistratus certè titulo de Nundinis, Platonis de repub. locū laudans, & ipse mutilum retulit: quorum imitatione id & nos solemus facere, tum breuitati consulentes, tum quod huiusmodi extranea tenebras lectori offundunt. Sed quod ad alterum pertinet, non est ab re Iuriconsulti de emptione argumentum. Solebant enim ueteres<sup>e</sup> testamenta sua condere per æs & libram, scilicet per emancipationē, seu imaginariam uenditionem, quinq; testibus & libripende ciuibus Romanis puberibus præsentibus, & eo qui emptor familię dicebatur, id est, heres, emebat enim familiam, id est, hæreditatem, libra seu asse: quod & Boethius III. lib. in Topica Ciceronis docet. Igitur Mutius Scæuola antiquiss. Iuriconsultus quæstionem eam proposuerat, prout in testamentis, quæ tempore suo erant in usu, plerunq; contingebat: inde merito illa uerba, Si hæredi x. dederit, de quo cunq;, siue legitimo, siue scripto intelligi debet, quia hæres idem est qui & emptor familiæ. Emptionis autē uerbū in lege XII. tab. generale est, & omnem alienationē complectit. Huc pertinet & quod Caius lib. III. ad edictū prætoris urbani, titulo de Publicanis: Veteres, inquit, emptionum uenditionumq; appellacionibus promiscuè utebantur.

a l. i. in prin. si quis in ius uoca.

cur. i. l. i. b. i.

b s. alteri.

c l. si prius. de oper. no.

d l. officium. de rei uend. gl. l. uti frui. s. si usufr. pet.

e l. pen. s. fin. si usufr. pet.

f l. si prius. de oper. no.

g l. statuliberi. ceteris. de statulib.

h instit. de testa. in prin.

a l. ueteres. de empt.

tur. Intelligit id Accursius, ut significet emptionem pro uenditione, & uice uersa uenditionem pro emptione quandoq; accipi, quæ de re alibi disputaturi sumus. Ego ea uerba intelligenda arbitror, ut promiscuè accipiantur, respectu aliorum contractuum: uidetur enim omnes alienationes apud ueteres fieri solitas emptione uera uel imaginaria. De testamento per æs & libram supra diximus, sicut & de adoptione, & de emancipatione. Tranquill. in Aug. Caium & Lucium adoptauit domi per assem & libram emptos à patre Agrippa. Nam & celsio in iure fiebat per additionem, quæ imaginem uenditionis habet. Sicut & donatio, quia addicebat numeros maximi ualoris: cuius idem Tranquill. meminit & Boethius. Hinc etiam Varro de re rust. lib. II. In emptionibus dominū legitimum sex ferè perficiunt, hæreditatis aditio, mancipium, in iure celsio, usucapio, aut si quid ex præda sub corona emit, aut si ex bonis sectioneq; quid publicè uenit. Hinc igitur est, quod emptionis appellacione concludimus omnem alienationem contineri.

*Lex, Pamphilo. s. propositum. de lega. iij. aliter exposita quàm hæctenus à Doctoribus fuerit.* CAP. XXIII.

QVI dicit se uelle relinquere Titio centum, non tamen ideo relinquit: sola enim uolūtas, ab actu longè & late differt. Cui tamen sententiæ aduersari uidetur Scæuolæ responsum illud, quo traditur, eum qui Caio Seio<sup>b</sup> dixerit, quod uelit ei relinquere prædia quæ nominasset, fideicommissum reliquisse uideri. Sed Iason<sup>c</sup> ideo sic responsum arbitratur, quoniam & aliæ coniecturæ aderant, nempe quia testator amicos congregauerat, quia uir militaris, quia relictum contubernali, quia testator cognatis carebat, quia uia<sup>d</sup> geminatione uerborum usus erat, itemq; quia ad rogatū fideicommissarij responderat. Sed certè non est opus tot coniecturas colligere, cum Scæuola nō esse dubitandum attestetur, quin fideicommissum ualeat: apparetq; nihil quod ad has cōiecturas attinet dubitatum, sed in testatoris ipsius responso. Siquidem, ut ibi dicitur, ipso testatore interrogato, an ea dixisset, & responso eius tali, uia<sup>e</sup> inserto, quæsitum est, an prædia deberentur: dictio enim illa, maximè, significat: quæ cum omnino & aperte affirmatiua non sit, quæstioni causam dederat. Sic autem illud responsum restituendum, & Thuscus codex, & ceteri antiqui fortissimo argumento sunt.

*Cur is qui uia seruitutem habet, opus nouū nunciare non possit, noua ratio adducta, & ueterum consuetudine.* CAP. XXIII.

QVI uiam, inquit Paulus<sup>d</sup> habet, si opus nouum nunciauerit aduersus eum, qui in uia ædificat, nihil agit, sed seruitutem uendicare non prohibetur. Videndum est de ratione decedendi: & receptum est, in seruitu-

b l. Pamphilo. s. propositum. de lega. iij. c. l. i. serui. de lega. i.

d l. qui uiam. de oper. no. num.

te rustica non concedi nunciacionem fauore agrorum. quam sententiam ego nunquam probaui: quia lex posse nos nunciare ait, si de iure prædij controuersia sit: & iura prædiorum sunt seruitutes proprie: dominium uerò ius prædij nō est, sed ius ipsius domini. Nec etiam Alexandri distinctio satis placet, nunciacionem in seruitutibus locum habere aduersus omnes, excepto domino consentientis. Cū enim is qui nūciat, proprio nomine nunciet, ei distinctioni locus non est, quæ solum admittuntur in fructuario, & alijs qui nō suo, sed alieno nomine nunciant. Nam & cur dicamus fauore agrorum non concedi nunciacionem: cum enim seruitus alteri fundo debeat, non est cur magis seruienti, quàm dominantanti fundo indulgendū sit: & ideo in pari fauoris causa à regula iuris descendendum non fuit. Vnde ego existimauerim, siue in urbana, siue in rustica seruitute nunciacioni locum esse, præterq; in seruitute prædiali non continua, qualis est uia. Idem in itinere, actusq; qui enim huiusmodi seruitutis est dominus, non tantum possessionis habet, quantum nunciacioni sufficit: quia seruitutū possessio ab ipso fundo dominante, animo tamē domini retinetur, qui fundus eas solum uerè retinet, & usu conseruat, quæ causam habent continuam, ut aquæ ductus. At quæ per interualla habent, qualis uia, actus, iter, plena possessione nō innituntur: quia cum cesset in eis usus, qui fundo dominantanti debetur, & uicinus ædificando nō præstet patientiam, deficit uera possessio, cum solus dñi animus super sit, qui nunciacioni non sufficit: alioquin si solus animus sufficeret, causam continuam habere dicerent, qua ratione huiusmodi seruitutes non continuæ, non nisi post hominū memoriam usucapiuntur, cum ceteræ decem annis acquiri possint.

*Filios patri agnatos non esse, quomodo intelligendum sit.* CAP. XXV.

FILIUS patri, inquit Vlpian. agnatus proximus non est. Visum est id mirum Accursio, ceterisq; interpretibus, qui legerant, Agnatos esse, qui per uirilem sexum coniunguntur: Item filio à capite, unde liberi uocantur, excluso, ex sequenti agnatorū gradu bonorum possessionem decerni. Vnde præposita scriptura ipsi legunt, agnatus non proximus est, ut intelligas non, pro non autem, & neges proximū esse filium patri, quem tamen nemo antecedit. Atqui in iure epitheton proximi solet agnato<sup>e</sup> iungi, non aduersari: quia lex proximū agnatū aut cognatum ad successionem uocat. Adde, quod & alibi dicitur, Nepotem auo suo sine dubio agnatū non esse. quæ uerba mira cauillatione inuertunt Doctores. Igitur sciendum agnatos dici, quasi adnatos, significat autem dictio, ad, iuxta: & ideo agnata membra Plinio dicuntur, quæ prope alia suboriuntur, ut in sedigitis uidemus. Filius igitur patri suo non adna-

e l. in iudicio. si mil. ercis. f l. i. de seruit. rust. præd.

g l. i. de remiss.

h l. i. s. fin. ubi Alex. co. tit.

i l. si co loco. si ser. uend.

k Bar. l. i. in uis. q. de oper. no. numc.

l Bar. l. i. col. an tepenul. de acquir. poss.

m l. seruitutes. de seruit.


n l. filius. de suis & legit.

o l. i. de suc. edi.

p l. i. s. unde cognati.

q l. si. in prin. de grad.

r l. scripto. unde cogn.





tus, sed natus est. quod si filiorum, non contemplatione patris, sed inter se mentio est, tunc adnati sunt, quia omnes iuxta, ac prope, eodemque gradu geniti sunt. Vnde lex ait, proximiores ex agnatis sui dicuntur<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> l. fin. in prin. §. i.

*Quid sit fiducia in iure nostro: unde fiducia-  
ria hereditas, fiduciarius tutor, contractaque fidu-  
cia dicatur. CAP. XXVI.*

**F**iducia præter uulgarem significationem, eleganter in iure pro pignore accipitur. Vnde & fiduciarius seruus: & res fiduciaria, quæ loco pignoris apud creditorem deposita sit: & ita non raro utitur Paul. Iurisconsult. Sent. lib. II. tit. de deposito. Sed & eodem modo Cic. orat. pro L. Flacco: pecuniã adoleſcẽtulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupauisti: hanc fiduciã commissam tibi tenes hodie, ac possides: eum tu testem, spe recuperandi fundi paterni, uenire ad testimonium dicendum coëgisti. Vlpianus<sup>b</sup> fiduciã hereditatem, pro fideicommissaria accepisse uidetur, cum quis non contemplatione sui, sed eius cui restituere damnatus est, hæres institutus proponitur. Sed & fiduciarius pater in iure dicitur is, cui filiũ naturalis pater imaginaria uenditione emancipat, ut ille eum manumittat: quod supra ex Caij Institutionibus retulimus. Vnde cum iste non uerus patronus & manumissor esset, ut qui ima-

<sup>b</sup> l. certi conditio. si cer. pe.

<sup>c</sup> arg. l. iij. §. p. mul. de usur.

ginario cõtractu emancipationis causa emisset, talis emancipati, si impubes esset, non legitimus tutor, sed fiduciarius dicebat: idemque post eius mortem in suis filijs, ut emancipati fratris uel filij fiduciariam tutelam gerant. & hæc prima est huius tutelæ origo. Verũ cum deinde hæc solennitas fiduciarij patris exoleuerit, simplexque emancipandi modus placuerit, seruauit tamen tutela fiduciaria nomen, quoties frater uel pater impuberis à patre uel auo emancipati, post eius mortem tutelam suscipit. Inde<sup>d</sup> est ille loquendi modus, quo traditur patrem naturalem emancipato non succedere, nisi contracta fiducia emancipauerit. Iure<sup>e</sup> enim ueteri manumissor ipse, id est, fiduciarius pater succedebat, nisi contracta esset fiducia, id est, nisi naturalis pater iterum à fiduciario filium ceu seruum emisset, & ipse manumisset. Nec enim ueteres alium manumissionis modum habebant, quam in seruis: & ideo ut emancipationi locus esset, prius filium ad seruilem statum per uenditionem redigebant, & deinde ceu seruum manumittebant: hincque est, quod emancipatio capitis diminutio est, licet minima, quia imaginariè alienatus erat: indeque etiam est quod in iure plerumque manumissionem pro emancipatione assumimus, quod Iason<sup>f</sup> annotauit.

<sup>d</sup> Instit. de fidu. tut.

<sup>e</sup> §. ult. Instit. de leg. ag. suc.

<sup>f</sup> L. utrum. de uerb. oblig.

D. ANDREAE ALCIATI PARERGON  
LIBRI TERTII FINIS.

# Ampliss. religiosiss. q; P. Dn. Othoni a Truchsen, Augustano Vindelicorũ antistiti, And. Alciatus S. D.



*V*perioribus annis tres ad te Parergon libros misi, quos et nomini tuo dicauit, ut tali munusculo meum in te amorem testatissimum facerem, quem ob egregias animi tui uirtutes, summamque indolẽ maximũ conceperam: nec dubitabã, quin ubi ematuruisset ætas, maximos fructus ea ingenij uis esset paritura. Nec sefellit expectationẽ meã euentus: etenim ut in ueteri est carmine, Qui conijcit bene, uaticinatur optimẽ. Ex generoso enim semine, lætissimi que segete, non nisi uberrima, optimaque messis sperari potest. Ab eo tẽpore per omnes, non tam honorum, quam laborum gradus, ad eam dignitatem ascendisti: quæ cum maxima sit, meritis tamẽ tuis adhuc potest inferior uideri. Quoties tu dispositis equis, quoties cursu publico, in Pannoniã, in Sarmatiam, in extremas Septentrionis oras excurristi? quoties per Germaniam es circumlatus, dum operam tuam nõ tam Paulo<sup>111</sup>. Pontifici, à quo mittebaris, quam ipsi orthodoxæ omni Reipub. præstas, & optimates quosque ad œcumenicam synodum allicis, & inuitas? dum dissidentium seclorum principes ad sanitatem atque concordiam redigere, Romanamque ecclesiã cõciliare, pro uirili tua contendis? dum maximos Reges, summos gentium Duces, pacare, cõiungereque, ut imminentes omnium ceruicibus Turcas sustinere, atque repellere pergant, Pontificis Max. imperio atque autoritate festinas? ut merito Augustanæ ecclesiæ præfatus, & Vldrici illius successor sis designatus, qui dcc. ab hinc annis pari temporum infelicitate diuino monitu autor Othoni I. Imperatori fuit, ut cõserta manu infestantes omnem Europam extremæ Scythiæ populos Hungaros, idolorum cultores, aggredieretur, atque internitione gentem ferẽ omnem conficeret, superstitesque deinde ad mitiorem Christi cultum, barbarica feritate exuta, reduceret. Gratulor itaque tibi tantam dignitatis tuæ accessionem, quæ non casu, non fortuito, non ambitu, sed ita exigentibus meritis tuis, ita suadente, expostulanteque morum tuorum integritate, certantibus omnium studijs, est facta. Et quia Reges Persarum fas non erat absque aliquo munere adire, tali exemplo & ipse admonitus, donum hoc, tametsi modicum, amplitudini tuæ impar, adferre constitui: nempe septem alios Parergon, seu ut ueteres uocabant, Excelsuum libros, quos prioribus addendos existimaui. Cum enim eiusmodi sit hoc argumentum, ut propter rerum uarietatem, & multiplicem, quæ subinde occurrunt species, augeri quotidie possit: multa ab eo tempore, quo primos libros edidi, sunt mihi excogitata atque inuenta, quæ ne omnino perirent, in hoc albo describenda censui. Nec enim inter docendum, atque inter tetricas illas salebroſasque Iuris nostri quæstiones, amœnioribus hisce secessibus locus esse potest. Et ut ego uelim, nõ ferrent hi, qui ceterarum artium rudes & imperiti, illud ex truiuo exclamarent, Hoc age quod agis. Quæ res etiam effecit, ut ijs quoque in libris modum adhiberem, & ea duntaxat humanitatis loca explicarem, quæ Iuri nostro cõiungerentur, & ultrò se offerrent. Alioquin si omnia, quæ omnibus in autoribus habeo annotata, quæque diuersa ab alijs sententia interpretari possem, congerere uoluisset, non iam incidentium, egressuimue, aut eorum quæ præter institutum dicuntur libros, sed aceros, sed syluas, sed chiliadas describendas assumpsisset, aurumque, quod dicitur, Midæ collegisset. Et quamuis omnia, quæ ad literarum studia qualitercunque pertinent, per se clara, honestaque sint: fieri tamen non potest, quin Iuriscõsulti, quã sustineo, persona, professorumque munus, aliqua ex parte me retrabant: nec talia moliri me permittant, quæ triuialis cuiusque pædagogus morsibus sint obnoxia, quæque literatores isti arbitrato suo lancinent, cum inde ingens nomen, magnamque gloriã acquirere se posse existiment. Quid enim amplius relictum est? cum nuperrimè inuenti sint, qui in parentem eloquentiæ M. Ciceronem slyli aciem distinxerint, qui Virgilium suggillarint: alioquin tamẽ, si dijs placet, magni nominis uiri: licet, ut apparet, nõ magni iudicij. Abstinni itaque quantum fieri potuit, hac alea, nec omnino pluri-

ma ex humanioribus studijs inculcaui: sed ea ferè tantum attigi, quæ à iuris nostri interpretatione comòdè separari non poterant. Tametsi tam multa hæc fuerint, ut uerear ne religio hæc nostra parū nobis prosit: exoriturq; malè feriatu aliquis, atq; cōtrouersiosus, quem umbratili in pugna dentem dente rodere plurimum iuuat. Qui tamen, si quis erit, hæsitare nō debet, quin pro dignitate sit à me accipiendus, ut pro semente à se facta messem colligat: & cōpedes, quas ipse fecit, ipse ut gestet faber. Cæterum mi Otho, plurimū spei in tua autoritate mihi est situm: ut sicut eas possessiones, quibus uela regia prætenduntur, raptores & Isauri nō attingunt: ita & à lubricationibus nostris, quibus nominis tui titulus est præfixus, maledici et conuiciatores genuinum contineant. Tu autem pro ea humanitate, qua hæcenus me es profectus, scio non dedignaberis patrociniū meum suscipere, & tanquam Ajax ille Homericus, periclitantem me sub clypeo tuo protegere. Vale.

Mediol. Calend. Septembrib. M. D. XLIII.

277

PARERGON LIB. IIII.

278

DN ANDALCIATI IVRISCONSVL. PARERGON seu obiter dictorum, liber quartus.

Seruiliū Scæuolam uideri ter responsis suis nobis illuisse: & emendatus Linius lib. v. ubi de Gallo rum in Italiam aduentu loquitur. CAPVT I.



VANTAE autoritatis Scæuola noster Iuriscōsultus fuerit, satis à ueteribus testatū manet: utq; eum in consilio M. Antoninus Imp. habuerit, ut Cōmodo filio præceptorem dederit, ut deinde is & Septimium Seuerum docuerit, multi tradidere auctores. Nec tamen is, quamuis excellenti doctrina, euadere potuit, quin si non grauib; notis, saltē aliquibus nauis insigniretur. Et in primis Claudius Saturninus eum distinxit, cum ille respondisset, Conditionē, quæ ablatiuis absolutis concipitur, transmissioni fideicommissi obstare, Magno, inquit Claudius, ingenio de iure aperto respondit, cum possit dubitari, an conditio esset. Rursum alio responso, cum quis promississet, quicquid patrē Meuius debere constitisset: & Scæuola respondisset, Si conditio non extitisset, stipulationem non esse cōmissam: uisum est quibusdam ridiculè responsum fuisse. Extat petri Stellæ Aurelianensis libellus, quo conueniri promissorem posse ait, postquam probatū fuerit eum debere: existimatq; pronunciaisse Scæuolam, ut imperiti iudices solent, Si quid Titio debes, solue. quale responsum & innominatus poëta Græcus Diodoro Iuriscōsulto tribuit:

Δίξο δὲ θυμῷ μου πρὸς δὴν ἀπὸ δὸν αἰῶνα δὲ ἀπίστῳ Ὑπόφω ἀρεῖο τέρου εἶνε δὴν αἰετὸς λέγοις. Sed tibi fac iudex sit amicus, dummodo iustam causam habeas, punctum protinus omne feret. Qua tamen in re quid nos sentiamus, in eius responsi interpretatione diximus, Cæterum

& παραλογιστικῶς idem Scæuola scripsisse uideri potest, cum Macedonianū S. C. interpretans, Quod uulgò, inquit, dicit, filiofamiliās credi non licere: nō ad uerba, sed ad numerationē referendū est. Quis enim dubitat, non id Senatuscōsulto actum esse, ut filijfamiliās mendaces existimentur? Atqui uidetur Scæuola Homericū Menelai ad Paridem uerba mutuatus Iliados γ.

Ἄφετε δὲ πρῶτον οὖν βίην, ὅφρ' ὄρκει τὰ μὲν ὠπρῶς, ἐπειδὴ οἱ πῶτ' ὄντο ἰσχυροὶ, καὶ ἄπιοι, μὴ τις ὑποβρασίη διδῶς ὄρκει δὴ κλίσθηται.

Fac pater ipse tui Priamus sit foederis auctor: Namq; fides fluxa est iuuenum: nec pactio curæ est, Sacra Ioui tenerè uiolet ne foedera quisquam.

Tamet si ego & hoc responsum aliter accipi posse sciam, & omni noxa Scæuolam defendi. Sciendū tamen est, nō eundem esse hunc, cum eo qui à M. Cicerone ubiq; celebratus est: quippe noster Serbidius ille Mutius fuit. cum tamen nusquam in Romanis familijs Serbidiij nomen legerim, facile suspicor corruptum esse Modestini locum, qui Græcè scripsit: uerisimileq; est nō Serbidium, sed Seruiliū scripsisse. norunt omnes quàm facilis & lubricus sit error, ut pro Lambda, substituitur Delta, sicut etiam quandoq; Alpha, quod ab eo sola inferiore linea distat: cuius rei unum exemplum subiecisse sit satis. Scribit T. Linius lib. v. Gallorū Cenomanorum, duce Elitonio, manum in Italiam uenisse, & Libuos, Saluios, citra Ticinum incoluisse: deinq; Boios, Lingonesq; transgressos fuisse. quam historiam & Polybius Græcè lib. II. tradidit. sed cum Λίγγωνδῶν scripsisset, corruptis exemplaribus nunc Ἀγγωνδῶν, nunc Αἰγγωνδῶν in uulgatum legitur: sicq; pro Lingonibus noua Gallorum gens inuecta est Agonus, uel Aeganum, quæ nusquam fuit. quod ideo referre uolui, ut etiam Liniij locū obiter emendarem, apud quem pro Cenomanorum, legitur corruptè Germanorū: pro Citra, legitur Circa.

d. l. quid, ad Ma ced.

a l. heres meus. §. cui. de lega. iij.

e l. scire. §. aliud. de excus. tut. A, Δ, A.

a l. a. testatore. de cond. & dem.

b l. qui Romæ. §. pen. de uerb. oblig.

c l. pen. & fin. C. de sent. que sine cer. quāt.

Bases uasorum, legendum apud Iabolenum: & emendatus quoq; Polybius, ubi de Gallia trāspadana loquitur: Haloandri interpretatio in Nouellis Iustiniani correctā. CAP. II.

Quæ sit adoptio ex tribus manibus: & quomodo ea fieret apud ueteres: utq; Herculis nomen conueniat spurij. CAP. III.

Eodem loco Polybius in uulgatis codicibus Basigi locū nominat, quem Adriatici maris littus tenet. Quæsiuerunt aliqui ubinā esset, & nihilo magis quàm Hythlodæi Vtopiam inuenerūt: corruptus enim est Latinus codex, & non Basigi, sed Basis locum, legendum est. Siquidem cum triangularem esse Italiam docuisset, & oriētale latus Ionio, Adriaticoq; sinu, meridionale uerò & occasum Siculo & Tyrreno mari claudī scripsisset, subiecit, Basin eius trianguli ad littus maris Adriatici esse. Est autem Basis, pedamentum & sustentaculū, seu ima pars cuiuscunq; rei: Abax uerò est, qui Latinis Abacus dicitur, mensa scilicet, non solum geometrarū & calculatorū, sed etiam coquorum, in qua res deponūtur: & pincernarū, in qua argenteos calices tenent: sic dicta, ut inquit Suidas, q sine Basi fieret. Iabolenus: Cui Corinthia legata essent, & abaces quoq; eorum uasorum collocandorum causa paratas deberi Trebatius ait & c. Arbitror potius Bases legendū: antiqui certè codices Bases habent, facili alterius elemēti in alterum lapsū. Sanè eodem loco Polybius Gallia trāspadana fertilitatem & copiam describens, in Latinis exemplaribus, Accipi ab hospitib; uiatores, & optime saturos dimitti ait, exacta non amplius siliqua, quæ oboli est tertia pars: sic enim Nicolaus Perottus uertit. At in græco nuper excuso aliter legitur, nempe non Siliqua, id est, cæratio, sed ἡμισσακεῖον. & non τριπύριον, sed τριπύριον μέγας ὄβολος. Ego tamē Perotto in hoc assentior, & castigationem lectionem arbitror, quā ipse secutus est: etenim falsum est, semissem quartam partem oboli esse. nec de obolo aereo aut argenteo intelligendū est, sed de aereo, hodie xv. nostrates asses ualente, ut pro prandio quinq; asses præstarent: quod & ante bella factitatum scio: licet nunc singulis Iulij, qui x. assibus censentur, uix contenti soleant esse tabernarij. Non tamē probo, quod ibidem Perottus medimnū Siculum transtulerit modium: & metretam uini, dolium: etenim plurimū hæc differunt, ut alibi à me disputatum est. Nec mirum esse debet, antiquū Perotti codicē à græco nuper excuso in hisce numeris diuersum esse: contingit enim id sæpissimè, ut in Nouella Iustiniani c. XLVII. in qua, Exceptio inquit, à prima iam pridē trāscurrente indictione locū habeat. Atqui non πρώτης, sed τρίτης, id est, tertia legendum est, si quis rectè rem perpenderit. Sic in cōstitutione CLIX. ut restitutiones fideicommissi usque ad unum gradum consistant: uertit Haloander, cum debuisset, usq; ad quartum. Habuit ipse in suo titulo, ἐνός, at antiqua translatio rectius φῶδ. ut quartum elementum, quartum quoq; numerum significet,

CVm de Adoptiuis liberis quædam constituit Iustinianus: subiecit deinde, facta sit adoptio: ut si ex tribus maribus aliqui essent adoptati. quos uno atq; altero modo Accursius interpretatur, alijq; aliter. Ego arbitror, Tribus manibus, esse legendum: quod de patris naturalis manu in fiduciarij manum traderentur, qui deinde in manum & potestatem adoptiui parentis dabit. Unde alibi dicitur, Per tres mancipationes adoptionem fieri. Est & alius modus ueterum, quos poëta Ennius Cascos uocat, lege nostra haudquaq; cognitus: cum infantem quis uxori suæ lactandum tradit: etenim illa mater esse incipit, & ipse loco patris est. Plautus in Menæch.

Adeo forma simili pueri, ut mater sua Non internoisse posset, quæ mammam dabit: Neque adeo mater ipsa quæ eos pepererat.

Iis quidem iure nostro debetur reuerentia, ut in ius absq; uenia citari nō debeant: nō tamen ius aliquod adoptionis habere uident. At apud Græcos aliud traditū est, apud quos scriptū legi, Iouem nato Hercule, quod spurius esset, nec in deorū numerū admitti posset, dormienti coniugi suæ Iunoni eum clam supposuisse, & exucto de mammis ab ea lacte, infantem, ceu natalibus restitutū, diuinitatis iura acquisiuisse. cuius rei & Hyginus meminit, & Arati interpres, & qui Collectanea rei rusticæ Cōstantino Cæsari inscripsit. Hincq; factum est, ut nothi ad Cynosarges, ubi templum est Herculis, exercerent: quoniam is Deus illis præest. cuius rei & in Emblematis mentionem fecimus:

Herculeos spurij semper celebretis honores, Nam uestri princeps ordinis ille fuit. Nec prius esse Deus potuit, quàm sugeret infans Lac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabit.

Qui Philosophi in ignem se contecerint: Ouidij carmen in ibi explicatum. CAP. IIII.

Si qui tædio uitæ, inquit Vlpianus lib. x. ad S. C. uel ualitudinis aduersæ impatentia, uel iactatione, ut quidā Philosophi, mortem sibi cōsciuerint, in ea causa sunt, ut testamenta eorum ualeant. Exemplum Philosophorum, qui iactationis causa perierint, in Empedocle Accursius ponit, & rectè quidē: aiunt enim se ipsum in crateras Aetnæ præcipitem dedidisse, ut pro Deo coleretur: quod ex quorundā sententiā lib. VII. Diogenes Laërtius scripsit, cuius rei & Septimius Florens meminit libro, qui ad Martyres inscribitur, & Horatius:

—Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles, ar dentem frigidus Aetnam insiluit.

Sed & constat idem quoq; à Calano Indo factum.

b l. penult. C. de adopt.

c l. fin. C. cod.

d l. i. ff. de obseq. e l. fin. C. de in ius uoc.

f l. si quis filio §. quod si quis tædio. de iniur. rupt.



titatum esse, qui cum in rogam ardentē con-  
scendisset, O praeclarum discessum, inquit, e-  
uita, cum ut Herculi contigit, mortali corpo-  
re cremato in lucem animus excesserit. cuius  
rei meminit M. Cicero lib. de Diuinat. 1. & in  
uita Alexandri Plutarchus, & non pauci alij.  
Sed & Dion historiae libro LIII. idem fecisse  
Zarmarum Indum autor est: qui ut diuo Au-  
gusto se ostentaret, siue iactantia, siue senectu-  
tis incōmodis actus, in ignem se cōiecit. Sed  
profecto clarius, illustriusq; exemplū, & Vi-  
piani ipsius temporibus proximius fuit, Pe-  
regrini Pariani ē Ponto philosophi Cynici,  
qui celebri die Olympiorū in pyram hac cau-  
sa fabrefactam, adstante totius Grāciae con-  
uentu, se cōdidit: quod factum integro libel-  
lo non narrat carpitq; solum Lucianus, sed &  
maximē irridet, uanam hominis ambitionē  
& dementiā naso traducēs. Is & cognomen-  
to Proteus est dictus, quod & A. Gellius lib.  
XII. cap. XI. ostēdit: cuius & Septimius Ter-  
tullianus suprascripto libro mentionem facit:  
arbitrorq; aliquem eius temporis studiosum  
Luciani exemplo hominis memoriae illuden-  
tem, Ouidiano carmini in Ibin inseruisse il-  
lud distichon:

*Quodq; ferunt Proteum fecisse cupidine mortis,  
Des tua succense membra cremanda pyrae.*

Seu si quis synaresin in Proteo reformidat,  
Protea quodq; ferunt fecisse & c. nam quae in  
terpretes ibi de Broteo Vulcani & Mineruae  
filio prodiderunt, nullis idoneis autorib. ful-  
ciuntur: apparetq; ab eis id confictum, impo-  
sturam lectori facientibus, ut saepe alias eo in  
libro. Sanē licet frequens apud ueteres Ro-  
manos id genus mortis esset, quod spontē, te-  
dio ualitudinis, uel metu poenae subibant: ho-  
die tamen exoleuit, ut nō nisi perditissimi, &  
huiusmodi sibi necem consciscant, quod  
scilicet Christiana lege id genus mortis om-  
nino uetitum sit: quod lib. de Ciuitate Dei I.  
Augustinus ostēdit, cap. XVIII. & deinceps.  
Idem & oratione quadam Iosephus lib. exci-  
dij Hierosolymitani III. cap. XXI. dilucidē  
demonstrat. Etenim non licet militi praesi-  
dium, cui impositus est, iniussu Imperatoris  
sui deferere.

*Naturales, & Spurijs, & Nothi, qualiter  
olim & hodie succedant: & plurima ueterum auto-  
rum loca declarata. CAP. V.*

**I**nquit Vipianus<sup>b</sup>, dotatas esse foeminas ad  
sobolem procreandam, replendamq; libe-  
ris ciuitatem, maximē est necessarium. Atqui  
subijcit Accursius, haudquaq; necessariū id  
consequitur, cum citra matrimoniu possit fi-  
lij repleri ciuitas. Sed haudquaq; de hisce in-  
tellexit Iureconsultus, quos lex pro filijs non  
habet, quosq; ceu uulgō conceptos nō tenet  
pater agnoscere. Igitur sciendum, filios illos  
ab antiquis ueros existimari, qui ex matrimo-  
nio cōcepti essent. Non erat autē iustum ma-  
trimoniū, nisi inter ciues Romanos<sup>c</sup>. Quod  
si quis ciuis Romanus aliquam latinā condi-

tionis uxorem duxisset, iusta uxor nō erat: &  
liberi inde suscepti, Naturales duntaxat erāt,  
& libertinae cōditionis censebant<sup>d</sup>, seu, quod  
idem est, delegatae cōditionis: sic enim Tran-  
quill. in Vespas. appellat, delegatum pro re-  
legato assumens<sup>e</sup>. T. Liuius lib. XLIII. Alia  
inquit, noui generis hominū ex Hispania le-  
gatio uenit, ex militibus Romanis, & Hispa-  
nis mulieribus, cum quibus connubiū nō es-  
set, natos se memorantes supra IIII. millia ho-  
minū, orabant ut sibi oppidum in quo habi-  
tarent daretur: Senatus decreuit, Latinā eam  
coloniam esse, Libertinorūq; appellari. Idem  
T. Liuius lib. XXXIX. decretū a Senatu re-  
fert, ut Hispaniae Feceniae libertinae, quae iudi-  
cium Bacchanalium fecerat, ingenuo nube-  
re liceret: neu quid ei, qui eam duxisset, ob id  
fraudi, ignominiae ue esset. Cum tamen diuus  
Anto. Pius deinde constituisset, ut qui in or-  
be Romano essent, ciues Romani censerentur<sup>f</sup>:  
uidetur tales nuptias ab eo tempore ap-  
probatas fuisse: & ideo in huiusmodi nuptiis  
legi Iuliae de adulterijs locum dari<sup>g</sup>: coepitq;  
tunc & ius patri esse, tales filios instituendi,  
ut qui nō naturales amplius essent, sed legiti-  
mi. Sed quid de alijs illegitimis dicemus? &  
cōstat uarias eorum esse species: aliqui enim  
sunt qui φυσιοι, id est, Naturales uocantur, id  
est, qui ex cōcubina domi retenta, & quā ha-  
bere licuit, sunt nati: hi licet ab alijs ex lege ue-  
teri nō distarent, tamen lege nouella Iustinia-  
ni priuilegiū in causa intestati consecuti sunt,  
ut in duas uncias paternae substantiae quibus-  
dam casibus admittant<sup>h</sup>. Sunt & Naturales,  
qui ex matre nati sunt, cum qua stuprum non  
esset: ut quia liberta sit, quae etiam inuito pa-  
trono alicui se in concubinatu dederit: uel in  
genua sit, dum tamen obscuro loco nata, seu  
quae corpore questum fecerit<sup>i</sup>: & cum huius-  
modi filijs post diui Anto. constitutionē ha-  
bebat pater testamenti factionem, ante nō ha-  
bebat<sup>k</sup>. Alij sunt Nothi, quae dictio ut Fabius  
Quintil. lib. III. cap. VIII. ait, Latine explicari  
non potest: hi sunt & ipsi ex cōcubitu proge-  
niti, qui nulla lege poenam indicatam habet:  
hocq; distāt a Naturalibus, quod hi nō adeo  
custodita matre, nec quae loco uxoris habere  
tur, nati sunt: ideoq; nullā eis ab intestato por-  
tionem lex defert<sup>l</sup>. Vnde pauci uerē Natura-  
les sunt, ut recte Bald. & alij ueteres docue-  
runt<sup>m</sup>. At nothi pleriq; sunt, qui naturales &  
ipsi sunt, sed nō adeo certo patre: nam & hoc  
nomine continent, qui ex cortis & meretri-  
cibus suscipiuntur, quos lex *εμπατρικός*, &  
speciali significatione Spurius uocat, quasi  
uulgō conceptos, *πυρά το σποράδω*, ut Iustinia-  
nus ait<sup>n</sup>. Istis autē seu naturalibus seu nothis  
lege antiqua nihil relinqui poterat<sup>o</sup>: quoniā,  
ut Iustinianus ait, lex eos habebat tanq; *εμφυ-  
λο* *υλη* *και* *παι* *πυρα* *δω* *αλλοτριου* *το* *πολιτουμετος*, id  
est, peregrinos, & omnino a iure ciuitatis a-  
lienos: post constitutionē autem diui Anto-  
nini coepit patri cum eis testamenti factio es-  
se: poteratq; pater eos cohæredes iusto filio  
dare,

d l. fin. ff. de iur. delib. xxxij. q. iij. liberi.  
e l. j. l. nec apud. C. de her. inst. l. j. §. ij. de lega. tis iij.  
f l. in orbe. de sta. ho. & §. fi. in Authen. ut lib. de ceter. g l. si uxor. ff. de adult.  
h Authen. licet. C. de nat. lib.  
i l. pen. de con- cub.  
k l. cum tabulis. §. j. de ijs qui- bus ut ind.  
l Rub. Authen. graeca. de no- this. alias qui- bus modis nat. effi. sui.  
m Bal. conf. co- xlij. in l. Oldr. consil. cxxvj. n §. si aduersus. Instit. de nupt. o d. l. j. d. l. nec apud. C. de he red. inst. l. j. §. ij. de lega. iij.

a l. Lucius. de uulz. & pup. l. fin. de iur. de lib. l. Lucius. ij. §. fi. de lega. ij. bl. j. C. de nat. li.  
c l. ij. C. de nat. lib.  
d Auth. licet. C. de nat. lib.  
e gl. i. uerbo re scripti. C. de nat. lib. l. qui in pronuncia. §. fi. nd. de rit. nup. f l. ij. ff. de ijs que p. nō scri- ptis. l. pen. ff. de cap. dim. g l. si is qui. l. ex facto. §. fin. de uulz. l. qui tes- tamentum. de probat.  
h l. j. d. l. nec a- pud. C. de he red. inst. l. qui dan. de pro. d. l. j. §. ij. de leg. iij. l. vj. §. sole- mus. de here. instit.  
i Auth. ex com- plexu. C. de in cest. nupt. §. fi. in Auth. quib. mo. natur. effi. sui.  
k c. cum habe- ret. de eo qui dz. in ma. quā pol. Soci. conf. clxj. col. j.  
l l. non intelli- gitur. §. si quis palam. de iure fisci.  
m l. Lucius. §. fi. de lega. j. l. fin. ubi Bart. de ijs quib. ut indig. nd. §. si aduer- sus.  
o l. ij. C. si man. ita suc. alien. l. cum seruus. ff. mand.  
p l. fin. de iure delib.  
q l. j. C. de lat. liber. toll.  
r c. consuluit. ex tra de ser. non ord. xxxij. q. iij. liberi.

dare, uel substituere, uel aliter arbitrato suo  
eis legare<sup>a</sup>, donec recentiorū Imperatorū le-  
gibus arctata est hæc potestas: & in primis a  
Constantino eorum patrum respectu, qui di-  
gnitate aliqua præfulgerent<sup>b</sup>: deinde Valen-  
tiniani lege, quae Constantinianam aliquate-  
nus restringit, & in codice Theodosiano etiā  
num extat<sup>c</sup>: mox Arcadij & Honorij consti-  
tutione: tandemq; Iustiniani nouella, qui un-  
ciam eis duntaxat relinqui posse sanxit<sup>d</sup>, si a-  
lij legitimi extent: alioquin uel totum. Alij  
sunt Spurij ex coitu damnato procreati, id  
est, a lege uetito, & punito: ut si ex matre nati  
sint, cum qua stuprū cōmitteretur. & hi sem-  
per incapaces fuere: nisi quatenus beneficio  
principis impetratū esset ut eis aduscq; certū  
modū relinqui posset<sup>e</sup>. existimauerim tamen  
ego eis potuisse relinqui, quatenus & relega-  
tis, & peregrinis poterat, id est, ad alimenta  
usq;<sup>f</sup>: sicq; eas leges interpretor, quae eorum  
mentionem faciūt, quibus solidum relinqui  
non potest<sup>g</sup>: ut ijs uerbis non solum peregrini,  
aut deportati, qui iura ciuitatis amiserunt,  
contineantur<sup>h</sup>, sed etiam hi spurij. Et quam-  
uis Iustinianus Constantinianae legis exem-  
plo nec ali quidem illos uelit<sup>i</sup>, Pontificum ta-  
men humanitate hodie receptum est, ali debe-  
re: sicq; rursus ius uetus restitutum illis, quod  
ad alimenta attinet, est<sup>k</sup>. Sanē si quid illis ad-  
uersus leges relictum fuisset, si clam factum  
proponeretur, ut quia hæres tacitam fidem re-  
stituendi dedisset, ad fiscum pertinebat, & ceu  
ab indigno auferebatur<sup>l</sup>: si palam, hæredi ipsi  
remanebat<sup>m</sup>. Hincq; satis apparet, lege uete-  
ri nullam fuisse inter hosce spurijs differen-  
tiam: sed omnes Latinæ, seu peregrinae con-  
ditionis fuisse, nec ab intestato successisse: ex  
testamento uerō nihil ultra alimenta conse-  
qui potuisse: Iustinianum uerō secundum su-  
prascripta distinxisse. Erat & alia species na-  
turalium, quos quis ex ancilla suscepisset: &  
quia partus uentrem sequitur<sup>n</sup>, tales seruilis  
conditionis erant<sup>o</sup>, nisi quatenus a domino  
matris manumissi essent: quo casu latinæ con-  
ditionis efficiantur<sup>p</sup>. Hodie uerō Latina li-  
bertas sublata est, efficiunturq; manumissi ci-  
ues Romani<sup>q</sup>. In historia Vitichindi Saxo-  
nis, cum Hugo Francorum Rex defunctus  
esset, superstitibus duntaxat Amalberga ex  
iustis nuptijs nata, & Theodorico, quem ex  
concubina suscepit, isq; regnum inuadere  
uellet, responsum ab Herminfrido sororis ma-  
rito accepit, prius sibi de libertate, quam de  
regno quaerendū: quod enim ex concubina  
natus esset, seruilis conditione maculatum es-  
se<sup>r</sup>: appellatq; eum Vitichindus Herminfridi  
generum, tanquam ultra uulgatam signifi-  
cationem gener mihi dicatur, qui sororis meae  
sit maritus: quo sensu inter scriptores Lati-  
nos utitur Iustinus, qui lib. XVIII. Sichæum  
Didonis maritū Pigmalionis generū uocat.  
Erat autē Pigmalion Didonis frater. Ceterū  
me non latet fuisse qui existimarent, cum ijs  
duntaxat filijs, qui ex concubina domi reten-

ta nati sunt, testamēti factionē patri hodie ef-  
se<sup>s</sup>, non cum nothis: quod falsum est, & aduer-  
sus Iustinianum constitutionem, si quis eius uer-  
ba diligenter in græco autographo inspexe-  
rit: in eo enim expresse Nothos & Physicos fi-  
lios commemorat, & agnoscit: at qui in Lati-  
num eam cōstitutionē transtulit, ambos uno  
nomine Naturales uocat: unde Doctoribus  
nostris obortæ sunt tenebræ. Distinctio ergo  
illa solum in successione intestati, propter in-  
certitudinem patris, locum sibi uendicat: at  
in successione testati secus est, in qua sufficit,  
quod pater eum in filium agnouerit<sup>t</sup>: quod  
alias ex facto a me responsum est.

*Quid sit substitutio, quid prima, quid ima ce-  
ra, cur exhereditatio inter ceteros dicta. Horatij car-  
men explicatum Satyr. II.*  
CAP. VI.

**S**ubstitutio est secundi uel ulterioris gra-  
dus heredis institutio: sic dicta, quod sub-  
tus describeretur: solebant enim ueteres testa-  
mentū ab hæredis institutione ordiri: & ideo  
olim legata, uel libertates ante hæredis insti-  
tutionem scriptæ, non debebantur: caput em  
fundamentumq; tabularū ipsa est institutio,  
ut Iustinianus ait<sup>u</sup>. Hinc ea pars ab Horatio  
Satyr. lib. II. prima cera dicitur:

*Sic tamen ut limis rapias, quid prima secundo  
Cera notet uersu, solus multis ne cohæres  
Veloci percurrere oculo: plerunq; recoctus  
Scriba ex quinque uiro coruum deluact hiantem.*

Cuius carminis sensus non uideat ab interpre-  
tibus satis perceptus. Solebant ueteres testa-  
mentū per æs & libram condere: in eo quin-  
q; testes erant necessarij<sup>x</sup>, nec oportebat testes  
eorum, quae testamento scripta erant, quicq;  
scire<sup>y</sup>: satis erat si adfuisent, & ipsi adhibi-  
tis res gesta esset. Scribae uerō necessarij scie-  
bant, cum ipsi manu sua tabulas conficerent.  
Cōtingebat quadoq; ut quinque uel aliquis,  
id est, unus testium qui nihil sciebat, cōmini-  
scretur se scriptorem fuisse, & falsa captato-  
ri suggerere: admonet Tiresias, non esse fa-  
cile illi credendum, sed limis oculis inspicien-  
das tabulas. Dicitur autem Recoctus per me-  
raptoram ferri, quod ex uno instrumento in  
aliud recoctione uertit, ut ille ex teste in scri-  
bam. Sicut ergo Prima cera est, in qua hære-  
dis nomen describitur: ita ea, in qua secundi  
hæredes uel legatarij describuntur, Ima cera  
dicitur, quia sub priore collocatur. Tranq. in  
Cæsare, cum dixisset sororū nepotes a Diuo  
Iulio, quibus auunculus magnus erat, hære-  
des institutos: reliquos inquit in ima cera, de  
substitutis intelligens, aut legatarijs. Hinc &  
uidetur emanasse illud, quod uulgō dici solet,  
exhereditationē inter ceteros nullius momen-  
ti esse<sup>z</sup>, cum scilicet a secundo gradu exhære-  
datus est filius, in quo ceteri solebāt describi:  
tamen deinde hæc appellatio ad eos quoq;  
producta sit, qui in primo gradu exhæreda-  
bantur: sed, ut Theophilus inquit, *ἀόριστος*, id  
est, indefinitē: qualis hæc, Ceteri exhæredes

s Oldra. consil. cxxvj. Alber. rub. C. de nat. lib. Bart. d. l. fi. de ijs qui ut.  
t Salic. in auth. ex complexu.  
u §. ante hære- dis. Instit. de leg.  
x Instit. de testa. ord. in prin.  
y §. fin. l. qui tes- tamento. de te stamen.  
z Instit. de ex- hered. lib. §. j.

4 L. Titius. de li- ber. & posth.

funto. Non enim uidetur nominatim facta, nisi cum unus duntaxat adesset filius?

*Pausonis equus prouerbialiter, quid signifi- cet: cur in margine potius, quam in contextu allegationes iuris scribendae sint.* CAP. VII.

CVm superioribus annis commentarios ad rescripta Principum edidissim, uoluerentque per manus hominum, & ex nouitate, si non alia ratione, gratiam aliquam adipiscerentur: ecce ad me a studiosis pleraque litera, quibus mihi gratulabantur, agebantque etiam aliqui gratias, quod eos libros publicassem, quibus ratio latine, & non ineleganter differendi in iure nostro aperiretur. Inter ceteros, & ex ueteranis professoribus unus ad me scripsit, qui praetextu amicitiae etiam admonuit, multis symmisticis eo nomine lucubrationes illas meas displicere, quod in contextu ipso legum loca non adiecissim, sed margini duntaxat, ceu rem nullius operae adscripsissim: uiderique a me legum nostrarum decus & honorem imminutum, foedatque esse. Quae accusatio si uera sit, oportebit ueteres omnes Theologos, Hieronymum, Ambrosium, Basilium, Nazianzenum laese maiestatis condemnare, qui & ipsi eodem modo sacra testimonia operum suorum marginibus plerumque apposuerunt. Ceterum cum ad eam epistolam ego rescriberem, existimaui indignum hac de re pluribus contendere, praesertim cum pertinaci, cerebrosoque homine: sed iocoso exemplo rem omnem transmittendam, finiendamque potius censui. Fuit, inquam, aetate sua celeberrimus pictor nomine Pauson Sicyonius, is accepto precio equum conduxerat pingendum, qui se humi uolueret: cumque locatori currentem exhibuisset, & quidem puluere oppletum, isque expositularet secundum conventionis legem haudquaquam praestitam sibi operam, inquit ministro ille: Age puer tabulam inuerte, sicque picturam eius oculis exhibe: quo facto uidit locator emendatum esse quod sibi displicebat, nullumque amplius esse querimoniam locum. cernere enim erat equum in tergum iacentem, seque in puluere uoluantem: quod Lucianus in Demosthenis Encomio scripsit, ut Pausonis equus prouerbialiter dici de his rebus possit, quae minimo negotio secundum cuiusque sententiam accommodantur. Etenim facillimum erat dictata excipientibus, quod margini addendum erat, contextui ipsi inferere, & Muscorum more, si hoc magis animo federet, intus canere. Sane Luciani codex non sat emendatus in ea uoce circumfertur, in quo pro Pausone est Passon. Non omitto tamen eam fabulam paulo diuersius ab Aeliano de uaria historia referri. Socratis, inquit ille, sermones picturam Pausonis imitabantur: is parua quadam tabella equum currentem, frænatumque depinxerat: cumque redemptor fræni adiectionem indignè ferret, Angustia, inquit, tabellae in causa fuit, nec enim tam modico spacio contine-

ri citra frenum potuisset. Sic, ait Aelianus, Socrates his qui in malam partem uerba sua acciperent, per aenigmata loquebatur, hincque apparet, duplicem esse usum huius prouerbij, quod ex Pausonis equo accipitur. Illud quoque constat, fuisse hunc pictorem sanequam pauperem, quo nomine ab Aristophane in Plauto traducitur: unde & prouerbialiter dici coeptum est, Pausone pauperior, Theone, Suida parœmiographis. Plinius lib. xxv. capite xi. Pausiam appellat, & tabulam pinxisse, ait, quae Stephanopolis dicta est, quod in ea esset Glycera eius amasia, quae coronas uenditando sustinuerat hominis paupertatem.

*Quae sit Dos magna: cur in eius exactione necessarius non sit patris consensus, declarata Iustini- ni nouella constitutio.* CAP. VIII.

VEtus est inter nostrates Doctores altercatio, an filiae aduentitiam dotem repente necessarius sit patris consensus: & ferè crebrius traditum est, non esse, tanquam quod ad eam attinet pro matrefamilias sit: unde nec eius dotis usum fructum patri acquiri, Fulgosi & Aretini censuerunt. Sed ego cum antiquioribus contra sentio, quoniam lex generaliter aduentitiorum usum fructum patri concedit: eadem filiae agenti necessarium esse patris consensum ait: nec aliqua lege reperitur dos aduentitia excepta: merito non est temere a regula recedendum: quod enim traditum est, filiae actionem utilem dari, intelligitur, ut tamen secundum regulas iuris ea experiat, id est, accedente patris consensu, absque quo in iudicio esse nequit. Probatur id mihi & legis nouellae uerbis, quibus expressim dicitur, siue a patre, siue a matre dos data sit, exigi non posse, nisi cum consensu patris: excepto, si patris inobedientia, seu ut melius graeco dicitur, ἀπειθεία interuenerit, id est, cum pater nulla persuasione adduci potuit, ut consentiret: tunc enim ne dos propter mariti inopiam pereat, lex concedit, ut duobus casibus agere filia possit. Alter in aduentitijs, quia de eis nihil ad collationem uel patris haeredes pertinent. Alter in dote, cum adeo magna a patre ipsi marito data est, ut si negligentia hac patris amitteret, non posset deinde filiae consuli ex rata paterna hereditatis portione. Hincque apparet euidentis ratio diuersitatis, quam Iustinianus inter paruam & magnam dotem constituit: qua in re haesitauerunt haecenus interpretes: nec enim inter plus & minus uidebatur constituenda differentia. Sed ego paruam accipio, quae si amissa sit, ex hereditatis rata parte resarciri filiae ualeat. Magnam, quae non ualeat, adeo ut collatio circa nullam uersetur spem ex patris imperuoluntate. Sic enim legendum, non autem, illam speciem, ut uulgata habet translatio: cui aliquatenus etiam consentit recentior, eodem ut apparet uitio. Est autem ἀπειθεία morositas quaedam, qua quis contumaciter resistit rogantibus, & sibi persuaderi non permittit: uitium credu-

b l. ij. §. i. sol. matr.

c l. cum oportet. C. de bon. que liber. l. i. C. de bon. matr.

d l. si. §. necessitate. C. de bon. que lib. e l. Caius. sol. matr.

f §. fin. uers. & si quidem. in au. ibet. de equal. dot.

g l. fin. C. de col.

h Auth. quod lo cum. C. de col.

credulitati contrarium: de quo extat Epicharmi Siculi poetae Trochaicus septenarius sanequam elegans, quem propter nostri temporis mores memoriter tenere obseruareque omnes deberent. is a M. Tullio Cicerone libro Epistolarum ad Atticum i. relatus est, etiam si corruptus circumferatur: μήποτε ἢ μὲν νοσῶ ἀπιστεῖν, ἀρθεα τοῦ πικροῦ φρονεῖν. Sobrius esto, & memento nemini temere credere: nerui & artus haec sunt sapientiae. sic enim Q. Cicero interpretatur lib. de Petitione consulatus. carmen etiamnum integrum extat apud Suidam dictione πρὸς φθ.

*Filio in potestate a patre exhaereditato, uel a matre praeterito, ius dicendi nullum non competere: & Iustiniani nouella constitutio aliter declarata, quam haecenus factum sit.* CAP. IX.

EDidit Iustinianus nouellam constitutionem sanequam famigeratam, quam quatuor capita continere apparet. Primum, ut quamuis filius legitimam portionem quoquo titulo consequutus sit, non tamen ideo exhaereditari, aut praeteritione, quae uim exhaereditationis habeat, negligi possit, sed omnino institui debeat: idque uel in obolo, ne ei facta iniuria uideatur. Alterum, quo causas exhaereditationis declarat, quae olim uariae, nec certo numero constitutae erant. Tertium, quod eas iubet a testatore adscribi, ne alias haeredi praestetur occasio falsas inducendi accusationes, cum prius hoc constitutum non esset. Ultimum, quod expugnato per querelam inofficiosi testamento legata confirmat, quae iure ueteri deficiebant. At recentiores non quasdam leges, sed integros tractatus hac constitutione corrigi existimantes, interpretatione sua non modicam iuris nostri partem subuerterunt. Quum enim Iustinianus subiiciat, eis non obseruatis liberos euacuato testamento parentibus ab intestato succedere, sublatum remedium filio emancipato, qui praeteritus sit contra tabulas, bonorum possessionem impetrandi tradiderunt. Item filio a matre praeterito non dari querelam inofficiosi censuerunt. Item filio in potestate a patre exhaereditato, non dari amplius querelam: sed suprascriptis omnibus casibus testamentum ipso iure nullum esse: quoniam lex dicat, Euacuato testamento &c. non autem, euacuando. Sed haec ego probare non possum, ostendique alias multis rationibus haudquaquam uera esse suprascripta themata: nec Iustinianus ipso iure testamentum nullum esse affirmat, sed simpliciter scripsit ἀνεπιβεβαιωμένους liberos ab intestato admitti. Quae uerba non ipso iure, sed per sententiam intelliguntur: siquidem ἀνεπιβεβαιωμένους uerbum significat irritum, infirmumue facio: unde calculus ἀνεπιβεβαιωμένους apud Aristophanem in Vespis, qui in litula a iudicibus dimittebatur, sicut & κενεός: hic condemnationis, ille liberationis. Et apud Demosthenem oratione in Dionysiodorum ἀνεπιβεβαιωμένους ἢ συγγραφήν, irritam

a §. aliud quodq. in auth. ut cu. de appell.

b l. Papinia. §. si quis mortis. ff. de inoff. testa. l. omni modo. C. eod.

c gl. l. ij. §. uerum. de min. dl. cum ratio. de bon. dam.

d l. omni modo. uerbo, dixerit. in gl.

f d. l. Papinia. §. fin.

facere syngrapham, & pro circumducta habere: ut nihil necesse sit tali uerbo intelligere ipso iure irritum effici testamentum: nam & idem Iustinianus mox subiicit, μηδὲ ἀναπαύσεια ἢ ἀσάβη κενεός κενεός, tanquam non subuersum, nec rescissum testamentum obtineat. quae uerba proprie ad querelam referri debent, uel bonorum possessionem aduersus tabulas, quae testamentum alioquin ipso iure ualidum subuertunt, ut in testamento deinde succedatur. Nec mouent me uerba illa constitutionis, Non licere patri uel matri liberos praeterire, aut exhaereditare: quia distincta ibi ad casum similem restringitur, ut de praeteritione intelligamus quae uim exhaereditationis habeat, ut quia a matre, seu eius ascendente facta sit, uel de eo qui primum gradum non teneat.

*Dotem propter osculum non amitti, aduersus Baldum.* CAP. X.

CElebris atque famosa apud nostrates Doctores est quaestio, An sicut propter adulterium mulier amittit dotem, ita & ob osculum amittere debeat: Et aiebat Baldus amittere: etenim inter adulterij proemia illud est, quae gradatim commemorat Accursius. Sed & non minus eleganter graecus poeta Ruphinus hoc disticho:

Εὐδ' αἰμῶν ὁ βλέπων σε, τρις ὄλεθ' ὅς τις ἀκούσῃ  
ἡμῖν ὄλεθ' ὁ φιλοῦν, ἀθάνατος δ' ὁ σιωπῶν.

Sed & P. Naso: Oscula qui sumpsit, si non ex cetera sumpsit: Haec quoque, quae sumpsit, perdere dignus erat.

Sed ego hanc Baldi sententiam a plerisque improbari scio: nec enim poena, quam delicto consummato lex imponit, ad attentionem producenda est, cum possit osculum etiam contra stupri desiderium concedi: lexque eam tantum dote multet, quae adulterij causa interdicta attentauerit. Atqui apud Theocritum elegans puella inquit,

Μὴ καυχῶ σε πνεύσει, κενὸν φίλαμα λέγουσι:  
τὸ σίμα μὲν πλῆρω, καὶ ἀρπύνη τὸ φίλαμα.  
Ne Satyrice tume, rem aiunt esse oscula inanem,  
Et facie abluta tolluntur ex oscula sputo.

Sensit id & suprascripto carmine Ruphinus, qui osculantem semideum duntaxat uocat, & coeuntem pro deo immortalis habet. Sed & Lucianus in Dialogo, qui Pamphilus inscribitur, secundum legis uerba oportere ait ἀρθεα ἢ ἀρθεοῖς ἐχέειν, tamen si opiner risus causa id a Luciano confictum: nec enim lex xii. tabularum hoc requirit, sed duntaxat ut ἢ ὄργω deprendantur. Ego tribus casibus Baldi sententiam probabilem esse arbitror. Primus, cum de amissione beneficii fundi tractat: lex enim clientem priuari eo ait, si graues & inhonestas iniurias domino intulerit: merito si per lasciuam uxorem domini contrectare, osculari uel ausus sit, satis defendi potest grauem intulisse iniuriam. Alter est, cum ex alijs coniecturis adulterium conuinceretur, & ex qualitate loci, temporis, personae, haudquaquam stetit mulierem intra fines osculi

g l. j. de reb. du.

h Instit. de inoff. testa. in prin. l. ij. ff. de inoff. testa. i Bar. l. pater filium. de inoff. testa.

k Bald. c. tua. de procur. l. Gl. l. quod ait lex. de adult.

m l. sepe ita. in fi. de uerb. sig.

n l. consensu. C. de repud.

o l. quod ait lex. de adult.

p c. j. §. porro. quae fuer. pri. cau. ben. am.

q c. j. §. j. quibus mod. seu. amit.



a c. litera. de  
presumpt.

praesumere: tamen in his locis, ubi constantiores sunt foeminae, quae passim amicos & hospites osculo excipiunt, haud facile huic praesumptioni esset locus. Tertius cum ex genere suavitatis intendere coniectura criminis, quale illud est, quod καπαλώθημα Aristophanes uocat, iustam zelotypis repudium causam illud daret. Sed haec haec tenus: quae haudquaquam hic eram adscripturus, nisi me taderet serijs lucubrationibus has quaestiones attingere, quas tamen singulis annis nostri Doctores usque ad riuum disputant: tanquam nihil habeant dignius, in quo operam suam collocent.

Varijs modis diem accipi: indeque aliquot captiones inductas esse: Plauti locus in Pseud. CAP. XI.

Apud ueteres uarijs modis Dies accipiebatur: sed maxime celebris est illa distinctio, ut alius sit Naturalis, alius Ciuilis. Naturalis est, ab ortu solis ad occasum, horarum semper XII. Ciuilis est apud Romanos, a media nocte incipiens, & in aliam sequentem mediam noctem desinens. Est & secundum ecclesiae morem dies horarum XXIII.

à prima hora noctis in ultimam sequentis lucis: qua de re à nobis alibi disputatum extat. Ex hac ambiguitate plerumque militares fallaciae atque captiones ortae apud ueteres leguntur: qualis illa Cleomenis Lacedaemonij, cui cum centum dierum pacis essent cum hoste induciae, noctu agros, ut inquit lib. de Offi. 1. Cicero, populabat: quod de die naturali simpliciter actum interpretaret, ut in apophtheg. Laconicis etiam Plutarchus tradit. Sed & celebris etiam prouerbio est Phoenicum conuentio, qui cum primū ad littus Africæ appulsi sunt, à Libybus postulauere, ut sibi liceret diem & noctem hospitio terrae uti: qua re impetrata, cum abire nollent, sed Carthaginē condere cepissent, uiolati foederis accusati, respondebant, Se id pactos, ut omnes dies & noctes ibi comorari possent: indefinita enim illa oratio uniuersali equipollere uidebatur. Sed quid responderent Libyae? illo tempore factus nondum erat Bart. qui doceret, quemadmodum ea regula esset accipienda.

Apud Plautum quoque in Pseudolo elegans est Lenonis admonitio erga filium familiam, se pecunijs carere affirmantem: Eme, inquit, caeca die oliuū, quod uendas oculata die. Sextus Pompeius caecam diem intellexit, quae adhuc non uenit: oculatam uero, quae praesens est, accepta ab oculatis testibus metaphora, qui praesentes rei gestae fuisse se attestantur: quali idem senserit Plautus, quod non ablimili consilio in epigrammate graeco innominati autoris est:

Το πνεύμα δ' αὐτῶν ἐστὶν ἄσπερον, τοῖς δ' αὐτῶν οὐκ ἀλλοτρεῖ τὴν ψήφον ἀκινυλικὰ μολύβρεω.  
Gaude, inquit, accepta à foeneratorum pecunia, & illa fuere: interim sine eum habere calculum & rationes cum incuruis & dolentibus articulis. Sed profecto, nisi fallor, alia fuit facetissimi poetae mens atque commentatio: qui

diem caecam appellaret noctem, quod eo tempore adulterini numi possint expendi, & oliui uenditor decipi, non aequè emptor: cum non inspectione, sed gustu deprandatur eius bonitas. Facillimum itaque fuerit ea ratione magnas sibi comparare opes, nempe adulterinam monetam expendendo, iustam atque legitimam mercem recipiendo.

Emendatus locus in Auth. de reslit. fideicommiss. male in Haloandri translatione uersus. Quid sit Copa, apud Verg. quid Coenacularia facere ueteribus: quid Scale Iuuenali. CAP. XII.

Varia sunt & in iure nostro, & apud ueteres autores hospitiorum tabernarum uerba nomina. Sed uetustissima consuetudo illa fuit, qua publicè priuatimque ciuitatibus ciuibusque cum peregrinis hospitium contrahebat in amicitiae signum: unde & Tessera hospitalis dicta est. Transijt deinde res in artem quaestuariam: hincque coeperunt constitui Oenopolia, quibus uendebatur uinum: Thermopolia, quibus carnes, resque huiusmodi calidae: Latini simpliciter Tabernae uocabant, hominesque Tabernarios Nonio Marcello: quo sensu uox haec & quandoque M. Ciceroni accipitur. hinc & Diuerforia inducta sunt, in qua peregrini perfoluta pecunia reciperent. Videntur Iuriscōsultis nostris omnia haec loca Cauponae appellatione contineri, & qui hanc artem exercet Caupones dici: & ideo edicto Praetoris omnes hi comprehenduntur, cum nautas, caupones, stabularios custodiam receptorum praestare iubet, ne facile cum furibus coeant in uiatorum fraudem. Dicit & P. Vergilio Copa mulier, quae cauponam exercet:

Copa syrica caput Graia redimita mitella,  
Crispum sub crotalo docta mouere latus:  
Ebria lasciuia saltat famosa taberna.

Tamen Grammatici aliqui existimant eo loco nomen proprium esse. Sunt & in iure nostro Coenacularij, qui scilicet coenaculariam faciunt. Habebant domus nobilium superiores contignationes, quibus inerant conclauia, quae inquilinis locabant, ad quae per scylas adscendebatur extra domum positas. T. Liuius lib. XXXIX. Consul rogat focrum, ut aliquam partem aedium uacuum faceret, quod Hispala immigraret. Coenaculum supra aedes datum est, scylis ferentibus in publicum obratis, adituque in aedes uerso. Iuuenalis:

Rarus uenit in coenacula miles.  
Hinc possunt etiam dici Coenaculariam facere, qui scholasticis conclauia dant, & insuper eis curant obsonia coqui, ligna & sal praebentes: quo modo parochi magistratibus iter facientibus. Horatius:

Et parochi quae debent ligna salemque.  
In Nouella Iustiniani CLIX. legatum legitur fuisse Hierio suburbium cum omnibus praetorijs, & omnibus scylis. Alias admonui, Praetorium dici domum patrisfamilias, quam rursus separatam ab operarijs habet, sicque in iure nostro pluribus locis accipi: quo sensu & apud Statium Syluarum lib. I I, in Pollij Surrentino: Vitreoque

ab h. i. d. i.

b l. i. de uerb. sig.

c l. in usu. de uerb. sig. ubi dixi.

d l. i. ff. nau. caup. stab.

e l. i. ff. furti ad uer. nau. cau.

f l. si uerb. de ijs qui deie.

g l. soluti. s. pla no. de pig. ab.

h l. urbana. de uerb. sig.

— Vitreoque natant praetoria ponto. Et rursus: Surrentina tuus spectat praetoria limen. At scylas eo in loco pro coenaculis accipi non dubito: quo sensu & Iuuenalis Saty. VII.

— Quo tibi lasso Figantur uirides scylarum gloriae palmae.

Habitabant enim caudidici & oratores in coenaculis propter paupertatem, ut ipse ibi conqueritur: licet eum locum non sat recte perceperint interpretes. Martialis:

Et scylas habito tribus, sed altis. Extat & iocofum Lucillij poetae epigramma, libro II.

Ἐκλήθην ἐχθρὸς δὴ μὴ τριε, σήμερον ἄλθρον  
δεντρεῖν. μὴ μέμνη, λήθισαί ἐχθρὸς μεγάλω,  
ὅτι ταύτην πεποινηκα πολὺ χρόνον, ὅδ' αὖ ἐσώθην  
σήμερον, εἰ μὴ ἀνέβην κέρου ὄντι κατέχωρ.  
Hesternam ad coenam fuerim cum luce uocatus,  
Coenaculi ad summum demum hodie applicui.  
Longum adeo in scylis iter est: nec scandere quissim  
Denique nunc, astini me nisi cauda trahat.

a d. auth. de reslit. fideicom.

Illud quoque admonendus est lector, antiquae eius constitutionis translationem adeo ineptam, barbaramque esse, ut nullo modo intelligi possit: quae uero ab Haloandro recentior est, rectius quidem redditam, nisi quod duobus in locis emendanda est. In primis dum, Persuafum, inquit, enim habeo, quod neque in naturalibus libris deest Negligent, uerbum, ἀνεπίσωσι. Et prope finem: Perinde quasi ex una uoluntate substitutione interdixerit. Scribendum fuit, Perinde quasi mutuo fideicommissum repudiantes, ἡδονεπείσασιν ἀπαιγορῶνται. quae locum opinor ille emendaturus fuerat, nisi fata ante diem nobis eum praeripuissent, non sine insigni studiosorum iactura.

Dos quid sit, & Donarium, explicati duo loci in Catonis puerili libello, secus quam grammatici soleant. CAP. XIII.

Dotem diffiniunt Doctores nostri uarijs modis. Ego illud probare soleo, ut sit pecunia ex causa matrimonij marito data: quae uero mulier citra dotis titulum in domum mariti nomine suo defert, Parapherna dicuntur graeca uoce, quod ultra dotem sint. Gallij, ut inquit Vlpia, peculiū uocant. Hodie Prouinciales uulgari suo sermone dotem, Donarium appellant, quicquid enim praecipuum alicui datur, sicut Dos, ita & Donarium dici potest: quo sensu recentiores autores, Apuleius, Augustinus, Fulgentius, hanc uocem sepe accipiunt. Arbitror ego & autorem opusculi quod inscribitur Cato, sic accepisse:

Dilige denarium, sed parce: dilige formam,  
Quam nemo sapiens uel honestus optat habere.

Verum carmen uidetur corruptum: tamen & Planudes, qui graecè illud opusculum transtulit, eandem lectionem sit sequutus. Sic autem est corrigendum:

Dilige donarium, sed parce: delige formam,  
Quam nemo sapiens uel honestus captat ab aere.

Ama, inquit, dotem, sed cum modo: eligas autem potius formam uxoris, nec eius pulchritudinem metiaris à pecunia, quam in dotem dederit: nec enim id probi faciunt, sed impudici potius, ut in obsceno carmine Vergilij.

tudinem metiaris à pecunia, quam in dotem dederit: nec enim id probi faciunt, sed impudici potius, ut in obsceno carmine Vergilij.

Si nummos tamen haec habet, puella est. ut lib. II. epigr. εἰς ἡραίας innominatus poeta:

Γιγνώσκω σε θεῶν πλακεῖν ἀσφῶδες, ὅτι πᾶσι  
ἔγγαλον ἡραία, πλεῖστον δὲ ἰσθρῶς.  
Hoc certum te scire uolo Placiane, quod omnis  
Quae sit diues anus, est locuples tumulus. Vt Iuuenal.  
— In caelum quos euehit optima summi  
Nunc uia processus uetulae uestica beate.

Nec quenquam moueat ratio carminis, cum siue Donarium, siue Denarium, quod fere idem est, legamus, semper subest idem uitiū: utraque enim dictio secundam syllabam producit, ut necessario duae ultimae in unam cogendae per synaeresin sint: quae res exemplo non caret. Quis autem eius libelli autor fuerit, non satis constat. Porcij enim Catonis proculdubio non fuit. Scripsit ille soluto sermone, citaturque à ueteribus non raro: stylus arguit Theodosianum seculum, & forte Probi grammatici fuit. Sed quisque ille fuerit, arbitror minime Christianum fuisse: idque uel primi carminis argumento, quo Pythagoricum dogma asserit, prorsus cum Euangelio pugnant. Existimat Pythagoras sub fine aurei carminis animos hominum in deos uerti:

ἔσεται ἀθάνατος θεὸς ἀμβροτος, ὃν ἐπιθνήσκει.  
Quem imitatus Phocylides:

λέγω ἀπαιχτοῦ ὀπίσω δὲ θεοὶ θελήθοντες,  
Ψυχὰς γὰρ μίμνησιν ἀκήραιοι σὺ φθιμώσοισι.

Inquit ergo, Si animus Deus est, ut carmina (sic enim Pythagorica κατὰ ἔθλωσιν appellant) dicunt, Hic tibi praecipue sit colendus &c. Duxi autem & hoc explicandum, quoniam non uidetur hic locus uel à quatuor interpretibus, qui in hanc diem eum libellum interpretati sunt, satis intellectus. Damnae ab orthodoxis Tertullianus, qui bonorum animas post mortem in deos uerti, impiorum in daemones uidetur credidisse: si tamen ita credidit: nihil enim impedit, quin recta interpretatione ad uerum sensum produci id possit. Ad superscripta alluisse uidetur etiam Vergilius:

— Dij ne hunc ardorem mentibus addunt  
Euryale? an sua cuique deus sit dira cupido?

Menander apud Plutarchum:  
Ὁ νόσ γὰρ ἡμῶν ἔστιν ὅτι ἐκείσων θεός.  
Vnicuique suus est animus, deus.

Vnde & illud oraculum, ἐπεὶ θεῶν, apud Plutarchum lib. de audiendo.

Quid sit Male agere, & Nihil agere, declaratus Ann. Senecae locus: de quo plura scitu non indigna: sed & emendatus Diogenes Laertius in Antisthenis uita. CAP. XIII.

Scruola atque, agentem ante diem usumfru-ctus nihil facere: quibus uerbis indicatur hoc distare, Nihil agere, & Male agere: quod Nihil agit, qui nullam ipso iure actionem habet, adeo ut post iudicarios labores etiam citra rei exceptionem à iudice sit reuocandus.

c xxiiij. q. iij. quidam.

d l. in si. quando usuf. leg. caa.

Malè agit, qui habet quidem, sed absq; effectu, & inutilem, ut quæ exceptionis ope à reo elidi possit. Sicq; Doctores nostri uno ore interpretantur. Hinc Lucij Ann. Senecæ metaphora: siquidem is prima ad Lucillum epistola, Si uolueris, inquit, attendere, magna ut tæ pars elabatur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Quæ uerba alij aliter unusquisq; arbitrato suo accipit. Ego à lurecòsultis desumpta esse uideo, quod exèplo Ciceronis Seneca quandoq; facit: nisi quod Cicero eleganter & aptissimè huiusmodi iuris uerbis utitur, iste plerumq; durè, & audaci nimis translatione. Igitur id sensisse uidetur, ut eos maximè damnet, qui oscitabundi & inertes, nunquã animũ ñs adhibent, quæ faciunt: hi dicuntur ueteribus Aliud agere: ñs omnia, quæ agunt, pereunt. Sequunt deinde, qui animum quidem adhibet, sed leuiter, nec præuidet se iudicio deficere, adeo ut omnis labor futurus sit irritus: & hi dicuntur Nihil agere, quos iudex nempe sana mens & ratio reijcit. Tertij sunt, qui ingenio quidem & iudicio pollent, sed aliò à uoluptatibus trahuntur, adeo ut eorum intentio uitiorum & libidinũ exceptione excludatur: hi Malè agere dicuntur. Huc potest pertinere & quod Plinius quadam epistola ait, Satius est ociosum esse, quàm nihil agere. quod dictũ alij M. Catoni, ipse Attilio tribuit. Sed & in hunc sensum respondisse uidetur Pontico cuidam ad Iesentij Antisthenes philosophus, ut Laertius lib. VI. tradit, cum ad parandam sibi doctrinam opus esse dixit libro & mète, stylo & mente, tabella & mente, *καὶ τὸ πνεῦμα*: mentem & intentionẽ animi maximè cõmendans, & identidem repetens. Tamen eius interpretes Ambrosius, itemq; lib. apophthegmaton VII. Erasmus, *καὶ τὸ πνεῦμα*, id est, nouo transtulerint: cum in deprauatos codices incidissent. Theon in progymnasmatibus id dictum non Antistheni, sed Iocрати tribuit, & pro exemplo *καὶ τὸ πνεῦμα* adducit. Illud autem sciendũ, duos fuisse Senecas: eum qui Neronis præceptor erat, cuius sunt Epistolæ, & Tragoediæ, quicq; patrus Lucani poëtæ, & Gallionis frater fuit. Alium seniore, istius & Gallionis patrem: cuius sunt Declamationes, qui se potuisse Ciceronem audire attestatur: ut ridicula sit eorum sententia, qui utriusq; ætatem coniungentes, uixisse posteriorem annos supra CXX. comminiscunt: eum tamẽ Dion lib. LVIII. phthisi laborasse hunc Senecam sit autor, manusq; Caij Principis euasisse, quod credebat fore, ut q̄primum fato decederet. Cæterũ neutrum fuisse Christianũ, satis apparet ex operibus. Erasmus etiam subdititias esse Epistolas arbitratur, quæ ultrò & citrò missæ Paulo, Senecæq; leguntur: magna tamen est hac in re diui Hieronymi autoritas. Sed nõ friuolæ rationes stant contrã: in unã earũ adscripti Consules sunt Nero III. & Messala: in alia Cato & Sabinus. Atqui in III. consulatu suo non habuit Nero Messalã collegam, sed Cossium

Cornelium, fortè de III. intelligendũ est. Catonis certè & Sabini mētio in Catalogo Consulium apud Cassiodorum, idq; genus scriptores non reperitur, amplius ergo deliberandũ.

*Declamandi rationẽ Iuris studiosis necessariam esse: quædam de Libanio, & Paulo Tyrio declamatoribus. CAP. XV.*

**D**Declamandi ratio qualis, & quàm hodie necessaria sit tyronibus Iuri civili operam nauare uolentibus, sæpe à me prædicatũ est. Solebant enim iuuenes, postquã à Grammatico dimissi essent, ad rhetorem accedere, apud quem cõmunes disserendi locos addiscebant, deinde fictas controuersias peragebant. eæ aut ex historijs trahebant, aut ex re, quæ fortè recens contigisset. plurimũ ad genus iudiciale pertinebant, non absimiles speciebus conciliorũ, quibus quotidie Iureconsulti nostri dant responsa: adeo ut si illis, quod facillimũ esset, legũ loca allegationesq; adijcerentur, nihil à consilijs nostratiũ differant. hoc præ se ferunt specimen quæ etiam nũ extant fragmenta Declamationum Quintilianii nomine, quæ ad usq; numerũ CXXXVI. Tidesus Vgoletus Parmensis in publicũ dedit. Id & deprændi in ñs potest, quas Annæi Senecæ patris esse supra censui: nec dubium est, quin rectè in eis institutus adolescens, maiore profectu, nec illotis manib. Ius civile pertractaret. Sed uix obtineri hæc ratio hodie posset, quod rari grammatice huic muneri apti sint: & si qui alioquin essent, ad uberiora, utilioraq; Legum & Medicinæ studia pertransire malunt, quàm inter pueros confensere. Inter hosce declamatores celebre est Libanij Sophistæ nomen, qui horum studiorũ causa sanequã gratus, acceptusq; Iulio Imperatori fuit: eius uitam Eunapius descripsit, aitq; Athenis sub Diophanto philosopho profecisse, tamen si rarò in ludum descenderet, rarius cum æqualibus congregaretur, sed plurimũ solus se ipsum exercebat. Addit idcirco factum, ut declamationes scripserit haudquam ingenio suo pares, ut qui præceptoris operam in ea re neglexerit, cætera uerò eius opera probatissima. Quæ res exemplo scholasticis esse debet, qui segnus ad scholas accedunt: si tanti ingenij uir hac causa minus profecit, quid putant se facturos? Indiget profecto legalis disciplina, si qua alia ars, duce & præceptore: laborantq; huius ingenij homines plurimũ eo uitio, qd Græcis *ὀλιγωρία* est, ut sibi plurimum placeant, cum cæteris displiceant. Alius fuit Sophista Paulus Tyrius orator, qui artẽ Rhetoricã, Progymnasmatã, Declamationes scripsit, & demũ legatione apud Hadrianũ Imperatorẽ functus est, à quo etiã impetrasse eũ Suidas ait, ut Tyrus patria sua metropolis cõstitueretur: quapropter Imperator Theodosius, cũ lege sua idem iuris Beryto tribuisset, Igitur, inquit, hæc quoq; metropolitana habeat dignitatem, Tyro nihil de iure suo derogetur, Sicilla mater prouinciæ

10

20

30

40

50

60

4 l. i. C. de metrop. Bery. lib. 11.

ciæ nostrorum maiorum beneficio, hæc nostro. Intellexit autem de hac cõcessione Paulus Tyrio facta.

*Explicatus locus Accursij: item declaratum Plauti carmen in Casina, Versus, quos cantat colax cum cibo. CAP. XVI.*

**C**VM lex Pontificum iubeat decimas cõfestim sacerdotibus parochis solui, dubitauit Accurs. quid in primitijs agnorũ esset: existimauitq; nõ statim cogendum sacerdotem ut eos accipiat, sed interim nouem saltem diebus penes ouem matrem relinquendos, quæ eos alat, quoniã tempus illud repentinum fauore sacerdotis adiectũ est: ita enim scripsit Accursius, licet scriptorũ uitio totus ille locus sit deprauatus. Quo argumento nostrates Doctores, si colonus mihi synthesin caponũ in Martinalib. debeat, isq; ante tempus eos adferat, nõ teneri me accipere aiunt: neq; colonũ ea oblatione liberari, nisi & nutrimentum adferat, unde ad usq; diem Martinalium ali possint. Quam sententiam, tanquam æquitati cõuenientem, ego soleo sequi. Conuenit & carmini Plautino in Casina, ubi cùm fenex missurũ se ad uicinũ seruos diceret: respondit ille,

4 c. c. u. homines. de deci. xxij. q. j. c. reuertimini.

1 l. stipulatio dca. s. inter cerum. de uerb. oblig.

*Sed facito dum meminere uersus quos cantat colax:*

*Cum cibo tu quoq; eos facito ut ueniat, quasi eant Sutriũ.*

Videtur Colax auis esse, quæ Græcis est Melancoryphos, uulgò Parraciola, sic à cibo dicta. Veteres enim cibum *κόλαξ* uocabant: unde & *κολία* uenter, & *κολοίος* graculus: hincq; & Colacis auiculæ nomen, cuius uox mense autumno uideet cum cibo dicere, sicut in Menæth. apud eundem Plautum, noctua tu tu canit. Merito uicinus iubet ut recordetur cantus colacis, & cum cibo mittat seruos. Apud Aristotelem lib. IX. de animalib. mentio est Colaris auis, quæ certaminis inter ululam & curuiungues alias uolucres causam præstat, quod eam illi rapere festinet: *ἄρ' ἢ κόλαξ αἰγωλὶος ἢ ἀμοὶ γαμψώνυχος καὶ πεδισίσι, ὅθεν ὁ πόλεμος αὐτοῖς*. Alij apud Plautum Corax legunt, quæ dictio coruũ significat: sed eius uox nihil habet cõmune cum cibo, ut quæ potius cras dicat, unde & Crocitare uerbum *κροῖσι* Aristophani. Sanè quod de Sutrio subiicit, cùm ea urbs defecisset à Romanis, quia sterili loco sita erat, oportuit milites omnia ad uictum necessaria secũ deferre: autor Liuius. sicq; hunc locum Festus Pompeius interpretatur.

*Etiã graues autores in ñs, quæ incidenter dicuntur, falli: cuius rei duo Iurisc. responsa testimonio sunt: declaratusq; Cicero lib. Epist. VII. CAP. XVII.*

**A**Pud nostrates Doctores semper sancta fuit cõmunis opinio: sic enim receptiorem, & in quam plures autores transeunt, uocitare solent: & licet possit unius forsitan & deterior existimatio, & multos, & maiores in aliqua parte superare: tamen sicut in consilijs publicis non potuit aliud constitui, quàm ut numerent potius, quàm ut pon-

1 l. i. uers. sed ne que. C. de uet. iur. enucl.

derentur sententiæ, etiam si maior pars meliorem uincat. Sed quomodo hũc calculum inibimus? An si quid obiter, impremeditatè, incidenter dictum ab aliquo Doctore erit, aut gebit numerũ? Et uidentur pleriq; existimasse, nihil id referre. Ego tamen non parum intrasse arbitror, re discussa examinataq; sit in aliquam sententiam deuentum, an dum aliud agitur, sit incidenter, & summis labijs aliquid effutitum: sicut non parum interest, rem creueris, perspexeris, attrectaris, an per transennam, fugientemq; uix primo intuitu uideris. Sunt enim nõ pauca exempla apud autores, quæ manifestum errorẽ arguerent, nisi quod tanquam obiter dicta habent excusationem: unde & ueteres quandoq; *παρρηγοῦν* pro refrigidè, negligenter, oscitabundè facta accipiunt. Nõ ab re erit duo Iureconsultorũ loca huiusmodi annotare. Primũ est Vlpiani, qui, Nertius, inquit, libro membranarũ refert à Paridem Pantomimũ à Domitia Neronis filia decem, quæ ei pro libertate dederat, repetisse & c. atqui Domitia hæc nõ filia, sed amita Neronis fuit. Corn. Tac. lib. XIII. Atimetus Paridem histriõnem, libertum & ipsum Domitiæ, impulit ire properè, crimẽq; atrociter deferre: ingreditur ille, solitus alioquin id temporis lusus principis intendere. Et rursus: Nec multò post ereptus amitiæ libertus Paris quasi iure civili, non sine infamia Principis, cuius iussu perpetratũ ingenuitatis iudicium erat. Alterũ est Pomponij: Deinde, inquit, Q. Mutius, qui ad Carthaginenses missus legatus, cùm essent duæ tesserae positæ, una pacis, altera belli, utranque sustulit & c. Zastius symmystes meus existimat legendum Q. Fabius: ita enim Liuius lib. XXI. Gellius libro X. eum appellat, qui nõ absimile responsum Carthaginensibus dederit. cuius auctoritatem sequuti aliqui librarij impressores, locum Iureconsulti nostri immutarunt, & pro Q. Mutio, Q. Fabium substituerunt: cui sententiæ & ego accederẽ, nisi antiquissimorũ codicũ scriptura repugnaret: itemq; quod nusquam cõstat Q. Fabium in Iuriconsultorũ Catalogo recenseri, cùm contrã Mutiorum familia clarior nominis Iurecõsultos semper habuerit, maxime, qui ab hoc fortè descendit, P. Mutium, quem Cicero in Bruto Iuriconsultorũ disertissimũ appellat, ut infra etiam Pomponius ait. Vnde apparet corruptũ esse in prænomine uulgatũ Ciceronis librum, in quo pro Publio, Quintus passim legitur. Credendũ itaque, aut alios autores secutum fuisse Pomponium, qui à cæteris nõ solum in legati nomine, sed etiam in rei gestæ descriptione disiderent, aut neglectim id & incidenter, quod ad historiã attinet dictum: ideoq; dissimulatione quadam transmittendũ esse, qualia multa etiam Ciceroni ipsi imputatur ab A. Gellio, Politiano, Grammaticisq; annotata, quæ ipse ad Atticum *μνημονικὰ ἀμειψήματα* appellat, quod in eis nos fallat memoria. quo nomine & libro Epist. VII. Fabium Gallum ipse Cice-

1 l. iij. §. si liber de cond. caus. data.

1 l. ij. §. deinde de orig. iur.



ro tanq̄ magister aliquis aut pædagogus no-  
 rat, qui in libello quem inscripserat Cato, im-  
 prudenter, Duo nos, dixerat, pro Nos duos.  
 Sed tu, inquit, manū de tabula, magister ad-  
 est citius quā putaramus: uereor enim ne  
 Cato nos: id est, dubito ne errēmus, &  
 nō secundum sanam mentem agamus, dum  
 Catonē eo in libello celebramus. Vt autē mo-  
 destius eum carpat, numero multitudinis uti-  
 tur, qui pro *κατά τὸν*, Catoniuū legunt, & infer-  
 num intelligunt, autoritate A. Gellij conuin-  
 cuntur, qui lib. xvi. cap. vii. id uocabulū ex  
 sordidiore uulgi usu acceptum soli Laberio  
 adscribit: procul dubio dicturus, si eo & Cice-  
 ro usus esset. tamen nec minus à recto sensu  
 aberrarint, qui magistrum eo in loco pro di-  
 ctatore accipiunt. Sanè quod dixit, Manum  
 de tabula, admonentis est prouerbiū, ut in-  
 star pictorū manum de tabula aliquando tol-  
 lat, & interim meditationi uacet, ne erret. tri-  
 buit hoc Echioni pictori Plin. lib. xxxv.  
 cap. x. & illa uerba, Vereor ne, intelliguntur  
 pronon: quod sapientissimè facit Cicero, &  
 annotatum est à recentioribus. Non dubito  
 tamen quin & alij aliter hūc locum interpreta-  
 turi sint. Sed quid obest, & hoc qualecunq̄  
 opinaturis adferre: quod si displiceat, pos-  
 sunt arbitrato suo non gustare, & ad lautio-  
 res epulas se conuertere.

*Quæ sint Viriolæ in iure nostro: quæ alia  
 ornamenta corporis: & emendata Plinij  
 lectio. CAP. XVIII.*

a l. si tibi. §. i. de  
 opt. leg.

SI ex quatuor uiriolis<sup>a</sup> duæ mihi legata  
 sint &c. dubitat Accursius, quid sint Vi-  
 riolæ: dicūt, inquit, quidā esse uasa. ipse uerò  
 rectè sentit, esse ornāmēta muliebria, quoniā  
 Vlpianus uiriolas inter armillas, in aures, an-  
 nulosq̄ commemorat. Nam & Scauola, Li-  
 neas, inquit, duas ex margaritis, & uiriolas  
 ex smaragdis<sup>b</sup>. ubi Accurs. uiriolas pro toru-  
 lis accipit, quibus inclusi essent smaragdi. At  
 alij, quib. curæ fuit huiusmodi uocabula ex-  
 planare, existimāt Viriolas lineas esse ex gē-  
 mis uiridibus, quales intellexit Iuuenalis:

b l. argumento.  
 §. ornāmēta.  
 de aur. et arg.  
 leg.

*Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,  
 Cum uirides gemmas collo circumdedit, & cum  
 Auribus extersis magnos commisit elenchos.*

Videtur harum esse mentio & Plinio, qui lib.  
 xxxiii. cap. iii. Viriæ inquit, Celticæ di-  
 cunt, uiriles Celtibericæ. tamen si aiant in an-  
 tiquissimis codicibus nō Viriæ, sed Vxorix  
 legi. At ego codicem habeo aliter scriptum:  
 nempe cum dixisset Plinius, in lacernis (sic e-  
 nim ibi legitur, non ut uulgò lacertis) homi-  
 nes aurum ferre: Variæ, inquit, Celticæ dicū-  
 tur, uirides Celtibericæ. Cōstat enim Gallos  
 uarias lacernas ferre solitos. Corn. Tacitus:  
 Cæcina uersicolore sagulo brachas barbarū  
 tegmen indutus, Vergilius:

*Virgatis lucent sagulis.*

Celtiberos uerò uiridibus magis oblectatos  
 ab autoribus quærendum. Ego non arbitrator  
 Viriolas cum uiridi colore quicquam cōmu-

ne habere, quandoquidem constat uiriolas  
 quoq̄ ex auro factitari consueuisse. Vlpian.  
 in emendatis codicibus: Cohæredes, inquit,  
 uiriolam, quæ aurea dicebatur, exquisito pre-  
 cio uendiderunt, quæ inuenta magna ex par-  
 te est ænea &c. Cum igitur boni autores nos  
 deficient in uulgari uoce, ad uulgarem recur-  
 rendum censeo: is est Isidorus lib. xix. ety-  
 mologicōn, cap. xxx. qui, Armillæ, ait, pro-  
 priè uirorū sunt, collatæ militib. uictoriæ cau-  
 sa ob armorū uirtutem, unde & quondam di-  
 cebantur uirilix. Fuere tamen qui crederent  
 Armillas dictas, quod ijs ornarentur armi:  
 Græci *χλιδίνες* uocāt. Sed & in lacertis armil-  
 las geri constat, sicut & spinther, id est, scintil-  
 lam, cuius mentio in Plauti Menæh. aiuntq̄  
 ueteres grāmatici, in summo sinisteriore bra-  
 chio deferri à mulieribus consueuisse: sicut  
 corollis philiris, diadematis caput hæ decora-  
 bāt: collū uerò catenis, seu hypocoristicis ca-  
 tellis murenulis, monilibusq̄ huiusmodi: at  
 digiti annulis, unguis, tynnijs ornabantur.  
 unde Flacci poëtæ carmen ab Isidoro cita-  
 tur, sed deprauatum:

*Lucentes mea uita nec smaragdos,  
 Berillos quoq; nec mihi nitentes.  
 Nec per candida margarita quæro,  
 Nec quos tynnica lima perpoliuit  
 Annellos, nec iaspis lapillos.*

Quos uerò digitis ferui ferebant, Plautus in  
 Trinummo Condalia appellat. quæ autē au-  
 ribus applicant, Inaures dicunt Iurecōsultis  
 nostris, fortè & Iuuenali: Molles quod inau-  
 re fenestra arguerint. Plaut. Epidi. Non me-  
 ministi me inaurē afferre ad te natali die: Est  
 & Stalagmiū aurium ornamentū Festo, cu-  
 ius in Menæh. Plautus meminit, quasi guttu-  
 lam dicas. Iuuen. Elenchos auribus dat. nos  
 uulgò Fernalia dicimus. Stalagmiū autē di-  
 ctum à stillæ similitudine uidetur. erāt & Tor-  
 ques proprium uirorū ornamentū, unde Tor-  
 quati cognomentum. at Bulla adolescentiū,  
 quæ collo affixa pectus contingeret, & *Πε-  
 λλῆς*, id est, à consilio dicta.

*Aenigma quid sit Iustiniano: quid Imagino-  
 sum Catullo: quid superstitiosus Plauto. CAP. XIX.*

Iustinianus nouella constitutione iubet o-  
 mnino æqualitatē in dote<sup>a</sup>, & propter nu-  
 ptias donatione obseruari: atq̄ ita pacisci cō-  
 iuges, ne una quarta *ὡς ἂν ἀνὶ γυναικί*, id est, tan-  
 quā in ænigmate, altera maior appareat. quo  
 in loco Accursius ænigma speculum inter-  
 pretatur: sicut enim in illo uidetur esse, quod  
 non est: ita & superscripto pacto uidebatur  
 subesse æqualitas, cum uerè nulla esset. Ego  
 à Græcis speculum scio *κατοπτρον* appellari,  
 unde Catoptromantia diuinatio, quam anicula  
 & superstitiosi per speculum faciunt.  
 Aenigma uerò hoc sensu accipi, nusquam le-  
 gi, Palaphatus libro *ἀνίσων*, à Thebanis æni-  
 gmata uocari insidias, & incursiones hostiles  
 ait. Aul. Gellius libro xii. quæstionem ob-  
 scuram & inuolutam sic dici existimat: unde  
 & uul-

c l. quid tamen  
 de cōtr. empt.

d In Authen. de  
 equal. dot.

& uulgare schema grāmaticis, qd genus ser-  
 monis ueteres Latini Scrupos appellabant:  
 sic enim arbitror castigatus legi, quā Sir-  
 pos: quandoquidem Sirpus pro re clara acci-  
 pitur. Terent. Nodum in sirpo quæris. tamen  
 si inuoluant plerunq̄ sirpi cōficiendis phor-  
 mionibus, seu storeis. scrupus uerò pro re dif-  
 ficili & salebrosa: unde Scrupum inijcere Te-  
 rent. & Scruposa uia Plau. in Capt. Nā meus  
 scruposus uictus cōmeat uiam. Cui respon-  
 det parasitus: Cum calceatis dentibus ueniā  
 tamen. Etenim calcei impediunt ne pedes la-  
 pilli possint lædere. ut mirandum sit, cur Cæ-  
 lius lib. antiq. lect. x. cap. xli. *ἀπὸ χαλκῶ*, id  
 est, ære metaphoram illam trahi senserit. Sa-  
 tius ergo est, legis uerba simpliciter accipe-  
 re: qui enim decipere aliquem uolunt, obscu-  
 re, perplexèq̄ loquuntur. Terent. Pergin' sce-  
 lesta mecū perplexè loqui? Dionysius apud  
 Aristophanem in ranis:

*—ὄκ' ἔχω φράσαι,  
 ὁμῶς γὰρ ἐμὲ τὸ σοὶ δὲ ἀντιγυμῶν ἔργῳ.*

—Non habeo eloqui,

Sed indicabo tibi tamen in enigmatis.  
 Sanè existimant grāmatici, Speculum M.  
 Catullo imaginofum appellari, Epigramm.  
 in Acmen.

*Non est sana puella: nec rogare  
 Qualis sit solet hæc imaginofum.*

Tanquam innuat eam esse adeò deformem,  
 ut nunquam speculum inspiciat. quo sensu &  
 Lucill. poëta lib. ii.

*Ῥύχλος ἔχω τοὶ τὸν ὀλίμπε μὴτ' ἐπ' ἔσσηρον  
 ἔλθεις, μὴτ' ἂν ὄρεσσι πρὸς τὴν διαγωγὴν ὕδωρ.  
 καὶ σὺ γὰρ ὡς ἐν ἀρκισσῶν ἰδὼν τὸ πρὸς ὤμων γυαγυῖς  
 πεινήσεις, μισῶν σαυτὸν ὡς θανάτου.*

quod à me tum adolescente sic redditū latinè  
 fuit:

*Grype caue ad speculum, liquidum ue accedere fontem,  
 Ne tua conspiciens turpia membra cadas.  
 Ne ueluti proprio perijt Narcissus amore,  
 Fortassis proprio tu moriare odio.*

Ego tamen apud Catullum pro imaginoso  
 potius, diuinatores & phantasticos istos in-  
 terpretor, qui atra bile laborāt, seu daemonia-  
 cos aut lunaticos curant: ueteres & superstiti-  
 osum uocabant. Plautus in Amphi. Illic ho-  
 mo superstitiosus est, gestiūt pugni mihi. Di-  
 uinabat enim fore ut uapularet. Quem locū  
 interpretes non rectè explicarunt, qui super-  
 stitiosum pro timido accipi ibi tradidere. Plin-  
 ius Cæcil. quadā epistola, eos qui somniantes  
 diuinant, imaginari ait. Plaut. in Rudente:

*Quid si ista aut superstitiosa, aut hariola est: atq; omnia  
 Quicquid insit, uera dicit, an ne habebit hariola?*

*Tabulam figere, quid sit Venuleio.  
 CAP. XX.*

Venuleius, Si ad ianuam, inquit, meā ta-  
 bulas fixeris, & ego eas priusquam tibi  
 denunciaſsem refixero: deinde inuicē quod  
 uī aut clam interdīctō egerimus, nisi remi-  
 tas mihi, ut absoluar, condemnandū te, quasi  
 rem non restituas &c. Accipiunt hoc respon-

e l. fin. quod ui  
 aut clam.

sum Accurs. Bart. ceteri, ut simpliciter intel-  
 ligatur in quocunq̄, qui in re mea à me pos-  
 sessa ædificauerit: licere em̄ mihi propria au-  
 toritate id demoliri: quod secus esset, si ea res  
 à me non possideretur: tunc enim nō, nisi ma-  
 gna ex causa, id concedendū, ut propria auto-  
 ritate destruar: ueluti si iudex nullus esset,  
 quæ adire potuissē<sup>b</sup>, subessetq̄ in mora per-  
 riculum. Quæ ut uera sint, nō tamen explica-  
 ta sunt Iureconsulti uerba. Oportet enim in  
 primis scire, quid esset tabulam figere, & refi-  
 gere. & uidetur ea fuisse apud ueteres cōsue-  
 tudo, ut cum debitor abesset, priusquā ex edi-  
 cto honorū eius possessionē, ceu cōtumacis,  
 & in fraudem latitantis, prætor cōcederet, ad  
 eius domū cum testibus creditor accederet,  
 & eo nō inuento, eius ædibus tabulam præfi-  
 geret, fortè ne quid interim abspartaretur,  
 eamq̄ rem in testationem redigeret. M. Tul-  
 oratione pro P. Quintio: Tum Nauius pue-  
 ros corrogat, ut ad tabulam Sextiam sibi ad-  
 sint: hora secunda ueniunt frequentes, testifi-  
 cantur isti P. Quintiū nō stetit, & se stetit:  
 tabulæ maximè signis nobilium hominū cō-  
 signatur: disceditur, postulat à Burieno præ-  
 tore Nauius, ut ex edicto bona possidere li-  
 ceat: iussit bona proſcribi eius &c.

b l. si alius. §. bel  
 lissimè. eod. tit.

*Quid sit More maiorum facere: & de mori-  
 bus quamplurima: tum Plautus in Merc.  
 emendatus. CAP. XXI.*

Pomponius lib. v. ad Sabinum: Liberti-  
 nus, inquit, libertinam matrem, aut foro-  
 rem suam uxorem ducere non potest: quia  
 hoc ius moribus, non legibus introductū est.  
 Id responsum cum nec Accurs. nec quisquam  
 alius Doctorū sit interpretatus, plerisq̄ cau-  
 sam dedit anxie dubitandi, quid sibi ijs uer-  
 bis uoluerit legislator. Et sciendū, quod ad  
 Ius ciuile nostrum attinet, seruos pro nihilo  
 semper reputatos esse: & ideo existimatum,  
 nullam inter eos agnationem<sup>c</sup>, nullum con-  
 iugij ius esse. Quod si manu à domino mitte-  
 rentur, nouos homines censerent, & ad id, quod  
 in seruitute fuissent, nihil attendi: quod etiam  
 in seruis poenæ proditum est. Vnde si quis  
 in metallum datus sit, statim intercidit quod  
 ei legatum est<sup>d</sup>. nec quicquā refert, quod in-  
 dulgentia Principis restitui possit: etenim re-  
 stitutus alius homo censetur, nisi quatenus  
 princeps etiam iura proximitatis ei restitue-  
 ret<sup>e</sup>. Meritò ergo potuit dubitari, an Liberti-  
 nus posset matrimonio iungi cum matre, aut  
 sorore: tanquam illa cognatio, quæ ante ma-  
 numissionem fuit, non attenderetur, sed no-  
 uus homo etiā hoc respectu censeretur. Ne-  
 gat id Iurecōsultus: censetur enim nouus ho-  
 mo quantum ad ea pertinet, quæ Iure ciuili  
 sunt inducta<sup>f</sup>: non autem respectu matri-  
 monij, quod à moribus gentium, iureq̄ natu-  
 ræ plurimū pendet. Hincq̄ apparet eam di-  
 ctionem Moribus, ad rationem naturalem,  
 iusq̄ gentiū referri: plerunq̄ tamen ad Ius ci-  
 uile refertur, quod post legem xii. tabularū

c l. libertinus. de  
 ritu nupt.

d l. quod attinet.  
 de reg. iur.  
 e l. is qui. ff. un-  
 de cog.

f l. intercidit. in  
 fi. de cond. et  
 demō. §. quod  
 autē. Infit. de  
 cap. dim.  
 g l. i. §. filio. ad  
 Tertull. l. j. in  
 fin. de contra  
 tab.

h l. eos. de capi.  
 dimin.

Quid sit Rescissio, & Rescissorium iudicium. CAP. XXII.

prudenti consuetudine introductum est. Vnde pupillaris substitutio moribus inducitur dicitur: & more nostrae civitatis pupillaris abscq tutoris autoritate obligare se non potest: & more maioru debet pro tribunali ius dicere Prætor: & more maioru is solùm iurisdictionem mandat, qui eam suo iure, nō alieno beneficio habet: quæ omnia de suprascripta consuetudine accipiēda sunt, nō, ut Accurs. quādoq; credidit, de moribus Lacedæmonioru: nō enim Spartanoru consuetudines ad ius nostrum pertinent, & si aliquid ab eis Decemviri acceperūt, id in XII. tabulas relatū iuris scripti pars apud nos esse cœpit. Sed & haudquam hodie pupillaris substitutio ad consuetudinē referetur, sed potius ad ius scriptum: cū Iustinianus omnib. veterū responsis de ea loquentibus, quæ in Digestis leguntur, ius & autoritatē legis dederit. Nec quicq; facit, quod etiā hodie fiduciariū, clientelareq; ius, quod Feudum uocant, ad consuetudinē referatur. Respondeo: Q. Hortensius, & G. Capistius, Mediolanenses ciues, & quidem priuati, qui eos usus in scripturam reducerūt, legis condendæ autoritatē non habebant: merito adhuc ad consuetudinē pertinent, scripturaq; illa duntaxat probationi faciendæ sufficit. Sanē S. C. quo socios Lucij Catilinae apud Sallustium more maiorum puniendos sancitum est, hanc habet significationē, ut summū suppliciu de eis sumeretur, sicut solebat fieri tempore maioru, id est, ante legem Portiam, qua cautum deinde fuit, ne quis ciuis Romanus gladio consumeret: sed loco mortis sufficeret in insulam deportatio, ignis ue aut aque interdictio. Corn. Tacitus lib. XIII. Censuit Marullus Consul designatus reum more maiorum necandum: contra Thrasea disseruit, carnificem & laqueum pridem abolita, & esse pœnas legibus constitutas, quibus sine iudicium scæuitia & ipsorum infamia, supplicia decernerent: quin in insulā publicatis bonis iret &c. Cæterū apud Plautū in Mercat. more maiorum cognoscere, est indicibus prius auditis, de re capitali cognoscere: nec enim prius nomen cuiusquam inter eos recipiebatur, quā indicium factum esset.

l. is qui reus. de pub. iud.

Neq; hac pernosse more maiorum insitit: Per me percontatus sum, sineq; indice aliquo.

Sic enim legenda sunt ea carmina, quæ uulgō corrupta circumferuntur. Sed & oppidō quā eleganter idem Plautus in Trinum. seruum conquerentem de moribus hominū inducit, quibus leges corruptæ uitiatæq; sint, ijs carminibus quadratis catalecticis:

Nam nunc mores nihili faciunt quod licet, nisi quo d lubet: Ambitio iam more sancta est, libera est à legibus, &c. Mores leges perduxerunt in potestatem suam, Neq; magis sunt ijs obnoxij, quā parentes liberis, Eæ misere etiam ad parietem sunt affixæ clauis ferreis, Vbi malos mores adfigi nimio fuerat æquius, &c. Neq; quicquam istis lege sanctum est, leges mori seruiunt, Mores autem rapere properant, qua sacrū, qua publicū. Hercle istis malam rem magnam moribus dignum est dari.

Ulpianus f, Si, inquit, emancipatus filius uxore non ex uoluntate patris ducta, si lium fuerit fortitus, deinde nepos patre mortuo ad honorū possessionem aui uelit uenire, admittendus est: non enim per rescissionē is, qui filius iustus est, efficitur nō filius, cū rescissio quō magis admittatur, nō quō minus, adhibeatur. Videndū est quænam hæc sit rescissio. & Accurs. aucti testamenti rescissionē interpretatur: Hugolinus rescissionē patriæ potestatis: Ego uerō rescissionē emancipationis seu capitis diminutionis: nā alibi idem Ulpianus h, Bonorū, inquit, possessiones aliquæ competunt nō habentibus ius legitimū propter capitis diminutionē: quamuis enim iure ciuili deficient liberi, qui propter capitis diminutionem desierunt esse sui hæredes, propter æquitatē tamen rescindit eorum capitis diminutionē prætor &c. Cū ergo propter emancipationem diminutus esset capite filius, ideoq; à lege XII. non admitteretur, nihilominus prætor ei, & eo mortuo eius filio honorum possessionem, etiam contra tabulas aui concedit, perinde ac si emancipatus nō fuisset: quæ Rescissio fauore ipsius filij inuenta est, non autem in damnum, ut nepos, qui aliās legitimus esset (non enim emancipati paternum consensum in nuptijs expectant) efficiatur illegitimus: admittetur ergo is nepos defuncto patre suo aduersus tabulas auitas: quod si pater uixisset, quia ab eo præcedebat, præteritione existimatus fuisset ex hæredatus, ideoq; non contra tab. bon. possessione, sed inofficiosi testamenti quærela agendū esset: quod lib. Paradoxoru IIII, cap. XLI. cōmodius explicaui. Est autem Rescissionis iudicium, quod Prætor aduersus stricti iuris regulas quadam ex æquitate concedit: ut cū usucapionē rescindit k, ut cū rei traditionē, in fraudem creditorū factam, pro irrita habet l. Sic & alibi Rescindi superior iudicium dicitur, cū in subsidium creditor peculiaris serui aduersus uenditorem admittitur, quatenus seruare ab emptore non potuit m: Græcè ἀνάσινος δικη, appellatur. Andocides de mysterijs, ὁπως μὴτε χροῦν δεῖνοπαι εἶναι, μὴτε δῖνα ἀνάσινος γίνωσιντο. Vt ne alieni æris decisiones fierent, neq; rescissoria iudicia. Sanē suprascripto responso annotandus est ille loquendi modus, Sortiri filiū: metaphoricus quidem, sed durē.

An monachismo deleatur ingrati uitium: & de epistola, Inter claras, an genuina Pontificis Ioannis sit. CAP. XXIII.

Agitur annus ferè quadringentesimus, cū Gratianus monachus ex Benedicti familia, ueterum Pontificū decreta reformanda suscepit: & certis quæstionibus subiecta multis quoq; sanctorū patrū testimonijs auxit, locupletauitq;: adeo ut opus illud suū, à stu-

f l. iij. s. si emancipatus. ff. de bon. poss. contra tab.

g l. i. s. si quis filium. ff. de sta. null. h l. sed cum petrono. §. i. de bon. poss.

i l. Paulus. de statu hom.

k §. rursus. in sit. de act. l. §. item si quis in fraudē. eod. tit.

m l. quoties. §. si creditor. de pecul.

l. xix. q. vij. c. non liceat.

b gl. in auth. de mon. in prin.

à studiosis magno plausu exceptū meruerit Iuris Pontificij pars esse. In eo XI. q. III. cap. ult. traditur ex nouella, Ingressu monasterij causam ingratitudinis, ob quam à patre quis iustè ex hæredatus sit, aboleri. Audiui quādoq; qui dicerent, suspectum in causa monachorum esse hunc monachum Gratianū: cuius scripta eatenus approbata uideri debent, quatenus apud autores reperiuntur, quos ille adducit. At extare nouellam Iustiniani cōstitutionem per Iulianū Patricium Latinam factam, in qua nullum tale caput legatur: ut mirum sit, pleraq; alia ex eo libro accepta inueniri, hoc non inueniri. Atqui Accursius eius ætati aliquantō proximior, satis ostendit iure nouellarum monachismo non deleri ingratitudinem b, amplius ergo quærendū esse, uerè id caput à nouella acceperit, an ἄδυσκομνος hoc in suam utilitatem sit cōmentus. Labet ijs & aliud non dissimile adijcere. Sunt qui & suspectam habeant Ioannis Pontificis epistolam, quæ sub titulo de summa Trinitate, in Iustiniani Codice sita est, dicuntq; in antiquis codicibus non inueniri: quod, ut arbitrator, eò faciunt, ut illos adiuuent, qui Pontificis Rom. autoritatem deprimunt: quo nomine alios quoque autores deprauatos ab eis deprandit: ut Othonis Phrinsingēsis chronica, ut Lygurini poetæ carmina quædā. Ego in antiquis plurimīs eam extare scio, nec ulla suspicio cōuelli posse: quod si unus aut alter codex nō habeat, id scriptorū incuriæ tribuendum, qui eam quādoq; omiserint, quod nō multū ad legalis scientiæ materiam pertineret: non tamen ideo hæsitandum est, quin genuinus germanusq; Ioannis XI. sit foetus.

Belisarium summum ducem haudquaquā à Iustiniano afflictū fuisse: & consutata fabula quam Crinitus, Pontanus, Volaterranus scriptis mandarunt. CAP. XXIII.

Scriptit Pet. Crinitus libros xv. de honesta disciplina, de quib. quid in uniuersum sentiam, non habeo nunc necesse pronunciare: in partes uerò rectè Martialis carmen poterit prædicari: Sunt mala, sunt quædā mediocria, sunt bona plura. Is lib. IX. cap. VIII. Iustinianum nostrum pudenda nota accusat, qui summū ducem Belisarium, rerum gestarum fama, uirtuteq; nulli ueterū cedentem, præliuore obcæcarit, eoq; redederit, ut mendicus numulos ad uictū quæreretur, uiatoresq; ijs uerbis compellaret: Obolum uiator Belisario concede, quem liuor, non error adflixit. Defendam ego hac in re Iustinianum, pijsimiq; & maximi Principis partes aliquantō probabiliore, favorabilioreq; causa, quā ipse accusarit, sustinebo: Crinitumq; ipsum in primis interpellabo, unde hanc tabulam cōmentus sit. Opinor facetum aliquem (id enim Tyrrenis propriū, ut Athenæus ait, & translatum à Nicolao Leonico uarię historie lib. II. cap. XCV. extat) cū Græcū qualemcunq; autorem in manibus haberet, à Crini-

to interrogatū, ut ex eo depromeret, unde libros suos augere posset, hanc effinxisse nãmiam, credulitatēq; hominis illuisse. Adducit ille testem Procopium: atqui is rerum præclare à Belisario gestarum testis locupletissimus est: huius adeo pudendæ mortis nullam prorsus mentionē facit. Agathius, qui illi in historia successit, effectum ætate Belisarium aduersus Hunnos cōstrixisse ait, q̄ primūq; Constantinopolim rediisse, aduersa procerū uoluntate, qui cū eius gloria inuiderent, curarunt ne exantlatis laboribus paria præmia consequeretur: nullum præterea aliud uerbum Suidas cū eius uitā celebrasset, & abstinentiā, probitatemq; laudasset, nihil de tali morte scribit: ut satis appareat, cōmuni sorte eum decessisse. Qui Annales Constantinopolitanos græcè scripserunt, ante Iustiniani obitum detecta quadam conspiratione insimulatum à Sergio Belisariū memoriæ mandarunt, & hoc nomine domi suæ custoditum fuisse: deinde post paucos dies absolutū, pristinos honores recepisse omnes: quod & in quibusdam Pauli Diaconi codicibus latinis etiamnum legitur. Sed & quis tam malè habitum à Iustiniano tantū uirum credat, cū autore Procopio lib. III. cōstet, Arthabanem quosdamq; alios, qui cum eo in caput ipsius principis coniuauerant, depransos non ultra punitos fuisse, quā ut in custodia essent, præterea nihil malī passos: Haudquaquā igitur persuaderi mihi facile poterit, talem fuisse præstantissimi ducis exitum: non si iuratus mihi hoc Pontanus diceret, non si Volaterranus, quos credibile est Crinito ipsi fidem adhibuisse, nec hac in re multū. curæ collocasse, ex certis autoribus hoc accepisset Crinitus, an commentitij, ineptisq; ex scribliginibus, qualia pleraq; uulgō feruntur, quæ lege Pontificia c̄ ἀπόκρυφα uocantur, quod non digna sint ut palām explicentur, sed in occulto potius sint tenenda.

Infortiatum unde nomen sumpserit. CAP. XXV.

Superior locus, quo nimie credulitatis reum egi Pet. Crinitum, me admonet, ut idem quoq; uitium in Accursio nostro coarguam. Is cū iuris nostri liber, quo ultimæ uoluntates continentur, uulgō Infortiatū dicitur, ut nominis rationem adduceret, Sunt, inquit, qui dictum putent ab infortias, Chaldaeo uocabulo, quod est dispositio, quia ultimæ dispositiones hic sunt. Interrogauī quādoq; hominē, qui eius linguæ notitiam profitebatur: is cōstanter affirmabat, id nomen in eo idiomate nusquam legi: & certe mihi haud uerisimile uidebatur, Latinos homines Babylonem, quæ Chaldaeorum patria est, legationem ulla misisse, ut nomen libro isti impetrarent: existimabamq; glossulario nostro interpreti idem cōtigisse, quod diuo Hilario quondam Pictaurum antistiti, ut scilicet à Iudæo homine deciperetur: is in canone, quæ

c. c. fin. xv. dist.



in Matthæi Euangelium scripsit, cum in di-  
 ctione Hofanna interpretanda hereret, Iudæum  
 consuluit: qui, ut Christianum illuderet, Re-  
 demptio, inquit, domus David, hac uoce si-  
 gnificat: ita forte sibi in buccâ uenerat. Cre-  
 didit uir sanctus, & cōmentarijs suis manda-  
 uit: cum constet, Hieronymo autore, peculia  
 rem eius gentis acclamationem esse, sicut lo-  
 triumphe, apud Romanos: quod & ab Eras-  
 mo relatum extat. Cæterum ut quid mihi de  
 hac re compertum sit enarrem, cum Iustinia-  
 nus ius ciuile nostrum digessisset, & id præ-  
 stitisset, quod tantopere M. Cicero in Orato-  
 re desiderat, ut scilicet perfectam, magnam,  
 uberemq; iuris artem aliquis tandem compo-  
 neret, recepta statim Romanis in prouincijs  
 ea fuit. At Italia tunc Gothorū bello non tan-  
 tum concussa, sed ferè exhausta exinanitaq;  
 non diu eam tenere potuit. Superuenerunt  
 à Germania intra paucissimos annos Longo-  
 bardī, deinde post eos Franci, demūq; Impe-  
 ratores Germani, quorū primus Otho: quo  
 tempore non Iustiniani editio in usu fuit, sed  
 aut lex Longobarda, Salicæue, ita uocabant,  
 aut cōpendium illud Theodosiani Codicis,  
 quod uulgò etiamnum circūfertur. Interim  
 ea iuris nostri pars, quæ ad ultimas uolunta-  
 tes pertinebat amissa est. Nā & hodie in Ger-  
 mania Galliaq; rarum est, ut quisquam teste-  
 tur: & sicut ueteres illi, quos poëta Ennius  
 Cascos uocat, ante legem XII. tabularū testa-  
 ri non poterant: ita isti etiā si possent, nolunt:  
 sed uiuentes bonis suis fruuntur, quid post  
 mortem contingat, incuriosi. Lex enim illis  
 ab intestato salua est: quicquid legassint, ius  
 nō est. Pacata demū Italia, & urbib. munitio-  
 ribus, quā ut facile barbaris patērent, pacis  
 quoq; studia rediere: perquisitusq; est amissus  
 Codex, & Rauennæ, ut Odofredus ait,  
 repertus: ea enim diutius Græcorū imperio  
 paruerat, & sub exarchis Constantinopolita-  
 nis Iustiniani leges ad eam diem seruauit. Hi  
 Græculi, cum eum librum latinis traderent,  
 testabantur fermone suo, se *popria* eis dare: sic  
 enim eorū lingua uocabat, quicquid uictus  
 & annonæ causa importat. sciebant ex omni  
 iuris corpore nullā utiliorē partē, & quæ  
*magis* faceret, esse: quod soleant con-  
 trouersia circa dotes, atq; hæreditates graui-  
 res esse, & insigniores, unde maxima hono-  
 raria, atq; opimiores sportulæ aduocatis, iu-  
 dicialibusq; dentur: unde & in prouerbio est,  
 sine sacris hæreditas. Transalpini certè ho-  
 die pleriq; ei iuris parti rarò dant operam, ue-  
 teremq; seruāt morem, ut intestati decedant:  
 exceptis tamē nobilibus, quibus id antiquis-  
 sima consuetudine concessum est. Siquidem  
 cum Arcadius Honoriusq; Imperatores ex  
 fœdere Aquitaniam, Aruernos, Bituriges  
 Gothis tradidissent, diserte cauerunt, ut Se-  
 natorib. populi Romani liceret lege Roma-  
 na in eis regionibus uiuere, lexq; illis testa-  
 mentorū salua esset: quod eius temporis au-  
 tores prodiderunt,

*Cur fideiussio à marito præstari uxori pro  
 dote nequeat: qui sint Mothones, locus Ciceronis expli-  
 catus in Epistolis. CAP. XXVI.*

**A**ne quis pro marito causa seruandæ do-  
 tis apud uxore fideiuberet: sed talis fideiuf-  
 sio, uel etiam mandatum, nulla essent. Quod  
 induci lex ait, ne causa perfidiæ in connubio  
 eorum generetur. Quæ ratio saneq; obscu-  
 ra est, & uarijs modis ab interpretib. nostris  
 accipitur. Ego & illam speciem approbare so-  
 leo, quod maritus ut fideiussorē inueniat, cō-  
 niuere quoque possit, & amorī eius obuiam  
 non ire, qui promissionis suæ fructū aduen-  
 titium hunc capere uelit: sicut apud Lucillū  
 Capius, qui Pararhinchus, & *παρρηχ* dictus  
 est, quod rostro, seu naso sterteret, & somnū  
 in mense simularet, ut riuāli uxoris suæ mo-  
 rem gereret, ut est apud Festū: quod & à quo-  
 dam Galba factum fuisse Plutarchus est au-  
 tor, dum C. Mecœnati in uxoris suæ amorē  
 effuso obsequerēt: unde ortum prouerbium,  
 Non omnibus dormio. Iuuenalis:

*—Doctus spectare lacunar,  
 Doctus & ad calicem uigilanti stertere naso.*

Sunt qui hos & mothones Græcis uocatos  
 tradant. Sed Aristophanis interpres in Plu-  
 to, mothonem pro inhonorato, turpi, inanēq;  
 homine exponit, à quodam eius nominis tur-  
 piter in cōuiujs agente, obscenæq; saltatio-  
 nis autore: cuius mentio & apud eundem au-  
 torem est in Equitibus, quo sensu fortè & ac-  
 cipiendus est Cicero Epistolarū familiarū li-  
 bro ult. d. Tironem: Calfax hominē, ut ego  
 mothonē. nos uulgò id genus hominū Hir-  
 cos uocamus, siue quod uxores eos auerfen-  
 tur, tanquam hircolos, & fœdo alarum odo-  
 re laborantes: unde Catulli carmen, Et puta-  
 re cæteros hircos. siue quod id animal libi-  
 dinis symbolum sit. qua ratione Vergilius,  
 Transuersa tuentibus hircis: rem adeo infamem,  
 & turpem ostendens, ut etiā hirci ipsi,  
 quamuis alias fœdissimi, inspicere erubescerent,  
 & transuersim potius intuerentur. Scio  
 alios aliter interpretari: sed suum cuiq; iudi-  
 cium esto.

*Quid sit occultare se circa columnas, Vlpia-  
 ni Ciceronisq; & Iuuenalis, itemq; Plauti loca declara-  
 ta, atq; emendata. CAP. XXVII.*

**E**vm qui circa colūnas se occultat, ut cre-  
 ditorē euitet, latitare placet: sicq; Vlpia-  
 no uisum est. Dubitari probabiliter potest,  
 cur columnarū mentionem Iuriscōsultus fe-  
 cerit, sicut & apud Horatium in poëtica:

*—Mediocribus esse poëtis,  
 Non homines, non dii, non concessere columnæ.*

Sed & Iuuenalis de uulgari muliere, & quæ  
 in publicis locis uersari consueffet, Satyra  
 VI. inquit,

*Consulit ante phalæ, delphinorumq; columnas.*

Videndū ergo quomodo hæc loca accipien-  
 da sint, & Iuuenalem explicandū arbitror ex  
 histo-

*Odofr. l. ius ci-  
 uile. de iust. &  
 iure.*

*b. l. i. & c. m.  
 fid. dot. den.*

*c. l. cum qui. do  
 priuile. cred.*

historia Dionis, quā lib. XLIX. circa finem  
 descripsit: etenim is tradit, M. Agrippā cum  
 in hippodromo, id est, circo, qui locus Romæ  
 exercendis Circensibus ludis institutus erat,  
 uideret plerunq; errantes in numero, dum  
 duorum stadiorum circuitiōe cursumq; mi-  
 nus rectè obseruaret, iussisse delphines quos-  
 dam fabricari, & machinas, seu phalas in oui  
 formā, quibus uiarū circuitus certius demon-  
 strarentur, *καὶ ἐπὶ ἰπποδρόμῳ σφαλλομένων τῶν ἀν-  
 θρώπων ποδῶν τῶν δαύλων ἀριθμῶν ὁρῶν, τῶν τε δελφῶν  
 νῆας καὶ τὰ ὄσειδ' ἢ διμυρεργήματα κατεστήσαντο, ὅπως  
 δ' ἰαυτῶν αἰπερίοδον τῶν ποδῶν ὁρῶν ἀναδεικνύωνται.*  
 Cuius rei etiā mentio est Calsiodoro episto-  
 larum lib. III. ad Faustū, ubi Delphinas illos,  
 & ouorū formam, allegorico sensu interpre-  
 tatur. unde & T. Liuius lib. XLI. Carceres,  
 inquit, in circo, & oua ad notas curriculum  
 numerandas. quo sensu diuī Seueri & Antoni-  
 ni rescriptum est intelligendum: Si columnas  
 Circensibus promissisti &c. Idem Dion lib.  
 LIII. autor est, paucis annis antequā diuus  
 Augustus decederet, dedicasse eum Quirini  
 templum à se constructum, & LXXVI. co-  
 lumnis ornatum, quot annos ipse uixit: ut ple-  
 riq; interpretarentur, non temerè, aut fortuitò,  
 sed quodam imperij sui præfagio id ab eo  
 factum. Sanè erant & columnæ, quibus im-  
 positæ stabant statuæ, in foro, alijsq; publicis  
 locis, quarum uetustissima fuit Caij Meuij,  
 cuius Plinius lib. XXIII. cap. V. meminit.  
 unde & columna Meuiā dicta M. Ciceroni  
 oratione pro P. Sextio: ad hæc columnas, si-  
 cut ad statuā serui<sup>b</sup>, ita accurrebant plerunq;  
 obærat. Vnde eadem in oratione elegans Ci-  
 ceronis metaphora: Fœneratorum gregibus  
 inflatus, atque percussus, olim Herculeo illo  
 æris alieni in freto ad columnam adhæresce-  
 ret, ni in tribunatus portum infugeret. Allu-  
 dit autē ad Herculeas columnas: & ideo Her-  
 culeo, non autem, ut uulgati codices habent,  
 Nesculeio, legendum est. De huiusmodi co-  
 lumnis arbitror intelligendum Vlpianū: ui-  
 deturq; M. Cælius in epist. Cicer. hosce obæ-  
 ratos appellasse Columnarios. Mentio huius  
 columnæ est etiam Ciceroni in Diuinatione  
 in C. Verrem. Carmen uerò Horatij alium  
 uidetur habere sensum: etenim si ad Comi-  
 cos poëtas Tragicosue referas, possent colū-  
 næ accipi, quæ erigebantur ab ijs qui inspe-  
 ctare cuperēt, qualia sunt Meuiana: nō enim  
 quisquam expendium erigendæ, ornandæq;  
 columnæ subire uolebat, ut mediocre quid-  
 dam inspiceret. Sed satius est simpliciter acci-  
 pere, ut *μετῶν ὑμῶν* porticus, quib. recitabant  
 poëtæ, columnarum nomine intellexerit. un-  
 de & prouerbialiter dicimus, Rumpere co-  
 lumnas: sicut Vergilius,  
 Nunc cantu querelæ rumpunt arbuta cicadæ.  
 Dion lib. LVIII. Cum Senatores, inquit, Ca-  
 lendis Iulij & Augusti audiendis recitantū  
 orationibus usque ad noctem commoraren-  
 tur, edixit Claudius, sufficere si columnis in-  
 scriberentur &c. quæ interpretatio & proxi-

*a. l. i. §. deniq;  
 de pollicit.*

*b. l. i. c. de ijs qui  
 ad stat. cōfug.*

mo carmini conuenit:  
 —*Platani conuulsaq; marmora clamant.*  
 Metaphoricis autem uerbis medicorum uti-  
 tur, à quibus rupti, conuulsq; dicuntur, qui  
 neruorū affectione, & spasmo laborant. Sed  
 & eadem ratione sic appellantur, qui nimio  
 clamore uenas uel in gutture, uel in inguine  
 tumescentes offenderunt. Ramices Plautus  
 uocat in Mercatore: Tua causa rupi ramices,  
 iandudum sputo sanguinem. Et in Capt. hi-  
 strio nolens clamare: Rupturus ramices cau-  
 sa ego non sum tua. Sic enim legendum illud  
 carmen, tamen alijs aliter intelligant.

**DN AND ALCIATI**  
 IURISCONS. PARERGON.  
 seu obiter dictorum, li-  
 ber quintus.

*Quid sit causæ coniunctio, apud Paulum.*  
 CAPVT I.

**P**AVLVS ait: Per regulam breuis  
 rerū narratio tradit, & ut ait Sa-  
 binus, quasi causæ coniunctio  
 est. Sed quidnā ijs uerbis signifi-  
 cari credemus? Placentinus in-  
 terpretat sic dici, quia plures causæ simul iun-  
 ctæ regulā constituūt: qui sensus uerbis ipsis  
 repugnat. At Ioannes causam, id est, rationē  
 interpreta, quasi regula causam, id est, ratio-  
 nem coniungat, ut quæ in uno casu reddita  
 est, in alijs quoq; procedat, qui eadem acqui-  
 tate nitantur. Sed & hæc sententia haud sanè  
 uerbis cōuenit: unde ego hæc uerba ex Rhe-  
 torum traditionib. explicanda potius censue-  
 rim, qui Causam esse maximā propositionē  
 diffiniūt, à qua argumentū deducit: ut si quis  
 iustitiā uelit ostendere esse naturalem, dicat,  
 Quorum causæ efficientes sint naturales, ipsa  
 quoq; effecta esse naturalia: at conuentus ho-  
 minū naturalis est, igitur & iustitia. Rursus si  
 quis Mauros arma nō habere contendat, id-  
 circo eos minimè armis uti dicat, quia ijs fer-  
 rum desit. at uera est propositio, quæ hic regu-  
 la dicitur, ubi materia desit, & id quod ex ma-  
 teria conficitur necessariò desit. Rursus, cuius  
 finis bonus est, ipsum quoq; bonum est:  
 at frui Deo bonum est: igitur & temperantia,  
 per quam Deo fruimur. Appellatur id argu-  
 mentum, seu locus à causis, quarum aliqua  
 effectum, alia finem, alia materiam, alia for-  
 mam respiciunt: qua de re G. Trapezontius  
 Rhetoricorum lib. III. quā plurima ex græ-  
 cis autoribus scripsit.

*c. l. i. de reg. iur.*

*Quæ sit græca religio: & constitutio nouel-  
 la de eccles. tit. declarata. CAP. II.*

**I**N nouella Iustiniani est constitutio CXX  
 XI. de Ecclesiasticis titulis, qua inter cæte-  
 ra capita cauetur, ne quis orthodoxus posses-  
 sionem ullam, in qua adsit ecclesia, alienare  
 possit Iudæo, hæretico, Samaritano, aut Græ-  
 co: si id attētarit, ut alienatio sit nullius momē-  
 ti, & dñium ad ecclesiam pertineat. Dubitauit

quandoq; cur mentio hic Græcorū inter ue-  
 titas facta sit, & arbitror Græcos seu ἑλλ-  
 λωδῶν, hic pro paganis accipiendos esse. Cū  
 enim Iulianus Imperator, is qui desertor fidei  
 fuit, edicto suo prohibuisset, ne Christiani  
 Græcorum studijs se dederent, cœperunt pa-  
 gani ἐλλωδῶν appellari, græcāq; religio paga-  
 nismus esse: cuius rei Greg. Nazanzenus li-  
 bro aduersus Iulianum 1. est autor. In eadem  
 constitutione Iustinianus omnia priuilegia  
 cōfirmat, quæ xenoni sanctæ memoriæ Sam-  
 psonis indulta erant: qui locus uulgò corru-  
 ptus circumfertur. Scribit Procopius libro de  
 Iustiniani ædificijs 1. conditū illud hospitale  
 à Sampsonē homine religioso, qui multis an-  
 te Iustinianum annis derelicta militia se sacris  
 initiauerat, eumq; locum ijs assignauerat, qui  
 facultatibus lapsi aegritudine, aut morbo ali-  
 quo conficerentur. Cæterū fuisse à Iustiniano  
 instauratū, & ingenti annua pecunia auctū,  
 ut pluribus affectis subueniret. Illud quoque  
 admonerim, eadem in cōstitutione Archie-  
 piscopo Iustinianæ primæ subijci Daciārū,  
 Triballeg, Dardanię, Mysiæ Episcopos, cum  
 tamen idem Procopius eiusdem operis libro  
 IIII. eam nō fuisse metropolin attestetur, sed  
 Illyricorum Archiepiscopo paruisse, tametsi  
 amplissima urbs esset à Iustiniano fabricata  
 τετραπυργία, id est, quadrata totidē turribus,  
 quod in ea natus esset, cū prius Tauresium  
 uocaret, Dardanorumq; oppidum esset. Ve-  
 rūm par est constitutioni ipsi magis credere,  
 quā rhetori Procopio, quem cōstat ex Sui-  
 da ipsi Iustiniano infensum fuisse: quo nomi-  
 ne & pleriq; alij rhetores ei obtreant, infan-  
 numq; & illiteratū appellant, quod ipsi ἄθεοι,  
 & infideles, Christianissimum Imperatorem  
 (quo nemo dignior unquam ad Imperiū as-  
 sumptus est) ferre non possent.

*Imperator Iustinianus, Slaucus, & Anti-  
 cus, cur cognominatus sit: & qui sint Cingali.* CAP. III.

Admonuit Iustiniani mentio, ut eius  
 quoq; titulum explicarem: is solebat sic  
 se inscribere: Imperator Iustinianus, Cæsar  
 Flauius, Alemanicus, Gothicus, Francus,  
 Germanicus, Atticus, Africus, Vandalus,  
 &c. quo in titulo bis erratum uulgò est: & in  
 primis sciendū, Imperatores Orientis Flauij  
 prænomē solitos sibi addere, opinor ob Con-  
 stantini magni memoriā, qui huiusmodi fuit  
 prænomine: uerūm id, ut moris est, ante no-  
 men adscribebant, ut cū dicitur, Flauius Ius-  
 tinianus Cæsar, quod ergo sequitur, non Fla-  
 uius, sed Slauius est, à Slauiis barbaris deu-  
 ctis, quos uerisimile est ueteribus fuisse Ba-  
 sternas. Sed & mirū est Atticū se inscripsisse,  
 qui nullū cum Atheniensib. bellum gesserit,  
 quinimò fidos & imperio parētes semper ha-  
 buerit: legendum igitur Anticus. Erant An-  
 tæ Histri fluminis accolæ, congeneres Scla-  
 uinis, quos in Romanas prouincias incurren-  
 tes Iustinianus per Childibitū ducem repulit,  
 & post aliquot annos duce Germano fororis

suæ filio ad internecionē ferē deleuit, ut Pro-  
 copius lib. Gothici belli III. scribit: ut meritò  
 ab eis nomen Antici sibi Imperator uendica-  
 uerit. Ut eorum institutis & moribus appa-  
 ret, nō uidentur hi multum diuersi esse ab ijs  
 quos nunc uulgò Cingalos uocamus: etenim  
 Antæ à ueterib. Spori, ut inquit Procopius,  
 appellabantur, quasi sparsim & uulgò erran-  
 tes, qualem uitam & Maurusij degūt. Credi-  
 derim aut uulgò Cingalos dici à Cinclo aue-  
 maritima, gracili, quæ caudam subinde mo-  
 uet, ut Suidas inquit: unde rusticānū prouer-  
 bium in errone, & inopes, quo Menander in  
 Thaide utitur,

*Ἐπιχόρτοφ & λεκρίδι & ἰὴ κινγάλο.  
 Mendicior liberide est, & cingalo.*

Vagantur etiam nū per Italiam uetere ab usq;  
 Odoacri temporibus instituto, qui ab eorum  
 regionibus aliquādiu apud nos regnauit, do-  
 nec à Theodorico Gothorū rege occisus est,  
 eiusq; milites Eruli, Antæ, Brenti, in Alpes  
 coniecti, uallis Morianæ tesqua colere cœpe-  
 runt, pars Sabaudorū effecti. In formula Im-  
 perij occidentalis legitur, præfectum classis  
 Barcariorū Ebredunī, Sabaudia fuisse: quod  
 nomen nusquā alibi in antiquis autoribus le-  
 gi. Raphaël Volaterranus, qui quartum Pro-  
 copij de bello Vandalico librum transtulit,  
 hosce Cingalos existimat origine Maurusios  
 esse, qui à Sarracenis pulsī per omnem Euro-  
 pam uagentur: sed sermo arguit esse Slaui-  
 cos, unde & Galli uulgò Boëmianos eos uo-  
 cant, ut uerior sit nostra sententia. Pius tamen  
 Pontifex in Cosmographia Asiæ Zigaros  
 eos uocat, & à Phaside Caucaſoq; descendisse  
 suspicatur, non sanè firmis coniecturis.

*Quatenus scenæ aut argumento seruiendū  
 sit, Vergilij, Plauti, aliorūq; loca explicata.* CAP. IIII.

Pud ueteres rhetoras illud semper ob-  
 seruatum est præceptū, ut in declama-  
 tionibus maximè τὸ πρῆπου attendere: cū  
 enim non ex uero, sed ex uerisimili sumantur  
 themata, oportet ad qualitātē personæ præ-  
 fertim inspicere: id uidemus nō solūm ab eth-  
 nicis autoribus diligenter custoditum, sed &  
 à pijs, quoties argumentū huiusmodi tracta-  
 runt: ut à Hieronymo, cū Malchi Pauliq;  
 uitam describeret, & de muliere septies per-  
 cussa dissertaret. Fecit & hoc nouissimè Eras-  
 mus, cū Pluuielias encomiū descripsit: quo  
 quædam dicta legūtur, quæ hoc duntaxat co-  
 lore excusari possunt, quod Stultitia ipsa est  
 quæ loquitur, cuius decorū fuit seruandum,  
 cū & in poëtis idem frequentissimè occur-  
 rat: ut meritò Q. Horatius eum scriptorē ma-  
 ximè celebret, qui reddere personæ scit con-  
 uenientia cuiq;: qua ratione effectum est, ut  
 apud poëtas pleraq; hoc nomine defendant,  
 quæ aliās uitiosa essent: ut apud Plautum in  
 Trucul. ubi miles imperitus Homerionida  
 poëtilla, pro Homerica poësi utitur. In Au-  
 lul. Picī diuitijs, qui aureos montes colunt,  
 ubi ex persona serui Picos appellat, qui sunt  
 Gry-

Gryphes. Sic in Trinum. ficta prouinciarum  
 nomina: in Milite, fictos Imperatores cōme-  
 morat. Sed & Vergil. lib. VI. ex zelotypia ma-  
 rituali Deiphobum inducit conquerentē do-  
 lo uxoris se capta Troia circumuentum, cū  
 ex II. libro appareat, tum temporis secreta in  
 Vestæ sede eam latuisse. Sic ægloga II. Am-  
 phion Dircaus in Actæo Aracintho, ex per-  
 sona rustici inquit, cū non literalis aut A-  
 theniensis sit mons Aracanthus, sed Bœotia  
 potius, ut omnes autores tradiderunt. Ego ta-  
 men Actæum dici per metalepsin arbitror,  
 quod ibi sicuti Athenis Minerva coleretur,  
 quæ Stephano autore Aracinthias dicta est:  
 unde & Rhiani carmen,

*Κλῆθι μοι θυγάτηρ ἀρακινθιάς θυγατρίδα.*

Annotauī tamen tres casus, quib. haud quaq;  
 excusatio hæc admittenda esset, quod autor  
 scenæ, aut argumento seruisset. Primus, quo-  
 ties de deorū honore ageretur: nec enim fas  
 est dijs obloqui, nec quidē sub alterius per-  
 sona. Videmus quantum odij apud Christiano-  
 scrip̄tores sibi comparari Lucianus Sa-  
 mosatenus, ut eum ἄθεον nunc dicant, nunc  
 impium, nunc à canibus discriptum, quod in  
 CHRISTVM debacchari, ut Suidas ait, ausus  
 sit: & tamen nusquā in eum maledicus inue-  
 nitur (saltem in dialogis, qui ambigua non  
 sunt fidei) præterq; in Peregrini uita, ubi sub  
 philosophi cuiusdam in Cynicos declaman-  
 tis persona, CHRISTVM Sophistē appellat:  
 quæ uox Græcis nō solūm impostorē, ut in-  
 terpres transtulit significat, sed media est, &  
 in bonam quoq; partem accipi potest. Cæte-  
 rum Christiani magis ex Luciani, quā ex il-  
 lius declamatoris persona uerbum illud æsti-  
 mantes, uno ore improbarunt. Alius est, cū  
 de infamia cuiusquam ageretur: etenim nec  
 sub alterius persona permittendū est cuiquā  
 obtrectari, quod lege lata à diuo Augusto cō-  
 stitutum Dion lib. LVI. ait: idq; ad exemplū  
 legis Iulie Maiestatis inductum fuisse Corn.  
 Tacitus autor est. Vlpianus: Eadem, inquit,  
 pœna ex Senatusconsulto tenetur is, qui ἐπι-  
 θύσῃ, aliūdue quid, siue scripturam in notam  
 aliquorū produxerit: itemq; qui emendum,  
 uendendū ue curauerit: quid enim si publi-  
 ca utilitas ex hoc emergit? Hinc est quod &  
 antiquæ comœdiæ (quāuis sub aliorū perso-  
 na id fieret) libertas sublata fuit. Horatius:

*Succesit uetus ijs comœdia, non sine magna  
 Laude: sed in uitium libertas excidit, & uim  
 Dignam lege regi: lex est accepta, chorusq;  
 Turpiter obtinuit, sublato iure nocendi.*

Tertius est generalis, ut nec tunc tolerandum  
 id sit, cū aliōquin mali exempli aliquid in-  
 ducere. Traditū ab autoribus est, explosum  
 scena ab Atheniensib. Euripidem, q; ex per-  
 sona Bellerophonis uersus ad diuitiarū lau-  
 dem pertinētes pronūciarit, uixq; admittam  
 eius excusationē, quod eum cupiditatis suæ  
 cōdignas pœnas dare tandem fecisset. carmi-  
 na extāt apud Senecā epistola c. XVI. & græ-  
 cē apud Athenæū lib. IIII. ἡ γυνώμας. Etem

nisi ita cōstituamus, facillimū cuiq; esset alie-  
 no nomine uel ficta persona iniuriam cuiq; fa-  
 cere, legiq; Corneliæ & Senatusconsultis ad  
 eam pertinentib. fraudē cōminisci. Vnde &  
 receptū est, sicut is actione iniuriarū tenetur,  
 qui conuiciū palām fecerit: ita & eū, qui sub-  
 dolis uerbis dixerit, Magno dolore afficior,  
 quod furti sis dānatus: Aegrē fero quod pu-  
 blicam pecuniam expilaris: Tædet me quod  
 à latronibus sis stupratus: & si qua similia.

*Maiumæ festum quale esset: quid decursio  
 Tyberina, Ciceroni de Finib. lib. V. CAP. V.*

Extat Arcadij Honorijq; cōstitutio hifce  
 uerbis: Clemētiae nostræ placuit, ut Ma-  
 iumæ prouincialib. reddatur lætitia: ita tamē,  
 ut seruet honestas, & uerecundia castis mori-  
 bus perseueret. Id festum quale esset, declarat  
 Suidas, aitq; sicuti mense Augusto suspende-  
 bantur canes, & anserū festum à pop. Rom.  
 celebrabatur, obseruati Capitolij memoriā:  
 ita Mense Maio cōsueuissē ueteres ad mariti-  
 mam ciuitatē Hostiam secūdo Tyberi descen-  
 dere, & ibi mutuō se inuadere, & aquas iacu-  
 lari, seq; inspergere profusa quādam lætitia:  
 quod festum cū delinquēdi aasam plerisq;  
 præstaret, deinde Anastasij lege sublatū est.  
 Quibus uerbis M. Ciceronis de Finib. lib. V.  
 uerba declarant, quem Tyberina decursio fe-  
 sto illo die tanto gaudio affectit, quāto L. Pau-  
 lum cū regem Perſen captū adduceret, eo-  
 dem flumine inuectū: indicat enim procul-  
 dubio Maiumā, quæ decursione Tyberina ce-  
 lebrabatur. T. Liuius lib. XLV. Perſeus ipse  
 post paucos dies, regia naue ingentis magni-  
 tudinis, quam XVI. uersus remorū agebant,  
 ornata, Macedonicis spolijs nō insigniū tan-  
 tum armorū, sed etiam regionū textilium ad-  
 uerso Tyberi ad urbem est subuectus, cōple-  
 tis ripis obuā effusa multitudīne. Adit Plu-  
 tarchus in eius uita, ingressum eum ornata  
 purpureis puniceisq; manubijs sexdecim re-  
 mi in pompæ triumphalis modū. licet in græ-  
 cis exemplaribus locus nō sit integer, ideoq;  
 nec fat feliciter à Leonardo Aretino Latinis  
 redditus. Sūt qui de hoc festo intelligāt ea car-  
 mina, quæ in iuuenilib. Verg. extare dicunt:

*Non me uocabis pulchra per cotyttia  
 Ad feriatos fuscinos*

*Flauum prope Tyberim atq; olentis nauticos, &c.*

Ego nihil Vergilianū in ijs carminibus agno-  
 sco. Potius ad hoc pertinet, quod in Apologe-  
 tico inquit Tertull. cap. XXV. testis est Ty-  
 beris & scholæ bestiariorū. Potest & ad For-  
 tunæ fortis celebratē referri, quæ, ut in VI.  
 Faكتورum scribit Ouidius,

*In Tyberis ripa munera regis habet.*

*Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba.*

Et quæ sequuntur.

*De possessione, cuius amator græcē est Phi-  
 loctetes, Ausonius explicatus, & Cicero non  
 uno in loco. CAP. VI.*

Possessionem quasi pedum positionem  
 ἡρετὶ παρανομοσίων nostri autores dictam

b l. j. c. de  
 maiu. lib.  
 xi.

a l. lex Corne-  
 lia. de iniur. in  
 fine.



existimant, ideoque rerum mobilium proprie possessionem non dici, quod earum usum non pedibus, sed manibus, acquiramus: unde & veteribus dicta mancipia, & res mancipi, & ne mancipi, quorum Fla. Boethius in M. Ciceronis Topica meminit: & Cynus quoque non ineleganter declarat. Sint ergo pedes symbolum & indicium quoddam possessionis rerum immobilium, sicut manus rerum mouentium. Horus tamen Apollo lib. Hieroglyphicon 11. cap. ultimo: Hominem, inquit, *ἑλκτικιστω*, id est, aedificatorem Aegyptii describere uolentes, manum humanam depingebant, quod ea quaecumque aedificia absoluantur. Manus ergo *ἑλκτικιστω*, pedes *ἑλκτικιστω* significabunt. Sanè sciendum apud ueteres Philoctera nomen non uno modo accipi: quandoque ex suprascripta etymologia, & auarum significet, & possessionum cupidum: quandoque uero ex Philectete Paerantis filij moribus, qui ad Troiam cum ceteris Graecis proficiscens, cum matris eius pedem inuasisset, ut est apud Philostratum, & Q. Calabrum li. 1. x. siue cum uenenata sagitta in eo percussus esset, ut alij tradiderunt, in Lemno subsedit, multaque interim mala Graecis imprecabatur, a quibus in ea insula derelictus fuerat. Hinc M. Cicero Trebatium nostrum Iurisconsultum, qui Caesarem in Britanniam euntem subsequutus non erat, sed excusatione quadam usus, Samarobrinæ substiterat, eleganter Philocteten uocat, Epistolarum familiarium lib. 7. quam lectionem ego magis probo, quam illorum qui Philotheoron legunt, spectaculorumque amatorem, uel peregrinationis studiosum interpretantur. Fuit autem frequens & hodie, & apud ueteres haec excusatio, cum quis aegritudinem simulat, ne peregrinetur, aut detrectandae militiae causa, quales Murcos Ammianus Marcel. appellat, & quales Claud. Gale- nus describit eo libello, cui titulum fecit, Quomodo morbum simulantes deprædandi possint. Sanè eadem ex fabula alibi Cicero Philocteten uocat eum qui plurima mala patriæ suæ, aut ciuibus imprecatur: etenim id ipsum faciebat ille. Ouidius Metamorph.

*Dure Philoctete licet exercere, meumque Deuocæ sine sine caput.*

Verba Ciceronis sunt ad Q. Fratrem lib. Epistol. 11. De Repub. nimium te laborare doleo, & meliorem ciuem esse, quam Philoctetam, qui accepta iniuria ea spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse uideo. Aufonius uero poeta Philocteten pro molli & effœminato accipit.

*Herculis heredi quam Lemnia suast egestas.*

Hoc enim nomine notatus est & a Martiale epigram. lib. 11.

*Mollis erat placidusque uiris Paerantius heros, Vulnera sic Paridis dicitur ulla Venus.*

Inde apud Iulianum lib. 1111. Epigram. in signum mollitiei appellatur comatus, ex ueteri graeco proverbio, quo dicebatur omnis comatus cinædus. Carmen Iuliani est:

*Ἄγρια μὲν νομίζουσαν ἔχει πρῖνα, δὲ δὲ ἰδὲ κόρησις*

*χαίτω πρῖνα λέως χρώμασι πῶα λέλω.*

Quem Aufonij locum uolui explicare, quod sciam haudquaquam uulgo solere à Grammaticis intelligi.

*Coniunctum sensu composito & singulari accipi: hincque uaria sôphismata induci: & quomodo substitutus coniuncto præferatur.* CAP. VII.

**T**itius & Seius hæredes sunt: si Titius & Seius hæredes non erunt, Caius hæres esto. Decepsit Titius, uel aliàs nequit esse hæres, quæritur, utri eius portio applicet. Bart. & alij frequentiore numero ad Seium pertinere aiunt, iure accrescendi, quia substitutio per coniunctam concepta est. At Ang. Imolafon contra, ut potior sit Caius iure substitutionis. sic enim ratiocinantur: Titio excluso falsum est Titium & Seium esse hæredes, ergo uerum est, Titium & Seium non esse hæredes: igitur euenit conditio, qua Caius substitutus uocatur. Hæret in salebra hinc Doctores, nec satis sciunt quomodo extricent, argumentumque id refellant. At ego ex probatissimis grammaticorum facile hunc nodum dissoluam. Dicunt illi, copulatiuam coniunctionem duobus modis accipi: quandoque sensu singulari, quandoque sensu composito. Singulariter accipitur cum dicimus, Cæsar & Pompeius fuerunt Consules: non enim simul fuerunt, sed diuersis temporibus, Cæsar cum Bibulo, Pompeius cum M. Crasso. Composito sensu accipitur si dixero, Duo & tres conficiunt quinque: nec enim alteruter illorum numerorum quinque conficit, sed ita demum, si coniuncti sint. Pro receptiore igitur sententia sic respondeo: Procederet suprascriptum argumentum, si coniunctam illam composito sensu acciperemus: sed id in casu nostro dici non potest: uerba enim institutionis, Titius & Seius hæredes sunt, singulariter intelliguntur, cum satis secundum testatoris mentem sit, si uel unus adeat, aliàs non nisi uterque simul adire possit. cum igitur copula in institutione compositum sensum non habeat, sequitur ut nec in substitutione, quæ in eius contrarium casum confertur, & ab ea interpretationem recipit. Alioquin si copula substitutionis sensu composito acciperetur, consequens esset, ut Titio excluso, nec Seius quidem ad propriam partem admitti posset, quia uerbis conditionis deficeretur: quod aduersus testatoris sententiam est, qui ius alteri hæredi quæsitum repudiatione alterius noluit imminui. Merito ergo tam primo, quam secundo gradu coniunctam, non sensu composito, sed singulari accipiemus, ut dualis, uel etiã pluralis numerus in singularem resoluatur: quæ omnia alibi diffusius à nobis tractata sunt. Dissoluntur autem ex hac grammaticorum T. Charisij, Thomæ Linacri, aliorumque distinctione, uaria sôphismata, quæ quotidie in scholis ab ociosis conformant: sat erit unum exempli causa referre. Reuerterat onustus regulis atque gryphis dialecticus à Lutetia domum, utque patri

b l. si heredi plur. res. de cond. in sit.

c l. si is qui CC. §. cum ita. in fin. de reb. du.

d l. filio pater. de leg. 1.

e l. pen. in fi. de iniust. rupt.

f d. l. si is qui CC. §. si ubi Bart.

g l. j. C. de imp. pub.

h d. §. cum ita. in fin.

i l. paterfam. de hered. instit.

k l. falsa. §. si. de cõd. & demõ.

patri suo artis experimentum daret, ne tanti temporis uaticum inutiliter effudisse ille conquereretur, allatis in prædium tribus ouis, Possum, inquit, o pater doctrina mea efficere, ut sint quinque. tum admiranti homini, & prodigiosum id scire desideranti, subiecit: cui tria oua sunt, eidem & duo esse certum est: annuit ille. tum rursus: Si tria habet, igitur & duo: quinque ergo habet. Nesciebat seniculus ille hanc compositi & singularis sensus distinctionem, sed à iudicio naturali aduersus hydram hanc auxilio mutuo, iniecit in tria quæ apposta erant manum, & Hæc ego fili, inquit, tria, quæ cerno, ipse sorbebo: alia duo, quæ ex arte tua comentus es, tu deinde habebis: sicque incoenam dialecticum cubitum misit, adiecto scommate, Tute intristi, tibi exedundum est.

*Quæ sint furta per lancem & licium, Aul. Gellius declaratus.* CAP. VIII.

**A**ulus Gellius Noctium Atticarum libro 21. cap. xviii. cum Decemuirorum leges de furto retulisset, subiecit: Ea quoque furta, quæ per lancem liciumque concepta essent, perinde ac si manifesta forent uindicauerunt. & rursus: Furta concepti, itemque oblata, tripli poena est. Sed quod sit oblatum, quod conceptum, & plerumque alia ad eam rem ex egregijs ueterum moribus accepta qui legere uolet, Masurij Sabini inueniet librum, cui titulus de fur- tis. Sæpenumero rogatus sum, cum is Sabini liber non extet, quid super hac re sentiam ut ipse declararem: quod ego partim ex autoribus quibusdam quasi fragmentis, partim ex coiectura assequutus sum, libens docebo: hac lege, ut studiosi si quid melius ipsi inuenerint, in communem utilitatem, arbitratu quidem suo conferant, traditiones autem nostras non ideo insectentur. Satis constat Cæsij Iurisconsulti autoritate lib. Institutionum 11. Conceptum furtum dici, cum apud aliquem alterum res furata inuenitur: Oblatum uero, cum res furtiua alicui à fure ita datur, ut apud ipsum furem inueniri non possit: quod & sententiarum lib. 11. Paulus tradidit: ubi, Concepti, inquit, actione is tenetur, apud quem furtum quæsitum, & inuentum est: Oblati, qui rem furtiuam alij obtulit, ne apud se inueniretur. Quod diffusius relatum, explicitumque à Iustiniano hodie legitur: ubi subiecit, has actiones in desuetudinem ab- isse, quia requisitio hodie secundum ueterem obseruationem non fit, id est, ut inquit Theophilus, inductis testibus qui inspicere. Arbitror autem confuisse eos in alienas domos perquisitum ingredi in primis licio cinctos: quoniam ut Tullius Tiro autor est, qui magistratibus pop. Rom. apparebant, licio transuerso cingere se solebant: unde & Lictores dicti. quod & Gellius lib. 21. cap. 111. tradit. Ut igitur se iure publico, & tanquam magistratibus obsequentes, non autem propria autoritate alienas domos ingredi ostenderet, liciu accingebant. Idem & lancem secum ferebant, quæ oculis obijcerent, ne qua ex parte matremfa-

a Instit. de obli. quæ ex del.

miliam mulieresue conspicari possent. hincque tracta uidetur appellatio, per lancem & licium rem perquirendi.

*Cur ex uoto in filijs famil. non oriatur obligatio, & oblatione uotorum, in quibus auro obryzo.* CAP. IX.

**I**nter Votum & Pollicitationem hoc interesse constat, quod Pollicitatio republicæ uel priuato alicui fit: Votum uero principi, uel Deo ex causa principis: puta propter salutem principis, uel imperij, aut ob fortunam Cæsaris, & si qui casus similes. Traditum est autem, quamuis filius familiam ex omnibus causis obligetur, ex uoto tamen absque patris consensu non obligari. Sed quæ est ratio? & alij aliter cominiscuntur. Ego, quia uotum non secundum ius gentium habet executionem, sed secundum ius publicum, quod in sacris consistit, & sacerdotibus: filium autem pro integra persona non habent sacerdotes, cum ipse sacra non habeat, sed in paternis sacris sit: An quia ut Dion lib. 111. scribit, constituerat Augustus, ne quisquam pro salute sua, Imperij uel publica fortuna quicquam uouere posset, quod supra facultates suas esset: at filij famil. nullas habent facultates, cum patri suo omnia eo iure acquirant, merito absque parentum autoritate uouere eis non licet. Fiebant autem uota decennialia pro salute principis, quæ singulis decem annis innouabantur, ut idem Dion tradit, & nos alibi docuimus, coepere etiam quinquenalia uota peragere, quo tempore & ludos honoratissimos celebrabant, quæ in honorem Iulij Cæsaris primum instituta fuisse lib. 11. scribit Dion. Idem lib. LVIII. autor est, oblationes argenti quas Augustus & Tib. instituerant, à Claudio sublatas fuisse. Extat lib. Cod. 21. rubr. de oblatione uotorum, ubi Imper. Aug. Constantin. Quando uoris, inquit, communibus, felix annus aperitur, in una libra auri & solidis obryzatis principibus offerendi deuotionem animo libenti suscipimus. appellat solidos obryzatos ex auro purissimo, & quod multa excoctione ad summam puritatem peruenit: id enim, ut Plin. lib. 22. cap. 111. ait, obryzum, uocant, nempe ut diuus Hieronymus tradidit, quasi Ophirium, ab Ophir insula Aethiopiæ, unde purissimum aduehebatur, cuius regina Saba proditur in sacris uoluminibus. Aliqui autores Graeci, ut Eupolemus, Vrphen uocant. etenim constat Hebraea Aegyptiacque uocabula non sat recte à Graecis pronunciarum confuisse: nam & Latini pro Obryzo, Obrussum dixere, ut Ann. Seneca Epistola 2111. per mutationem y in u, & z in duo ss, quod Latinis frequens est. Hæc, inquit ille, est eius obrussa, id est, summa bonitas, ut ego interpretor. unde & proverbium, Ad obrussum, id est, ad summum perfectionis: quo etiam Politianum quandoque usum uideo. Cicero in Bruto: Expurgandus est sermo, & adhibenda ad obrussum ratio quæ mutari non potest, Scribit Agathias, tempore

b l. j. §. uoto. de pollicit.

c l. j. in prin. de iust. & iur. d l. filie. ij. C. de collat.

e l. j. C. de obl. uoto. lib. xij.

a l. j. et fi. C. de  
uct. num. pot.  
lib. xi.

suo soli Imperatori Romano ius fuisse, faciē suam aureo numo, seu obryzato insculpere, cum alij barbarorū reges id in argento duntaxat facerent.

*Quo tempore ceperūt Consules nō esse annui: et qui essent maiores, qui minores. CAP. X.*

b l. item ueniūt.  
§. pridie. de pot.  
tit. hered.

CVm constet, eiectis regibus constitutos fuisse à populo Ro. duos Consules, qui singulis annis suffragijs plebis creati sunt, donec Tiberius Imperator eligendi ius ad senatum transfudit: admirantur nostri Doctores, cur in Senatusconsulto ad petitionē hereditatis pertinente, quatuor Consulium nomina legantur: Pridie Idus Martias Q. Iul. Balbus, & P. Iubentius Celsus, T. Aufidius, & Arrius Seuerianus, Consules uerba fecerunt de ijs, quæ Imp. Cæsar Traiani Parthici filius, diui Neruæ nepos, Hadrianus Augustus Imp. maximusq; princeps, quinto Nonis Martijs, quæ proximæ fuerūt, libello complexus est, quid fieri placeat, deq; ea re ita censuerunt &c. Sed hanc ego dubitationem ex Cocceij Dionis Aproniani filij historiarū libris submouebo, qui græcè quidē, sed in hunc sensum scripsit libro XLIII. Decreuerat, inquit, senatus ut C. Cæsar, quāuis absens, Consul solus per decenniū esset: quæ magistratum ipse priusquam urbem ingrederetur suscepit quidem, sed diutius non gessit, uerū Q. Fabio, & C. Trebonio cōmendauit: cumq; contigisset ut Fabius ultimo cōsulatus sui die facto defungeretur, confestim ei in reliquū diei C. Cannium subrogauit: quod haudquaquā more maiorū factū fuit: in primis, ut quisquā mandatū sibi cōsulatum ante tempus eiuraret, & priusquā anni finis adesset, uiuens ualensq; nec ullius criminis reus, honori suo renunciarer, ut alteri locum daret: deinde quod eodem die designaretur quis, admittereturq; ad Cōsulatū, eoq; defungeretur. In quā rem iocatus eleganter est Cicero: Cannius, inquit, ea animi fortitudine & diligentia munus suum administrauit, ut dum Cōsul esset, nec momento quidem temporis unquā dormierit. Sanè ab eo tempore pauci creati sunt Consules, qui totum annū in magistratu fuerint: sed ut fors ferebat, alij pauciores menses, alij dies duntaxat eum gerebāt. Nam nec hodie quidem ultra duorum mensium tempus raro ab iisdem administrat: soli q; qui Calen. iplis Ianuarijs cōsulatū auspicant, actui rerum dant nomen, ut scilicet ab eis fiat annorum computatio. Cæteri uerò qui subsequuntur, nihil à prioribus differunt. hæc ille. Sed & lib. XLVIII. Hodie, inquit, non eliguntur Consules per integrū annum: sed primi dant cōsulatū eius anni nomen, soli q; per omnē Italiam celebrantur: alij uerò qui subsequuntur, ignoti ferè sunt, ideoq; appellantur à quibusdam Consules minores. Idem lib. XLVI. Qui Consularib. ornamentis honoratus est, inter uiros Consulares in senatu sententiam dicere potest; & si contingat eum Consulem

fieri, non tamen primū fuisse Consul existimatur, sed Consul secundū dicitur: sicq; obseruatum semper fuit, quod & tempestate mea fecisse Seuerum Imperatorem uidi, qui cum Plautiano Consularia ornamenta concessisset, deindeq; ad eum senatum transfulisset, & Consulem designasset, Plautianus, inquit, Consul secundū. His igitur Dionis uerbis intelligi ratio potest, cur quatuor Consulium nomina eo in Senatusconsulto adscripta sint, Balbi scilicet, & Celsi, qui Calend. Ianuarijs Consulatum suum bimestrem inierāt, & quorum nomine annus inscribatur: Aufidij uerò & Seueriani, qui minores Consules erant, & Calendis Martijs Consulatum inierant. Hincq; mirū nō est, quod in Aurelij Cassiodori factis, itemq; in Theonis ad Ptolomei canones interpretationibus, quo loco Consulium nomina annuatim describuntur, posteriorum nulla est mentio. Illud magis mirum, quod nec Iubentij Celsi Consulatus cum Q. Iul. Balbo gestus ibi apparet: sed cum Marcelino, qui fuit P. S. id est, publicæ salutis, seu à Christo nato cxxxxi.

*Catalogum Consulium à Cassiodoro editum,*

*et ab Haloandro adhuc emendatum, nō tamen prorsus certum esse, aliquot exemplis ostenditur.*

CAP. XI.

CVm monet, ut de eorū catalogo aliqua quoque hic disserā. Cum in Iustiniani codice adscriptæ sint Cæsarum constitutiones, non tantum iuxta ordinem, quo quisq; eorum ad Imperatorium fastigium adsumptus est, sed etiā secundum tempora, quibus unaquæq; earū ab ipso Imperatore sancita est: existimauit G. Haloander necessariam esse iuris studioso cognitionem catalogi omnium Consulū, qui ad Iustiniani usq; tempora designati fuerunt: acceptoq; in manus Aurelij Cassiodori huius argumenti libro, paucis immutatis, eum edidit. Verū ut quid ego sentiam, liberè, & citra fraudem dicam, non arbitror Haloandrum ipsum, neq; Cassiodorū, neq; præterea quem alium fastos ipsos ita ad unguem posse componere, ut nusquam fallatur: ea fuit in ueteri republica annalium confusio, ea deinde post Imperatores creati ceptos, cum pleriq; minores Consules pro primis ponerentur, & ex uno anno duos facerēt, alij aliter deciperentur. Libet huius rei aliqua exempla referre. Et in primis constat xv. Imperij Tiberij anno CHRISTVM ΣΩΤΗΡΑ nostrum fixum cruci fuisse: quod & Tertull. tradit, & chronographi omnes scripsere: id fuit anno urbis DCCCLXXXI. Illud quoq; certum est, eum tunc natum fuisse, cum à Quirino census Iudaicus actus est. Cæteriū Actiacam uictoriam Cæsare III. & Messala Consulibus, altera Septembris die obtentam fuisse, Dion est autor, & ex Cornelio quoq; Tacito colligi potest, qui fuit annus urbis conditæ DCC, xxxiiii. At Iosephus lib. xviii. cap. v. autor est

tor est census Iudaicū à Quirino actū anno xxxvii. ab Actiaca uictoria, qui est annus urbis DCCCLX. quo calculo sequeretur, ut Christus annorum xxi. pependerit: quod falsissimū esse nemo opinor dubitat. Diximus de Deo, dicamus de homine. P. Vergilius Maro, Donato autore, natus est Cn. Pōpeio Magno i. & M. Licinio Crasso Consulibus, qui annus urbis conditæ est DCCCLXX. Idem ait periisse eum Cn. Plautio, Q. Lucretio coss. qui Consulatus in catalogo nō reperitur: sed aiunt hunc fuisse annum, quo Christus ipse deinde est natus: & tamen Val. Probus autor est, nō ultra LI. annū peregrisse: ut satis appareat, primo exemplo lapsum annorū decem intercessisse, in hoc uerò etiam plurimum. Sunt tamen qui C. Sentij & Sp. Lucretij Cōsulatu periisse censeant, ut Eusebius: quæ sententia magis supra scriptæ grammaticorū computationi quadrat. Adde aliud: Anno urbis conditæ M. CXXXII. Haloander Ausonij poetæ Consulatum describit: at qui ipse Ausonius stat contrā:

*Mille annos centumq; et bis fluxisse nouenos,  
Consulis Ausonij nomen adusq; leges.*

Iterū anno urbis conditæ M. CXXVII. Consulatum à Iouiniano & Varroniano initū ostendit: & tamen Eutropius nō minoris autoritatis historicus, septem annos huic cōputationi admittit. Rursus fides annū urbis conditæ DCCCCXI. Gordiani & Auiolæ Cōsulatū collocat, cū tamē Censorini cap. xviii. autoritate ostēdi possit, ei anno Vlpianū, Pōtianiūq; Cōsules nomen dedisse. Sed & anno Christi D. CXXXVIII. Olybriū V. C. & solū Cōsulē fuisse idem scribit: & tamen in Ioannis Papæ Epistola, quæ Iustiniani Codici inserta est, inscriptus legitur titulus Maximo & Olybrio III. Consulibus: ut ijs exemplis, alijsq; (quæ studiosi, quibus curæ hæc fuerint, fortè inuenient) satis appareat, haudquaquam omnino certam esse harum rerum notitiam, neque ab hisce chronographis omnia ad obrussam exigenda esse: laudandi tamē sunt, quod quantū in eis fuit, publicæ utilitati & ipsi cōsuluerūt.

*Vnde Guelphorum Gibellinorumq; factiones originem habuerint, non approbata Bartoli sententia. CAP. XII.*

EDidit Bartolus noster tractatū de Guelphis & Gibellinis: utq; aliquid ex historijs tenere uideretur, eorum originem altius repetit, & à Federici Aenobarbi Imp. familiæ nomine prouenisse Gibellinos attestat: qui uerò Alexandro III. Pontifici consentiebāt, Aenobarbiq; hostes erant, dictos Guelphos esse tradit. nominū uerò eam fuisse rationem, quod Gibellini uirium fiducia, Guelphi fide ducti ad arma deuenissent: etenim Hebræorum idioma Gelphi interpretat os loquēs, quod, inquit ille, ad zelatores fidei pertinet: Gebellus uerò mons, locus fortitudinis, primo Regum cap. ultimo. Sed hac in re haudquaquam multum me Bart. autoritas aut ra-

tio mouet, cum mihi uerissimile non fiat, accēpisse Italiam huiusmodi nomina ab Hebræis, quæ quidem constat esse Germanica. Solent autem omnes populi de idiomate potius suo uerba accipere, q̄ de alieno mutuari: quō fit, ut sæpe depranderim plerosq; errasse ueterum, qui barbaris nominibus latinam etymologiam adscribere conati sunt. Exempli causa: Germanos, inquit aliqui, sic appellatos, quod fratres Gallorum uiderentur: Alemanos, à lacu Lemano: Longobardos, quod longas barbas haberent: Viterbios, à uita inermium: & si qua similia: cum uerius sit, hæc omnia ex Celtico sermone deducta esse. Germanos, quod se mutuò integros probosq; homines uocarēt, id enim ea uox significat, unde & Charolorum appellatio: Alemanos, quod colluuius esset, & gens collectitia, ut ex Asinij Quadrati historia Agathius lib. i. refert: Longobardos, quod eiusdem regionis strenui uiri essent: Lang enim patriā aut terram uocant, uuart uerò fortitudinis est nomen. Viterbum, ab amplitudine struaturæ, quæ ut ex regis Desiderij epistola colligitur, ab eo ædificata est, cum tria oppida, Longulam, Vetuloniā, Voltornā, uno muro cincta, urbemq; Germanica uoce Viterbū dixit: quod & beatus Rhenanus rectè tradidit. Sic igitur existimandum & de ijs factionum nominibus esse, quæ primū ex Germania ad nos uenerunt. Igitur Otho Frisingensis Episcopus, qui Aenobarbi ipsius res gestas descripsit, eiusq; patruus fuit, historiæ quam de eo scripsit lib. II. autor est, defuncto Corrado, III. Nonis Maij, anno P. S. M. CLII. habita fuisse Francofordiæ de Imperio comitia, cum eō omnes transalpini proceres, & plerique etiam Italiæ primates conuenissent, Federicumq; cui à rubra barba cognomen, ad Augustale fastigium fuisse prouectū: quoniam cum duæ essent in orbe Rom. familiæ, quæ diutius de dignitate certant, una Henricorum ex Gubelinga, alia Guelphorum ex Altdorphio, & ex hac magni duces, ex illa etiam Cæsares prouenissent, propterq; emulationem reipub. quietem sapiens turbassent: uisum electoribus fuit, ut seditiones illæ extinguerentur, Federicū ad id dignitatis promouere, quod utranq; familiam ipse attingeret, cum eius pater ex Gubelingis esset, mater uerò ex Guelphis, Henrici scilicet Noricorū Ducis filia. hæc ille. Potuerunt quidem Germani rebus suis pacisq; studijs hac electione consulere: Italarū quidem animos tali contagione infectos acrius exarsisse constat, suborta inter ipsum Aenobarbū & Alexandrum Pontificem simulate, quæ deinde in apertum bellum prorupit: quia Pontifex quibusdam literis ad Cæsarem scripserat, se nō solum coronam Regiam, sed quodcunq; aliud præterea beneficium libentissimo animo ei collaturum. Interpretatusq; est Federicus Beneficium, ex uulgari & barbara significatione pro Feudo: tanquā Pontifex se pa-



tronum, Imperatorem uerò clientem nuncupasset: ea fuit in ipso, comitatuq; ipsius doctrina, quæ tot scilicet ciuitatum excidiis luere-

De insignibus et armis, aliter quàm à Bartolo traditum: itemq; de Velis regijs. CAP. XIII.

Alium tractatum idem Bar. composuit, quem de insignibus & armis inscripsit: in quo plerâq; disputat ad hoc argumentum pertinentia: aduersus quem extat Laurentij Vallæ accusatorius liber, de quo necesse nunc non habeo ferre iudicium, ne forte crabrones excitem, & uel Iurisperitos, uel Grammaticos irriterem, atq; offendam. Illud solum adducam, neutrum ipsorum habere quod ex ueteribus autoribus hac de re in medium adducatur. Nec enim arbitror insignium horum usum apud eos fuisse, sed ex militia primū ea inualuisse, deinde à priuatis quoq; passim accepta, tanquam nobilitatis antiquitatisq; familiaræ testimoniū. Etenim Aquila, quam Romani milites in militia habebant, non clypeo inserta depictæ fuit, sed potius fusilis. Dion lib. XL. Ἰδὲ δὲ νεῖστος μικρὸς καὶ ἂν αὐτῷ αἰετὸς ἦεν ὄντις ἡνὶ δὲ πᾶσι τοῖς ἡνὶ τῷ καὶ τὰ λόγῳ ἔστατο πῆδῳ, καὶ αὐτὸν εἰς αὐτὸν ἔβη δὲ τῶν μακρῶν δὲ ὄντι ἦν ἑρῶνα ἀπὸ γυμνάσιον, ὡς τὸ καὶ δὲ τὸ δὲ πᾶσι καὶ τὰ πῶν ἡνὶ φέρει. Ferculum, inquit, seu sacrarium est modicum, in quo aquila aurea collocatur, & in omni iusto exercitu ab aquilifero hastæ longæ præfixa defertur: quæ quò facilius humi impingi possit, in acutam cuspidem definit. Idemq; arbitror de Draconibus, unde & Draconarij dicti, quòd Dracones signa militaria equitū ferrent: quod Vegetius & Modestus tradunt. Claud. in VII. Conf. Honorij:

—Quid fissa Draconum Ora uelint, uentis fluitent, an uera minentur Sibila, suspensum rapturi faucibus hostem.

Argenteo capite fuisse innuit Suidas dictio- ne iudbi. Habebant & Vexillationes singulæ sua signa, & Legiones, & Auxilia Palatina, ut in breuiario Theodosij Iunioris cernere est. Herculanij & Iouiani Aquilam flauam, Neruij rotam, Braccati glandem & circum duas auiculas, Cornuti duo inflexa cornua rubra, Tertiodecimani leporem caruleum, alijq; alia signa, quæ referre non attinet: ea δὲ γυμναστῶν uocari scribit Vegetius lib. II. quæ deinde militia missi retinebant. Procopius lib. I. belli Gothici autor est, milites Romanos, qui in Galliæ limitibus, aduersus barbaros constituti erant, capta à Gothis Italia cum barbaris cōuenisse, seq; illis coniunxisse, dignitatis loco, quæ prius habebat, insignibusq; saluis: quæ ad sua usque tempore ab eorum posteris conseruata idem refert. Habebant & ciuitates signa sua, quibus originem, aut cultum testarentur. Hinc in nominatis Atheniensium plerumque uidimus noctuas: sic Claudianus

de Mediolano:

—Ad moenia Gallis Conditæ, lanigerae suis ostentantia pellem.

Erant & Vela regia, id est, insignia Cæsaris, quæ domibus & prædijs principis imponebantur: quod si quis rei priuatæ imponere ausus fuisset, graues dabat pœnas. In Epistolis Calsiodori lib. IIII. apparet, solita huiusmodi signa & titulos ijs domibus inscribi, quas princeps ex possessorū delicto ad fiscum suū traherat. Sed an artifex possit alij eiusdem artis prohibere, ne suo signo utatur? Et Bar. posse censuit, at alij negant: permittendū enim unius cuiq; rei suæ quam uelit notam imponere: idq; uerius, dum citra aduersarij fraudem id fiat. Sed an si res facta appareat præsumamus ab eo factā, cuius nomē uel insignia gerit? Eriputo præsumi. Sed an ex hisce insignibus, quæ lapide insculpta sunt, argumentum ad ius pertinet ecclesiæ, idq; genus similia, dici possit? Respondeo, supra responsum est.

De literæ z, uaria pronuntiatione: de Zannis populis, & quid sint masseres, Cæsaris & Tranquilij locus emendatus. CAP. XIII.

NOuella constitutione, quam primū Iustinianus edidit, de hæred. & falc. Hinc, inquit, Carthaginenses pristina nobis libertatem acceptam referant, Tzanicq; nunc primū in ditionem Romani nominis redacti, inter subditos perseuerent. Sic enim legendū esse Vigilus noster iam diu annotauit, ut græcè non ἄλγυσι, sed Tzanilegatur, cui sententiæ ut accedā idem Iustinianus constit. XXVIII. impellit, qui de moderatore Helenoponti loquens, Hanc, inquit, deinde Tzanorū regio excipit, sub nostro nunc primū imperio Romanorum ditioni adiuncta &c. Sunt autem hi populi, quos ueteres Sannos uocabant, ut est apud Strabonem lib. XII. & Eustathium Dionysij interpretem, qui Sannos uocatos existimat, quos prius & Macrones dicebant: idq; & Stephanus tradit. quomodo autem Iustinianus eos primū per Sittan, deinde Theodorum uicerit, & ut in formam prouinciæ eorum regionem reduxerit, relatum extat apud Agathium lib. V. Indeq; apparet, eosdem populos esse Sannos, & Zannos, sed scriptura tantū differre, sicut zethus, sethus: Smyrna, zmyrna: smaragdus, zmaragdus: Lesbos, Lezbos, & similia. cum enim Græci suum lenius, & non adedò presis dentibus pronuntiant, ut barbari faciunt, ad eum sonum exprimendum τω addunt. Triplex enim uidetur eius elementi pronuntiation: una lenior, quæ Græci utunt, & magna similitudine cum S nostro censetur: unde apud eos uim duplicis non habet, ut cum Homerus & Vergilius dixerunt, Nemorosa Zacynthos: & cum Prudentius in Hamartigenia, Gens Pherezea sagittis, & Iuuenius, Et gaza distabat rerum possessio fulgens. sicq; eam hodie Galli proferunt, & Martiani Capellæ tempore factitari solitum, ipse satis ostendit. Alia plenior, qua

a l.ij. C. ut nem. prin. tit.

b l. quero. de iur. re patr. l. si. de obseq. ubi Al. b. eric.

l. abst. C. de uiril. do. au. l. lib. xi.

omnino. C. de re. d.

qua Latini utunt, apud quos duplicis is, uim habet, & in eam literam cōuertitur: ut patriso, solocisso, massa, obysa, & similia. Idcirco ab App. Claudio damnata, quòd dentes mortui dum exprimitur, imitetur, eam Græci in id, more Dorico dissoluunt. quadoq; & in di, ut cum dicunt diæta, diacynthos, & αβήμα. Tertia etiam magis stridens, quæ barbaris est peculiaris, & quam solent recentiores Græci adiecto τω, scribere, ut in hac τωίνου, ut in nomine celeberrimi apud Græcos Grammatici Ioannis τζετζε, qui in Hesiodū & Lycophronem scripsit cōmentarios. item in hac uoce, σφορτίζα, quo nomine Mediolani ducem Cōstantinopolitanus Imp. cum obsideret à Turcis, datis ad eum literis appellauit. Sic & Nicandri in Alexipharmacis interpres medicū malū nostra uoce appellat νεράντζου, sic Theophilus in Instit. plerumque latinæ uoces scribit, ἰσοκαρτίζονες, ἀβιτατζίω, σπεσιττοτζίω, & similes. Hodie uulgaris Italica lingua duplici zz utitur, sicq; distinguit panem mazam, à claua. at in dictionibus quæ à z incipiunt id fieri nequit: nec hac ratione Bononienses Ioannæ ancillæ nomē ab ore apri discernēt: ut merito aptiorem existimem illius τ adiectionē, quàm elementi z iterationē. Sed hæc nos hominibus ociosis Aethiopem subinde lauanti- bus, id est, uulgaris linguæ grāmaticis diffusis disputanda relinquamus. Caterum quæ Galli per z proferebant, Græci plerumq; per d scribebant, cuius rei exemplū est in mazaribus, quarū Cæsar cōmentario primo meminit: Mazares, inquit, & tragulas subiiciebāt, & nostros uulnerabant. At Hesychius autor est Madares Celtis esse latiores hastas carnium: sicq; interpretandū eum locum arbitror, potius quàm ut de Mazacis Persico telo intelligamus, cuius idē Hesychius meminit. Apud Tranquill. in Caligula leget fortè aliquis ad primū tumultū Lecticarij cum masseribus. &c. quamuis uulgò asseribus scribi soleat, defendiq; ea lectio possit. Sisenna uno atq; altero loco Materes uidetur appellasse Gallicum telum non ablimile lanceæ.

Principium quandoq; pro fine poni, emptorem pro uenditore, locatorem pro conductore, creditum pro debito: & l. ij. de præscr. uerb. declarata. CAP. XV.

NON paucas res quadoq; reperimus uel diuersas, uel prorsus contrarias, quæ tamen eadem significantur uoce: sic Grammatici Obesum dicunt & macrum, & pinguem: sic Supremum, & qui primus est, & qui ultimus: sic Coelum profundum dicunt, & e contrario Iul. Cæsar. uallem altam: sic apud Aristotelem ἀρχή una significatione & principium significat & finem: quòd enim unaquæq; res certi finis causa fiat, quoniā cuiuslibet actus substantia finem, tanq; causam respicit, idcirco ea causa principium quoq; dicitur: qd IIII. ἢ μετὰ τὰ φυσικά ille prosequit. Sic initia nos sacra appellamus, quòd in primis uenerandi sint Dei: unde & initiati: & tamen Græci à fi-

ne τὰ φυσικά magis appellant. Sed huiusmodi nos alijs diffusius tractanda relinquamus, tria q; non ab similia Iuriconsultorū uerba explicemus, quæ propter mutuum respectum quandoq; indifferenter ponunt. Et in primis quandoq; reperimus uocem hanc Creditum ea significatione accipi, ut debitū significet: non enim res alicui debita esse potest, quin alteri sit credita. Iulianus: Si pecuniā numeratam tibi traditā donandi gratia, tu quasi creditam accipias, cōstat proprietatē ad te transire. intelligunt interpretes quasi creditam, id est, debitam tibi ex præcedenti aliqua obligatione, quo exemplo & Marcus Cicero oratione aduersus L. Pisonem: Nonne, inquit, cum c. C. talenta tibi Apolloniata dedissent, ne pecunias creditas soluerent, ultrò creditorem debitoribus addixisti? Sed hæc interpretatio facilem habet expositionē, cum ex sub- auditione defendi possit. an scilicet sibi creditas dicamus, an à se. Difficilior est nodus in emptione & uenditione: constat enim aliam uocem pro alia poni: ut cum lex actionem ex uendito dari ait, quæ ex empto sit: & licet non adeò id frequenter fiat, ut Accurs. ait, tamen satis cōstat quandoq; fieri: nam & Caius, Veteres, inquit, emptionū uenditionumq; appellationibus promiscuè utuntur. Videtur autem id non alia ratione induci, quàm ex relationis natura, quæ ubi est emptor, ibi & uenditorem esse necessariò infert: quapropter si contractum ipsum uerba respiciant, hæc interpretatio rectè assumit: si ad personas, non rectè. alia enim est emētis, alia uendentis persona: hic rem, ille dat precium: distat autem res ipsa à precio: quòd fit, ut antiquissimis temporibus, quibus ab emptione permutatio non distinguebatur, etiā ad personas promiscuè possent rectè hæc uoces referri. Idem & in Locatore Conductoreq; dici potest: licet enim uulgò dicamus eum, qui precium dat, Conductorem: qui uerò rem, uel operam, Locatorem esse: tamen quandoq; uice uersa obseruari has uoces uidemus: quod Laur. Valla libro I. Elegantiarū ostendit, & ante eum Accurs. noster. Hinc domini mercium merces uehendas locare dicunt, cum tamen ipsi precium dent: & magister nauis conducit uehenda mancipia, cum tamē precium ipse recipiat. sicalibi quis conducit seruū docendum, alibi uitulos pascedos, & similia. Vnde & Labeo de magistro nauis longuq; idem iuris, inquit si quis conduxisset. & mox: In quem ducendas eas merces locasset. quibus uerbis ostenditur, qui prius conductor uocatus erat, locatorem rursus dici. Possent & alijs ex autoribus alia exempla adduci. passim enim occurrunt, sed hæc sufficere uidentur. Putauerim autem, quoties rei dominus, uel qui pro domino est, alicui rem suam tradit, locatorem dici posse: quòd maximè uerum est, cum ipse pecuniam pro traditione & uenditione accipit. quòd si ipse det, idem quoque dici potest, cum datur, ut aliquid in ea impendatur,

lib. s. iud.

a l. cum in corp. de acqui. rer. dom.

b Doct. l. si ego. si cert. pet.

c l. ex cōuentio- ne. in fin. C. de pact. l. j. C. j. ser. ext. d l. ueteres. de act. empt.

e l. j. §. si quis seruū. depos.

f l. ij. ad l. Rho.

g l. fin. in prin. cod. tit.

h d. l. fin.

i d. l. j. §. si quis seruū. secun- do responso.

a d. l. j. §. si quis seruum. primo respons. b d. l. j. de prescript. verb.

c §. j. Instit. ma dat.

d Bald. c. immo. tu. de elect.

ueluti ut merces uehantur, ut seruus erudiat: Locator enim uehendarū mercium, Locator serui erudiendi recte dici poterit. Is uero, cui sit, traditio, si ei pecuniæ dentur, cōductor quidem ipsius serui erit, licet operarū locator idem dici possit: unde si in operis delinquit, ex cōducto cōuenietur: si extra operas, ex locato. Hincq; inferitur, aliter declarandā Papiniani legem, quæ in tractatu de prescriptis uerbis prima est, quàm cæteri, & in primis Iason fecerit: ibi enim Iuriconsultus in casibus incertis agendum prescriptis uerbis esse docens, hoc exēplo utitur: Domino mercium in magistrum nauis, si sit incertū utrum nauem conduxerit, an merces uehendas locauerit, ciuilem actionem in factum dandam esse Labeo scripsit. Dubium autem in hoc casu erat, nunquid magister nauis esset locator nauis, an uero conductor mercium: & ideo, an ex conducto, an ex locato conueniri deberet. Cæterū quod subiicit aliud exemplū, adhuc dubitabilis est: Item si quis, inquit ille, precij explorandi gratia rem tradat, neq; depositū, neq; cōmodatū erit: sed nō exhibita fide, in factum ciuilem subiicitur actio. Atqui, inquit Iason, hoc casu agi mandati debet: nihil enim obstat cur mandati agi non debeat: & qui mercedē interuenisse aiunt, planē somniant. Respondeo: Mandatum solo consensu contrahitur, hinc autem cum res tradita sit, nō consensus, sed re uidetur contractum. cum ergo depositum cōmodatumq; re contrahatur, & hic neq; depositum, neq; cōmodatum sit, sequitur ut in dubio cōtractum innominatū potius præsumamus, quàm mandatum.

Baronis nomen an Latinum sit, & quo sensu accipiatur. CAP. XVI.

Baronis uulgare nomen apud Iuriconsultos recentiores in usu est, pro generoso, insigniq; homine: quem ita definiuit Baldus, ut Baro sit quisquis merū mistumq; imperium in aliquo castro concessione principis habet: dictos autem exemplo græci sermonis à grauitate existimant. At ex Grammaticis nostris aliqui etiam insigniter docti Baronis nomen apud Ciceronē quoq; legi contendunt, & pro homine stolido atque inepto accipi. Sic Antipho somniorum interpret libro de Diuinat. II. Baro dicitur. Sic II. de Finibus: Hæc cum loqueris, nos Barones stupemus, tu tecum ipse rides. Sic lib. familiarium IX. epist. ult. Ille Baro te putabat quaesiturum, num unum cœlum esset. Sic & ad Atticum lib. Epist. v. Apud Patronē, & reliquos Barones, te in maxima gratia posui: & hercle merito tuo feci. Sed certē si uox hæc Latina esset, iuste admiraremur, cur nō & in alijs autoribus reperiretur: unde cum tot errata uitiō bibliopolarū in Ciceronis operibus sint, non facile est singulari cuiquam testi de incolumitate lectionis credendum. Constituentum est, inquit Theophrastus, secundum ea quæ frequentius accidunt, non quæ ex uari-

λογον. nam et si ponamus suprascriptis in locis ita scripsisse Ciceronem, non ubique quadrat ea interpretatio, ut hominem stolidum significet, præsertimq; in epistola ad Atticū, qui solus locus aliquantō certior, & adhuc incontaminatus superest: atqui ibi pro philosophi sectatoribus & studiosis accipi uidentur. Ego Βηρώνας, id est, Verones, seu imitatione Dorica Barones, accepi populos Hispaniæ esse, sic à fluuio, cuius Martialis quoque meminit, dictos: qui (ut nunc Germani) solebant principibus apparere, & excubias facere: quos & uerisimile est eligi solitos prægrandi corpore, quāuis mente stolidi essent, quod huius militiæ proprium est. Cæsar III. cōmentario belli ciuilem: Calsius semper Verones, compluresq; euocatos cum telis habere cōsueuerat, à quibus cæteri intercluduntur, qui ad eandem faciendam subsequerentur. Tales opinor Plutarchus in C. Marij uita Βαρδίας uocat, quos ipse diffinit δρυφώρες ἐκ τῆς προπεφυγυγνώται δ' ἄλλω, id est, prætorianos & apparitores ex seruis qui ad eum cōfugerat: horum uestimentum Bardiacus dicitur Martialis: Lasi Bardiacus quod euocati. & hinc Bardiacus iudex Iuuenali. Igitur Cicero Patronis philosophi Barones, uocat eius sectatores, quod instar apparitorū illi semper adessent. Alijs uero in locis, si recte ibi ea uox legitur, pro fatuis & stolidis accipit, metaphora ab eorum moribus ducta. reperi & quandoque hanc uocem pro cognomine in antiquis spectationibus, qualis una est Brebiq; ad lacum Verbanum:

D. M. L. COELI L. F. OVF. BARONIS. VI VIR. PONTIFICI. III VIR. AP. CVRATORI SALT. TIBRONANI ITEM TEMPLI MINERVAE ET ALBVCIAE VIRILLIONIS. F. VXORI EIVS. COELII. IUVENAL. ET SEVERVS PARENTIB. OPTIM.

Fideiussorem, qui in maiorem summam accedit, saltem in ueram teneri, aduersus Bartolum: & ueram nō esse dialecticorū differentiam, an negatio uerbum præcedat, an subsequatur: & quæ ad hanc rem ex Hermogene. CAP. XVII.

Receptissimum iuris autoritate est, non posse fideiussorem in duriorē causam obligari, quàm principalis ipse teneat: ideoq; talem fideiussionem si aduersus supra scripta factum sit, esse nullam. Sed dubium est, an saltem eatenus sit efficax, quatenus principalis tenebatur. & Bartolus credidit omnino nullam, quia forma legis neglecta sit. Si igitur cum Titio deberem centum, tu pro me apud eum in ducenta fideiusseris, nec ad ea quidem centum, quæ uerē debebam, eris obligatus: quia l. placuit. eos inquit omnino nō obligari. cum enim signo uniuersali postposita sit negatio, apparet radicitus actum esse nullum: sicq; non pauci ex nostratibus, tradide-

e l. fideiussor obligari. §. j. de fideiuss.

f l. græc. §. d. lud. de fideiuss.

a l. rogatus. man dat. l. si ultra. c. de fideiuss. l. ita tamē. §. p. e. iud. sol.

b l. si seruus. §. si pluriū. si quis caut.

c l. j. §. scientiā. de tribut.

d l. cum plures. §. nimum. de admin. tut.

tradiderunt. Mihi iniqua semper uisa est hæc dispositio, & à ratione naturali nō parum recedere: ideoq; nunquam potui adduci, ut ex facto secundū eam responderem: etenim aliquibus legibus potest hæc sententia aperte confutari. Nec ratio quæ pro ea adducitur tam firma est, ut conuelli non possit. In primis enim aio, ueterum codicum lectionem aliter se habere, & negationem in ijs signo uniuersali præponi, Placuit non omnino obligari: tanquam obligari quidem uelit lex, sed non in totum: sicq; Norica editio habet, & ego in antiquissimo exemplari scriptum habeo. Rursus aio, distinctionem illam, An negatiua præcedat, an autem sequatur, certam non esse, & plerisque ueterum autorū eam neglexisse: quod Laur. Valla lib. dialectices I. cap. xxvi. tradidit, ubi Pauli Iuriconsultus locum adducit: quia uerū sit omnes statos non esse, id est, nō omnes statos esse. qua de re nō insubtiliter differit Hermogenes lib. Rhet. ult. Negatione, inquit, quandoq; eodem sensu utimur, quo si affirmatiue loquuti essemus: quandoq; minus significamus, aliquando enim amplius, eodem sensu: θύωντε γὰρ φανερός ἡμῶν, ἢ μάλιστ' ἔχοντος δὲ ἀφανέστερον. uates clarus erat, & non obscurus diuinator. sic Ouidius: Iam mare & tellus nullum discrimen habebant, Omnia pontus erat: decrant quoq; littora ponto.

Minus significat cum per confidentiam depressimus, uel per aures in interdum, ut hoc exemplo: ὡς εἶν' ἐπεί σ' ἔτε καλῶς ἔτ' ἀφρονι φῶσι. O hospes postquam neq; malo neq; imprudenti homini. Sic Plaut. Epid. Neq; malo homini, neq; benigno tuo dedi Stratiphocli. Sic & Vlpianus: Scientiam hic accipimus, quæ habet & uoluntatem: sed ut ego puto, nō uoluntatem, sed patientiam: non enim debet dominus uelle, sed non nolle. Amplius significamus, ut Apud Homerū: ἐπεί δ' ἔμυ ἀφαιρότατος Βάλλ' ἀχαιῶν. Postquam nō debilissimus Achiuorum iaculabat. Maior hic affirmatione est negatio: uoluit enim ualentissimū ostendere, sicut & cum dixit, ἔδ' ἄρα τό γε ἰδὼν γήθησεν. Hoc uisō nō sanē est lætatus Achilles: id est, plurimū indoluit. Sic & Serui Sulpitius ad Cicer. epist. lib. IIII. Et si scio non iucundissimum nunciū me uobis allaturū: id est, sanēq; iniucundissimum: ut satis appareat, falli eos, qui negant idem esse nō iucundum, & iniucundū: sicut non iustum, & iniustū: qua de re Valla lib. dialect. II. cap. xxvii. recte differit & uerē, secundum tamen supra scriptam Hermogenis sententiam & distinctionem.

Carmen Archilochi restitutum, & Martij uatis apud T. Liuium: & emendatus Plinius, & explicatus Ouidius in Ibin. CAP. XVIII.

Cum ius belli id sit, ut capti efficiantur captiui, quia par censetur utrinq; causa, unde & hostes ab æqualitate dicti sunt: uisum est legislatoribus, ut si quo casu de manu hostium captiui elaborentur, ius postliminij habeant: quod nō ad homines tantū perti-

net, sed & ad res ipsas, & ad naues longas, & onerarias, ad equos, idq; genus similia, quæ bello capta sunt: excepere tamē arma, ut scutum, gladium, cassidem: ea enim postliminio reuerti negantur, quod turpiter amittantur: etenim semper apud ueteres infame fuit, arma amittere. Vnde ἄσπιδος ἀσπίδος dicti, qui metua ea in bello abiecerunt: quo nomine in ueteri comœdia notatus fuit Demosthenes. Illud quoq; traditum ab autorib. est, Archilochum poetā Elegum à Lacedæmonij urbe eiecū, quod scripsisset præstare clypeum amittere, q; in acie mori. cuius elegion à Plutarcho in Apophtheg. Lacon. refertur, itemq; à Strab. lib. x. & rursus lib. xii. sed adeo corruptum est, etiam in Græcis exemplaribus, ut interpretes, quamuis uiros doctos, fefellerit: nos ex uocum ipsarum, ut ita dicam, parietinis, exq; Aristoph. in Pace autoritate, sic restituedum censemus:

Ἄσπιδ' ἰδὼν σάϊον τις ἀγάλλεται, ἢν παρὰ θέμνω γυῖος ἀμώμητον κάλλιπον ἐκ ἐβέλων, Ψυχὴν δ' ἐβόσσεια φεύγων. ἄσπις ἐκείνη ἔβρετε, ἢν ἄβις ἠήσομα ἐκ ἀκίον. Scuto aliquis Thracum non nostra sponte fruatur, Quod liqui illesum uopribus in medijs. Sed seruauit animam fugiens, clypee ergo ualeto: Non æquē illesus mox meus alter erit.

Sanē eo in uersu per diuersim soluitur dictio φεύγων, quod exemplo nō caret. Idem Archilochus apud Theonem in progymnasmatibus, θυμὸς γλαυκὸς λεπτινὸς πῆ γίνετ', trimetrum est carmen, in quo γλαυκὸς trisyllabum est. Sic etiam apud Latinos, ut apud Martiū uatem, cuius carmina à T. Liuiō lib. xxv. referuntur, sic in pedes suos redigenda:

Annem Troiugena cannam Romanam scūge. Ne te alienigenæ in campo cogant Diomedis Conseruisse manus pugnando: Sed neq; credes Tu mihi tunc, donec compleris sanguine campum, Multaq; millia cæsa tuorum deserat annis In pontum magnum terrai frugiferai, Piscibus, atq; aubusq; ferisq; colentibus terras, Vi suat esca caro tua: nam mi' ita Iuppiter orsuist.

Tamet si arbirer abhoruisse Liuium scetore hunc antiquitatis, & aliqua mutasse, ne contra historiae legem profæ orationi carmina in fereret. Quod si quis διαίρειν illam in carmine Archilochi non probet, potest legere φεύγων ἀλ', eodem sensu. Sanē hunc poetam Archilochum, qui primus iambici uersus reparator fuit, Ouidiani interpretes à domesticis Lycambes interfectum scribunt. quoniam in Ibin sic scriptum sit:

Viq; reparatori nocuit pugnacis iambi, Sic sit in exitium lingua proterua tuum.

Ego in bello interfectū esse apud Plutarchū in libello, Quemadmodum quis de inimicis utilitatem capiat, legi, à Corace, qui fortē & ipse eius carmine fuerat proficissus. Iidem interpretes nō minus incuriose & sequens carmen explicant:

Viq; parum stabili qui carmine læsit Athenas. legendum enim est Athenin, & de Hippo-

e l. j. de capt.



naete intelligendum, qui primus iambū claudicare fecit, & scazonta in Bupalum & Athenin composuit, ut est apud Suidam: ut recte Ouidius parum stabile, id est, claudum carmen ei tribuat. Plinius lib. xxvi. cap. v. Anthermū, non Athenin uocat: errore, ut arbitror; librariorum. fuit autem Anthermi filius uterq;. Pari negligentia aliud rursus sequens transmiserunt ijdem interpretes:

Vtq; Syre uates fertur perijisse seueræ, Causasit excidij dextera lesa tui.

Dexteram enim accipit Ouidius pro hospitij cōiunctionisq; iure: & Hesiodum intelligit, qui ob suspicionem uiolatae fororis ab Antipho & Cemenō hospitibus suis occisus est: seu ut alij ab Amphiphane, & Gannictore, ut est apud Plutarchum, & eius poëtae interpretem Ioannem Zezem, præterea & Suidam. Sunt sanè & multa alia huiusmodi loca male apud Ouidium eo in libello ab interpretibus explicata, quorum quæ nobis occurrerent, cum occasio tulerit, non grauabimur facere mentionem: tamen ratio studiorū meorum uix ferat, ut in huiusmodi minutias possum diuertere.

Suitas quomodo diffiniatur: & an ea uoce tanquam proba uti possimus. CAP. XIX.

Suitas quid sit, plerique diffinire tentauerunt, hætelus tamen nemo sat recte: experiamur & nos, quid præstare hac in re possimus. Igitur putamus sic recte finiri: Suitas est hæredum qualitas, qui primū in potestate paterna locum tenent, continuationē dominij necessitatemq; successione ipsō iure inducens. Vident autē hi hæredes quodāmodo sibi ipsi succedere, cum uiuente quoq; patre domini censeant, & ideo Sui appellantur: à qua dictione Doctores nostri uerbum Suitatis deduxerunt, quo ego uti non raro soleo, siue quod in legalis sapientiae scriptis non existimem omnia adamsim secundū ueterum elegantiam requirenda esse: siue quod non minus licere nostratibus Doctores existimē, quam ueteribus oratoribus aut philosophis cōcessum semper fuit: è quibus Asinius Pollio Patavinum quandam in T. Liuio se notare dixit. At Plato quāuis alioquin eloquentissimus, cyathitatem quoq; & mensalitatē cōmentus est. Hinc apud Laërtiū in Diogenis Cynici uita, Platone de idæis differēte, & γυαθητότητα & κυαθητότητα nominante: Equidē, inquit Diogenes, mensam & cyathū uideo: mensalitatē uerò, cyathitatemq; non uideo: cui ille: Recte, inquit: quibus enim cyathus mensaq; conspicitur, oculos habes: quo autem mensalitas & cyathitas conspicitur, animum non habes. Sed & apud Fabiū elegans est distichon in Hermem quandam, qui longis dictionibus oblectabatur:

Gaudet honorificabilitudinitibus Hermes, Consiuctudinibus, sollicitudinibus.

Videtur & noue dixisse Cicero admirabilitatem, lib. de Offic. II.

Dictio Suus, quamuis reciproca sit, tamen aliter atq; aliter in iure nostro accipitur: & aduersus Vallam quaedam annotata. CAP. XX.

Legauerat sacerdos Lesbiae fundum, iusseratq; eum fundum post eius mortem filiis suis Seio & Titio restitui. Dubitatum fuit, an fideicommissum subsisteret. Et aiebant, non ualere: quia Seius & Titius uidebatur incapaces, tanquam spurij: etenim testator filios suos appellauerat. At certum est pronomē Suos reciprocum esse, ut integro libro Laurentius Valla censuit: addebantq; id sensisse Bart. & alios Doctores, qui huiusmodi pronomē ad ipsum testatorem in ambiguis referendum esse arbitrati sunt: ut, si quis mandet hæredi, ut libros suos restituat, intelligatur ipsius testatoris, non hæredis. Dixi absurdum esse si ita interpretemur uerba, ut dedecus suū testator expressisse censeatur, fideicommissum pro non scripto sit: & ideo si aliter non probetur, Seium & Titium sacerdotis illius filios esse, eis deberi quod testamento relictum est: etenim pronomē hoc Suus, ambiguum est, & quandoq; pro illius accipitur, unde secundum subiectam materiā declarari debet. Vlpianus: A diuo Pio rescriptum est magistratibus, ut iudicium à se datorum sententiam exequantur. à se, id est, à magistratibus, non à diuo Pio. Idem: Senatus censuit rogari quem posse ut hæreditatem suam ei restitueret, suam, id est, testatoris, non autem rogati seu hæredis. Sic & relatiuum quoq; pro pronomine ponitur. Vlpianus: Si quis pro muliere dotem dederit, ut ipsi solueretur: id est, sibi seu dati, ut recte ait Accursus. Possentq; ex legibus nostris multa loca adducere, quibus in differenter, Suus pro illius, & e contrario ponitur. Nec ego omnino Laurentij Valles sententiā probo, tam pertinaciter reciprocam hanc interpretationem obseruari debere contententis: ἀπὸ λόγῳ ματα sunt, & minutia, à classicis autoribus plerumq; neglecta. Plaut. Suus uir salutatur uxorem suam. Cicero pro Deiotaro: Ea sumeres ab illo non recusa uir, id est, à se. sicut & ipsius, pro suis ipsius. Cicero pro P. Sextio: Quis unquam senatū ipsius decretis parere prohibuit: & Suis, pro eius. Cic. in Sallustium: Non ex oratione, sed ex manibus suis spectare debetis. & Philipp. III. Si C. Cæsaris, fortissimorumq; sui patris militum, &c. & ad Octa. Immemor beneficii sui, circumscribis senatum. & rursus alijs locis, quos in commentarijs linguæ græcæ Budaus annotauit.

Quomodo præsumatur ex præsentis tempore retro: et defensus aliquot locis Vergilius Maro à Seruij, Gellij, aliorumq; Grammaticorū calumnia. CAP. XXI.

Regula est iuris nostri certissima, Ex præsentis in præteritum præsumi, ut scilicet quod hodie est, & olim fuisse credatur: cui locum esse in ijs tradiderunt, quæ uerisimiliter mutationis alicuius periculum non subeunt: qua

a § sui autē. In sit. de hæred. qual. b In suis. de libe. & posthu.

c Aret. consili. clvi. Alex. in tertio.

d Bart. l. cum in testamento. de aur. & argen. leg.

e l. antepen. §. fin. de lega. ij.

f l. à diuo Pio. de re iud. Dec. c. significasti. de offi. deleg.

g l. ex facto. ad Trebell.

h l. quoties. §. fin. sol. matr.

qua de re libro Præsumptionū II. cap. xxvi. non indiligenter scripsimus. Qui ergo fluuij uel mōtes nūc sunt. & à creato orbe uerisimile est fuisse, quod natura rerum perpetua sit: licet urbes ab hominibus conditas ante eorū conditores certum sit non fuisse: nec puto hac in re quenquam hæsitaturum. Qua ratione præstantissimi poëtarum P. Vergilij aduersus quosdam Grammaticos patrocinij ego suscipiam. Scribit A. Gellius lib. x. cap. xvi. repræsum à Iul. Hygino Vergilium, qui ex persona Palinuri loquens dixerit:

Portus require Velinos.

Atqui, inquit ille, constat Veliam oppidū post multos, quam Palinurus decefferat, anno conditū fuisse. eodem argumento & Seruius utitur, cum Vergilius ex persona Aeneas:

Apparet, inquit, Camarina procul, campi q; Geloi, Arduus inde Acragas, &c.

Atqui, inquit ille, hæc oppida tēpore Aeneas nulla erant, cum constet multos deinde post annos ædificata fuisse. Respondeo: Non de ipsis oppidis loquitur Maro, sed campis & fluminibus, quæ proculdubio semper fuerant. Veliam à fluuiō eam præterfluente dictā esse autor est Stephanus dictioe ἐλάει, ut recte possimus portum intelligere, quem fluuius ille facit. Sic & Camarina palus, seu fluuius est, sicut & Gela, & Acragas: etenim, ut Duris inquit, plurimæ Siculorum urbes à fluminibus nomen sumpserunt, ut Syracusæ, Gela, Imera, Selinus, Phænicis, Eryce, Camarina, Acragas. Dictus autem est fluuius Acragas ab Acragante Iouis & Asteropes Oceanitidis filio, ut scribit Stephanus. Polybius fluuium ipsum itemq; ciuitatem à campis eius regionis nomen sumpsisse mauult, quæ ἀκράγην dicebatur, ἔλα το ἄγρον, propter terræ bonitatē. Merito ergo apparet, quam friuola sit horū accusatio. Sed & non minus inepta alia, quam ibidem Gellius refert: Confudit, inquit, personas & tempora Vergilius cum dixit:

Eruct ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenæ, Ipsumq; Aecidem, genus armipotens Achilli, Vltus auos Troiæ, templâ & temerata Minervæ.

Arbitranturq; Gellius & Hyginus de Pyrho intellexisse poëtam. Sed certè non uidentur hi ad eius uerba recte attendisse: nec enim Pyrrhus à Romanis erutus, aut sublatus fuit, sed duntaxat summotus, ne quicquā agri Romani occuparet. Ioannes Porcianus Persen regem hic intelligi existimat, idq; Propertiano ex carmine:

Et Persen proauis stimulantem pectus Achillis, Quicq; tuam proauus fregit Achille domum.

Sed nec id satis placet, cum non ijdem ducibus Perse & Achæi sint superati. Satius ergo erit de Persis filio Andrisco intelligere, qui & Pseudophilippus dictus est, & ultimus regū Macedonū fuit, quem Q. Cæcilius Metellus uicit, cepitq; & de eo triumphauit. Idemq; Achæos cum Bœotijs & Chalcidensibus ad Thermopylas superauit, Critolaūq; eorū ducem adegit, ut ueneno sibi mortē conscisceret,

ret, ut Pausanias in Achaicis scribit, & Historiæ lib. I. & LII. T. Liuus est autor. Sanè uidetur ad Maronianū carmen alluisse & Germanicus Cæsar quodam græco eleganti epigramate, quod saneq; feliciter Thomas Morus in hunc modum Latinis reddidit:

Mauortis genus Hector aue, si quid sub humo audis Respira, & patriæ nomine cresce tua. Ilios urbs colitur, nunc inclyta gens colit illam, Quam tu Marte minor, Martis amica tamen. Myrmidones periere ades, & dic Hector Achilli, Esse sub Aeneadis undiq; Thesaliam.

Clerici unde dicti: quid sint sortes Lyciæ Deliae, Apollo Myrinus, Gryneus: Vergilij, Martialis, Statij, loca declarantur. CAP. XXII.

Christianæ religionis sacris initiantur, ab ipsa usq; nascentis ecclesiæ infantia Clerici sunt appellati, quod Græcis κληρος fors sit. At ipsi per sortem deligi solebant, unde in Actis Apostolorum subrogatus Iudæ Matthias hoc modo legitur. Hodie tamē hæc electionis forma Pontificum iure approbata non est, quod certo scilicet iudicio promoueri ad sacra debeamus, non sortium beneficio. An potius ita dicti sunt, quod quilibet in decurias suas distribueretur, ut sibi mandato munere fungeretur? Vnde constituti leguntur qui Hostiarj essent, qui Psaltae, qui Lectores, qui Exorcistæ, qui Acolythi, qui Subministri, qui Diaconi essent: item qui Seniores, & qui Episcopi. etenim ἀρχιερεῖς Dionysio in hierarchijs in decurias contribuere significat. Vnde & ἀρχιερωσις, attributio munerū unicuiq; singillatim facta: uocationes uulgò dicuntur. An uerò, quod receptius est, quia ad hæredium, patrimoniumq; diuinum sunt adsciti? κληρονομος enim hæres est, quod olim sorte diuideretur hæreditas, sicut & regna. Scribit Pausanias in Messenijs: cum inter Heraclidas ambigeretur de regno, Cresphontē Aristodemi liberis sortium beneficio potiorē fuisse, quas igne durauerat, cum aduersariorum sole tantummodo arefactæ essent, ideoq; in hydria profectæ deliquissent: quod etiam Plautus in Casina ostendit: Sicut herculeis prognatis sortes, &c. Vnde & prouerbiū Sophocli Ἰσπαπέτης κληρο, fugitiua fors: de re per dolum facta. Quo argumento arbitrator & poëtam Enniū fabulam dedisse: reperio eū eum à gramicis citari in Cresphonte. Iure uerò nostro rarum est, ut iudiciū hoc per sortes admittatur: nisi cum res adeo perplexa incertaq; est, ut alium exitum non habeat. Hinc apud Plautum, In sortito esse, id est, in incerto & ambiguo, ut inueniri non possit. Proconsoles sortibus eligi solitos, Præsides uerò prouinciarum iudicio principis constat. Dion libro LVIII. Prouincias Achaiam & Macedoniam, quas Tiberius præsidibus suis tradiderat, sortibus restituit, id est, proconsulari administrationi. Dabantur & apud ueteres oracula sortibus: unde Prænestinæ sortes dictæ, & in Burensi agro in Achaia,

a c. cleros. xxi. distict.

b c. fin. de sortit. leg.

c l. si duobus. c. comun. de leg.

ut ait Pausanias, in fano Herculis, ubi iactis super mensam talis certissima praesagia deprandebantur: & in agro Patauino Geryonis oraculum, ubi in aquam tesserae iaciebantur. Sunt & Myra (ciuitatis in Lycia id nomen est) ubi Apollinis est templum, & uetustum oraculum. Vnde Vergilius:

Italiam Lycia iussere capessere sortes. & lib. XII. Hic fratres Lycia missos, & Apollinis agris.

Meminit & Homerus Iliados IIII. Plinius libro XXII. cap. II. in codicibus emendatis. Nam in Lyciae Myris fonte Apollinis, quem Diuum appellant, ter fistula euocati ueniunt ad augurium, &c. cuius rei & Aelianus meminit, & lib. Lyciacum II. Epicharmus. Martialis libro IX.

Campis diues Apollo sic Myrinis.

Myrorum, inquit Steph. ciuitas Lyciae, a Myra, ut uerius est: uel a Myrone, uel a Myro fluuio eam preterfluente nomen habet. Idem ait Grynus insulam Myrenarum esse, ubi & Apollinis est templum albo lapide, & oraculum antiquum: de quo etiam Strabo lib. XIII. mentionem facit. Hecataeus eorum ciuitatem Gryniam uocat: unde & Grynæus Apollo, qui & in Delo est, ut Parthenius autor est, ut recte Vergilius sic Delium uocauerit:

Sed nunc Italia magna Grynæus Apollo. lib. Aeneid. IIII. Hinc & Papin. Stadius:

Hic paruus nisi Deliae uetassent, Inouis freta miscuisset Isthmos.

Intelligit autem Delias sortes, quibus perfoliis Isthmum uetitum fuit, ut est apud Herod. lib. I.

Quomodo lex Falcidia liberam testandi facultatem dedit: & de legibus antiquis, quae ante Falcidiam latae erant: tum de Theophilo Institutionum Graecarum autore. CAP. XXIII.

Lex Falcidia, inquit Iuriconsultus Paulus primo capite, liberam legandi facultatem dedit. Sed quomodo dedit, si iam lege XII. tab. data erat? cuius uerba sunt: Quod quisque rei suae legasset, ita ius esto. Respondent nostrates Doctores apud Paulum uerbum illud Dedit, intelligendum, id est, datam declarauit. Ego lege Voconia, itemque Furia, facultatem eam coangustata fuisse scio: quas leges deinde Falcidius abrogauit. Quid autem illis legibus sancitum esset, amplius quaerendum arbitror. Theophilus, seu quiuis alius Graecarum Institutionum autor fuerit, lege Furia cautum fuisse scribit, ne cui plusquam *χίλια νομισματα*, seu ut tunc loquebantur, mille numi legari possent: alioquin eius quod amplius legatum esset, quadruplum restitui. Voconia uero lege prohibitum testatori, ne cui plus legaret, quam haeres esset habiturus. Caeterum suspensus mihi is est autor, quem deprandi multis locis non ualde Accursio nostro doctorem, quod ad historias, & humanitatis studia attinet. Cicero oratione in Verrem VI. Voconiae legis meminit, qua cauebatur, ne quis census, id est, qui centum millia in bonis haberet, haereditatem mulierem institueret. Idem

in oratione pro Balbo: Tulit, inquit, apud maiores nostros legem C. Furii de testamentis: tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus. In iure nostro etiam nunc legis Falciae Caninae extat mentio, quae certum modum libertatibus constituebat, potestatemque a lege XII. tabularum testatoribus generaliter datam restringebat.

Vnde dicatur lex Falcidia: & an recte eius uerba ab Eusebio seu Hieronymo sint relata. CAP. XXIII.

Quoniam Falcidiae legis mentio incidit, admonendus mihi est Lector non a falce eam dictam esse, ut aliqui suspicantur, sed a C. Falcidio Tribuno plebis, qui primus eam legem tulit: quod & Isidorus tradidit. Quibus autem uerbis lata sit, quoue sensu, duo grauissimi autores uidentur mihi plurimum a uero aberrasse. Vnus est Cocceius Dion, qui lib. historiae Romanae XLVIII. Graece quidem, sed in hunc sensum scripsit: Sub Augusto Falcidius Tribu. legem tulit etiamnum magnae in successibus autoritatis, ut haeredibus scriptis liceat quartam hereditatis partem retinere, reliquam ommittere, si in eo grauati sint. At qui falsum hoc est, nec heredi permittitur partem hereditatis ommittere, sed totam omnino agnoscere debet, licet deductio sibi de singulis rebus ex lege competat. Alter Eusebius Caesariensis in Chronicis, quae diuus Hieronymus in Latinum transtulit: Is legem, inquit, Falcidius tulit, ne quis plus testamento legaret, quam ut quarta pars haeredibus superesset, si quatuor aut minus essent: si autem plus quatuor, medietas. Atqui huius medietatis nusquam alibi extat mentio, nec quicquam ad rationem legis pertinuit, quot testamento haeredes scripti essent: opinor aliquem, qui in legitima iure naturae debita, hanc distinctionem a Iustiano factam intellexerat, existimasse eam legitimam eandem cum Falcidia esse, & uerba illa Eusebii scriptis addidisse: tamen si nouum non sit, humaniorum studiorum autores errare, cum ad alias disciplinas, praesertim legalem, desultare uolunt: ut uerisimile sit pro uerbale carmen, Quam quisque nouit artem, in hac se exerceat.

Cur testator beneficio legis Falcidiae renunciare non possit: quae sint priuata sacra, & scaeuole responsum emendatum. CAP. XXV.

Debitum fuit, cur iure ueteri testatori permissum non esset, ut legi Falcidiae testamento suo locum non esse iuberet: cum enim eius causa lata uideatur, quod cuiuslibet inter sit habere haereditatem, debuit fauori suo renunciare posse: & tamen certum est, id ei haudquaquam fuisse concessum. Ego non solum ad priuata causam pertinuisse eam legem arbitror, sed etiam ad publicam: quia publice interest, ut ultimae uoluntates exitum secundum testatoris mentem habeant. An uero & publica utilitas in eo uertitur, quod lege XII. tabularum cautum erat, Sacra priuata perpetua manent.

a l. ad l. falcid.

b l. uerbis. de uerb. sig.

c Instit. ad l. fal. in prin.

d Instit. ad l. fal. in prin.

e Instit. ad l. fal. in prin.

f Instit. ad l. fal. in prin.

manento. Ostenditque Cicero de legibus lib. II. ex Q. Mutii autoritate, quinque modis adstringi sacris hereditatem: quod libro Praetermissorum primo alias tractaui. Igitur publice intererat, quemlibet habere haereditem, ut priuata sacra facile non extinguerentur. Horum autem sacrorum alia erant totius gentis communia, quae gentilitia appellari possunt: alia quae sibi paterfamilias constituerat. Livi lib. V. Sacrificium erat statutum Fabiae genti in colle Quirinali, ad id faciendum C. Fabius Dorso Gabino cinctu, sacra manibus gerens, de Capitolio descendit. Caecilius Plinius in Paenegyrico: Non passuri erant homines abradit aliquid bonis, quae sanguine, gentilitate, sacrorum denique societate meruissent. Plaut. Capt. sine sacris hereditatem adeptus sum offertissimam. In iure autem nostro, quonia ad paganismum pertinent, haudquaquam horum est mentio, nisi quod supersunt adhuc tenues huius rei coniecturae. Hinc est, quod in diffinitione nuptiarum Modestinus, Diuini, inquit, & humani iuris communicatio, & filios qui extra patriam potestatem per emancipationem dimissi essent, amplius non esse in sacris patris, lex ait. Paulus: Sacrilegi, inquit, sunt qui publica sacra compilauerint: at qui priuata sacra, minus quam sacrilegi merentur. Martianus: Sacrae res sunt, quae publice consecratae sunt, non quae priuatae: si quis ergo priuata sibi sacrum constituerit, sacrum non est, sed profanum. Caeterum cum haec priuata sacra hodie abolita sint, merito & Iustinianus testatori ius fecit, legi Falcidiae derogandi: tamen & ante eum ex uoluntate defuncti aliquid illi legi imputaretur, quod alias ceu non hereditarium non fuisset imputatum. Scruola: Respondi, non alias quae ei data sunt accepturam quam si uoluntati defuncti solidum prestando pareret. sic enim legendum: non ut uulgo habent codices, Soluendum praestando.

Quae tria maxima Iason studiosis praestiterit: & quaedam ad eius laudem pertinentia. CAP. XXVI.

Superioribus libris, dum potius utilitati diuenum consulere, quam meae existimationi, quoddam tuleram iudicium, quem potissimum quisque interpretem ex nostratibus sequeretur: etenim praesagibat animus, excitate me crabrones, & non defuturos qui contradicerent. Et quoniam pascitur in uiuis liuor, ut in carmine est, non fuit quisquam qui in ueterioribus mecum dissentiret: solus Iason mihi litigandi causam dedit. Non tulerunt aliqui tantum a me ei tributum esse, sed praesertim omissis, quos illi subtiles, ego futiles *καὶ στυγερὸν ἄποκρίσιν* iudico: interpretanturque tantum me tribuisse Iasoni, quod mihi praceptor & communiceps, atque etiam non uulgari familiaritate confectus fuisset. Atqui bonae conscientiae iudices ad haec non solent aduertere, sed potius pro uerbale illud obseruant, Amicus Socrates, amicus Plato, magis amica Veritas, Prae-

stitit certe Iason nobis omnibus tria maxima. Ante illum, si quis certam alicuius quaestionis definitionem scire desiderabat, eum oportebat propter ueterum confusionem, per multa uolumina uersari, plurimum temporis incassum contere: ipse hoc nos tadio liberauit, summo ordine omnium sententiarum in unum congestis, & communi opinione mira facilitate explicata. Ante illum qui responsa edebant Iureconsulti, tribus, aut ad summum quatuor aureolis honorabantur: ipse primus, quinquaginta, centum & plus eo a clientibus accepit, tantum uiri autoritas pollebat: sicque iunioribus uiam aperuit, qua extra ueterum sordes emergerent, & locuplete opulentaque penurigerent. Ante illum professores ducentos, aut ad summum trecentos aureos a fisco percipiebant: is primus millenos a Ludouico Sfortia, deinde & a Francorum rege exegit: nec unquam iuniores Decius, Ruinus, Alciatus, eum numerum excessissent, nisi iam ille sic nobis praeriuisset, atque principalis ariarum portas, ut ita dicam, referasset. Macete igitur esto uirtute uir amplissime, & de aemulis, uirtutisque tuae in uidentibus, ut uiuus faciebas, ita & nunc mortuus, quotidie triumphas.

Maiores honoraria dedisse ueteres professoribus, quam nunc dentur: & explicatus Eumenii locum. CAP. XXVII.

Iasoniani honorarii mentio mihi in mentem subiicit, longe magis munificos largosque ueteres fuisse, quam nostrae aetatis sint principes. Suetonius Tranquillus in Vespasiano: Ingenia, inquit maxime fouit: primus e fisco Latinis, Graecisque Rhetoribus annua centena constituit, subaudi sestertia. Censetur sestertium XXV. aureis nostratibus: ut appareat ad bis mille & quingentos singulis annis eum dedisse. Lucianus in Eunuchis scribit, Diuum Marcum Antoninum singulis Philosophorum cuiusque sectae primoribus salarium non exiguum constituisse, nempe *μυριάς δραχμῶν* id est, X. denarium millia: est haec summa nostratis monetae mille aurei. Eumenius Rhetor, qui Augustoduni Heduarum oppido profitebatur, in oratione pro instaurandis scholis, rescriptum Diocletiani & Maximiani Imperatorum refert, quo ex Reipublica iuribus salarium accipere iubetur in sexcentis millibus numum, quae est summa nostratium aureorum quidem millium. Excederet certe hoc omnem fidem, si annuam hanc pecuniam accepisse eum contenderemus: atqui non sexcenta millia, sed in sexcentis millibus sibi constitutum stipendium ille scribit: quo loquendi modo arbitror intellexisse eum: sibi praestitum redditum & foenus quod ex tali summa Respublica percipere potuisset. Foenerabant autem Respublicae ciuitatum duodenis assibus, ut inquit quadam epistola ad Traianum Plinius, quae in iure nostro Centesima usura dicitur, id est, XII. annua in centum: qua computatione accepisset Eumenius mille & octingentos aureos

a l. ff. de nupt.

b l. filie. ij. C. de collat.

c l. sacrilegi. ad l. uul. pecul.

d l. in tantum. de rer. diuis.

e Amb. sed cum testator. C. ad leg. falcid.

f l. filio. in fi. ad leg. falcid.

d c. quaedam. ij. distinct.

e l. i. & seq. de acquir. her.

f In Authen. de trien. & sem.

g Instit. ad l. falcid. in prin.

h l. penul. C. de pac.

i l. de bonis. §. i. l. Scius. ad leg. falcid.

k l. uel negare. quemad. testa. aper.

g l. si bene. ff. de usuris.



annuos. Quod si ciuilibus usuris, quales Iustinianus constituit, eam pecuniam collocari fingamus, iam minor erit eius honorarij quãtitas. Sanẽ modus ille loquendi, Accipere in sexcentis, apud autores non sat frequens est, uideturq; non esse ei absimilis, quo Vlpianus utitur. Si quis stipulatus fuerit x. in melle. qua tamẽ in re amplius deliberandum est.

**DN AND ALCIATI**  
IVRISCONS. PARERGON  
feu obiter dictorum, liber sextus.

*Fictio quid sit, & impossibilia non fingi, nec a Poëtis quidem.* CAP. I.



**F**ICTIO est legis aduersus ueritatem in re possibili ex iusta causa dispositio: etenim constat, nunquam extendi fictionem ad ea quã impossibilia sint, siue de iure, siue de facto id fieri nequeat: Imitat enim fictio naturam, nec facile lex fictionẽ aduersus fictionem inducit. Hincq; receptum est in fictione translatiua extremi, a quo incipit fictio, habilitatem aptitudinemq; requiri, ne aliã lex quicquam impossibile uideatur inducere: quã omnia nos locis suis diligenter excusimus. Ceterum uidemus & id quod Poëtis obseruatum esse, ne facile impossibilia inducant. Hinc traditũ ab Homeri interpretibus est, cum naufragio factio descripturus esset Homerus Vlysem per triduum in mari & fluctibus natantem, quod supra humanas uires id uideretur, adiecisse, ope Leucotheã id factũ, quã ei κρηδευνον, id est, teniã, seu fasciam pectori subiiciendã dederit, quo interim subleuaretur, ne mergi posset:

*Τὴν δὲ τὴν κρηδευνον ὑπὸ στήνοιο τάνυος αὐμβροτον ἐδέετο, &c.*

*Hanc autem accipiens tendes sub pectore uittam Diuinam, neq; ferre time mortis ue potiri. At postquam appuleris, manibus cum littora tanges, Consiestim egrediens in nigrum conijce pontum, Quam procul a terra.*

Idem uidemus & inter prãcepta Rhetorum fuisse traditum, ut scilicet impossibilia non dicerent: quod si omnino id faciendum esset, ut ea prius aliquo colore mollirent. Hermogenes de Inuentione lib. IIII. Sciendum, inquit, est cacozeliam prãconfirmationi sæpe mederi, quã ideo πωδραπέια, id est, prãmedela appellatur: quod apud Homerum perpendere licet, qui cum sic dicturus esset,

*ἦκε δ' ἀρρήκτας κρυφῶν ἔρεθ' μεγάλιο.*

Venit magnum montis uerticem abrupturus: prãdisposuit, confirmauitq; prius animum lectoris, ne alioqui res incredibilis uideretur. Hic sibi, inquit, nutrimenta maiora quã ceteri homines appetant, apparabat: hic clauam ferebat, quam ne saxum quidem potuisset sustinere, & quã sequuntur. Quod

& sapissimẽ imitatus est Vergilius: ut, *Aemulus exceptum Triton, si credere dignum est, &c.*

*Pomi appellatione an Nux pinea contineatur: Attis Phrygij mors: Athes celeritas: Ouidius Martialisq; explicatus.* CAP. II.

**Q**ui fundum, inquit Paulus uendidit, pomum excepit, nuces, & ficus, & uuas duracinas exceptas uideri respondi. Quibus uerbis apparet, pomi appellatione contineri nuces. sed an nuces pineã? Et traditum est, cum Vatinius gladiatorum munus æditurus esset, uerereturq; ne, quod aliquando sibi contigerat, rursus fieret, ut scilicet propter nimiam crudelitatem a populo saxis impeteretur, impetrauit ab Aedilibus, ut edictum proponerent ne quis quicquam in harenam mitteret præter pomum. Quo tempore Cascellius Iurisconsultus a quodam interrogatus, An nux pinea pomum esset, respondit: Si in Vatiniũ missurus es, pomum est. erat autem odio Vatinius plerisq; optabatq; Cascellius ut tali nuce ille ceu lapide feriretur. Mart.

*Poma sumus Cybeles, procul hinc discede uiator, Ne cadat in miserum nostra ruina caput.*

Hoc mortis genere perisse Attin Phrygium ex Berecynthia regione, uidetur sentire Ouidius in Ibin,

*Sisq; idem simili quem pinus morte peremit Venator, Phrygius sis Berecynthiades.*

uel ut in aliquibus codicibus legitur per synopem, sisq; Berenthiades. Alibi tamen ipse Ouidius simpliciter in arborem pinum uersum a Cybele ait lib. Metamorph. x. at alij aliter, e quibus Hermesianax elegus poëta filij Calij Phrygis eum fuisse testatur, & Cybeles deorum matris cultorem, & a sue, quam Iupiter ad uastandos Lydorum agros immiserat, occisum. Cuius rei & Pausanias lib. VII. meminit. Pinum autem arborem in Græcis rei rusticæ collectaneis alia fabula exornari constat. fuisse enim puellam Pytin formosissimam, quã Boreas zelotypia ductus, quod Pani magis fauere uideretur, præcipitem e saxis dedit: at Terra mater eius sortem miserata in arborem pinum uertit, quam etiamnũ Boreas plerunq; perflat, Pan uerò uirentibus eius ramis se exornat: at ipsa luget, & resinam conficit. Apud Martialem libro IIII. celebratur Athas cursu insignis,

*Sive leuem cursu uincere queris Atham.*

quem interpretes puerum fuisse confingunt absque autore: ego autem Homericam intelligo, quam ille libro nono celeritate pollere ostendit:

*ὅδ' ἄτη θναρὴν τε καὶ ἀπ' ἴππου, &c.*

Et rursus lib. XIX.

*Τὴν μὲν δ' ἄπαλοι πόδ' ἄν.*

Qua tamen in re amplius deliberandum est: etenim apud Græcos prima semper (quod ego sciam) huius nominis syllaba producit, cum apud Martialem corripitur apparet.

f. l. qui fundum, de uerb. sig.

*Cur frigida equis aspergatur: quid sit quod prouerbialiter dicitur, Frigidam suffundere: quid item, Calidũ prandium edere: Plautus, & Iuuenalis explicati.* CAP. III.

a l. athletas. de his qui notant. infam.

**G**eneraliter, inquit Vlpian. omnes opinantur, & utile uidetur, ut neq; thymelici, neq; xyistici, nec agitadores, nec qui aquã equis spargunt, ceteraq; eorum ministeria, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur. Existimat uir doctissimus Erasmus Roterodamus, solitos aqua in certaminibus sacris respersi equos, ut sic recollantur, atq; acris currenter: in deq; prouerbialiter dictũ, Frigidam suffundere, Plauto in Cistellaria. Deinde ueritus ne ueterinarij & mulomedici hanc sententiam non probarent, quod æstuantibus equis frigidam adhibere periculosum sit, ad aliã interpretationem transit, & consueuisse iniici aquam existimat, ne rotã agitatione feruescentes flammam conciperent. At qui si diuinandũ est, non minus coloris habet nostratum Doctorum interpretatio, qui spargi aquã equis arbitrantur crurium abluendorum causa. Vnde nec mihi uerisimile sit ab hac metaphora frigidã suffundere Plauto dici, sed potius interpretor id a balneis frigidis deductum esse, quã ingrata sunt & horrida: ut cum quis inhumane & duriter tractatur, huic prouerbio sit locus, quod solerent caupones & hospites, qui inciuiliter uiatorem exciperent, minime calida lauacra illis præstare, sed frigidã potius, dum lignorũ impendijs parcant. Plutarchus in Alcibiadis uita, Laconas duos, rusticanosq; homines, ijs balneis uti solitos ait. Martialis quoq;

*Ritus si placeant tibi Laconum, Contentus potes arido uapore, Cruda uirgine Martiaq; mergi.*

Tametsi & alia quoq; Laconum sit exercitatio, cum nudi, oleoq; uncti in sudatorio exercebantur, quod Laconicum πυρέσμα, seu, qd idem est, πικρὸν dicitur, ab Agrippa fabricatum, ut Dion lib. LII. autor est. Vnde & ego arbitror scripsisse Iuuenalem,

*Qui Lacedæmonium pyrësmate lubricat orbem.*

Licet alij pytilismate, alij pædemate legant: qua in re sua cuique stet sententia. Aristoph. qd φέλας calida lauacra delicatoribus in usu fuisse ostendit: fortioribus uerò & seueris frigida. Idem qd δακτυλίσσιον, ἐψυχροπύραρον, inquit, id est, frigida lauimus. Sed & Plutarch. in libello qui ὀρωπικὸς inscribitur, in Philosophum inuehitur, qui κωνίησιν ἐψυχροπύραρον, quod se puluere sordidaret, & frigida ablueretur, dum contemptum rerum humanarum, duritiemq; præ se ferret, cum intus esset nihil minus quã Philosophus. Hinc & simpliciter lauare pro conuiciari, & probro afficere accipitur. Aristoph. Pluto, πλῆθον μ' ἐποίησεν ἢ ποσὶσσις αὐδρασίη. Idem Erasmus, Calidum prandium edisti, apud eundem Plautum in Milit. interpretatur, id est, fecisti quod tibi magno malo sit futurum: ab ijs sumptum, qui noxijs

& letalibus cibis se ingurgitant, postea uentris tormina sensuri. Ego Calidum accipi uarijs modis scio, quãdoq; per metaphoram calidorum balneorum, ut cum dicimus, Non lauat nisi calida: delicijs & adulationibus deditum innuentes. quandoque calidum mendacium, festinatum & de improviso factum, exemplo Græcorũ, qui θερμὸν sic accipiunt. Aristoph. Pluto, ὃ θερμὸν ὄργον κ' ἀπόσιον καὶ παραύμορον. Tametsi ego potius gemina liquida Calidum mendaciũ apud Plautum legerem. Calidum uerò prandium, alio sensu accipitur. uerba sunt Plauti, Calidum prandium edisti, num illud frigefactas? metaphoricis ab ijs, qui os contrahunt, ut frigidum efflent. Idem in Rudente: Num git frigefactas? Apparet prouerbialiter dici in eos, qui tepidẽ admodum, & summis duntaxat labijs quid loquuntur, & parcẽ promittunt: etenim hi ore contracto, perinde ac si refrigerare buccã iniectam calentem offulam uelint, deformantur, atq; ita sensisse Plautum, quisquis diligenter attenderit, facile cognoscat. Nec ideo damnamdam ego Erasmi nostri interpretationẽ sentio, quã etsi Plautino sensui non quadret, potest nihilominus alijs locis conuenire: nec enim quicquam impedit, quin idem prouerbium ad uarios sensus trahi ualeat.

*Quid sit Aurum coronarium, quid Argentum postulatam, Iuuenalis, Martialisq; declarati.* CAP. IIII.

**A**urum coronarium quale esset, dubitatum quandoq; uidi. Arcadij enim constitutione cauetur, ad collationẽ auri coronarij neminẽ absq; consuetudine cogendum esse. Alibi traditur, anniuersariũ canonem a Iudæis ad eam formam præstandum esse, quam patriarchã olim coronarij auri nomine postulabãt. Dion Nicæus lib. XLII. Accipit, inquit, Cæsar coronas plurimas aureas, quas a regibus plerisq; postulauerat, nõ quidem auaritiẽ studio, sed necessitate adigente, quod plurimũ auri illi effundendũ in milites esset. Idem lib. XLIX. quilibet etiam tenuis administrationis prætores, alij Antonij, alij Octauij Cæsaris fauore subnixi, triumphalia ornamenta Senatufconsulto impetrabãt, hocq; prætextu plurimũ auri coronarij a prouincialibus exigebant. Cicero oratione in L. Pisonem, lege Iulia cautum fuisse attestatur, ne Imperatorib. aurum coronariũ liceret accipere, nisi decreto iam triumpho. Idem de lege Agraria, contra Rullum disputat, an tale aurũ referri in publicũ deberet, tenerenturq; Imperatores profiteri, quantum eo nomine prouincialib. abstulissent. Apparet igitur, solere id aurũ exigi uel ob triumphũ decretũ, uel ob uictoriam, uel, ut Accurs. ait, etiam ob dedicationẽ principalis statuae. Theodosius Imp. In nostrã serenitatis imaginibus acta suis erigendis priuatã collationis propulsari iniuriam præcipimus. Vergil. lib. VII. Donna recognoscit populorum: id est, aurum

b l. j. C. de aur. cor. lib. xj. c l. pen. C. de iudæis.

d l. pen. C. de statutis.

coronarium, ut inquit Seruius, quod uictis gentibus ob concessam uitam imponebatur. Suetonius quoque Tranquill. uictoribus in circo solitum offerri aurum a populo ostendit. etenim in Claud. uita, cap. xxi. Nec ullo, inquit, spectaculi genere comunior, aut remissior erat: adeo ut oblatos uictoribus aureos, prolataque sinistra pariter cum uulgo uoce digitisque numeraret. At quod alluisse uidetur & Iuuenalis:

— Et cum se uerterit annus  
Accipe uictori populus quod postulat aurum.

dabantur enim fragmenta auri, & argenti, idque genus stips collatitia, ut singuli tamen quid minimū praestarent. Id deinde ad fabros deferbatur, in aliquod ornamenti genus conflandum, elaborandumque. Vnde Alpheno Iuriconsulto arbitror dictum argentum postulatū, quo sensu & apud Tranquill. in Nerone accipi potest, & Martialem lib. vii.

— Nulla uenit a me  
Argenti tibi libra postulati.

Licet aliqui Postulatum legant, alij Putum, suo quisque arbitrio.

*Quae causae dicantur cognitionis esse, Tranquillus declaratus: item emendata pleraque in libello Senecae de morte Claudij. CAP. V.*

Cognitionis nomen uario modo in Iure accipi saepissime annotaui. & quandoque Cognitoris dicitur, qui coram in actis procurator & defensor constitutus est: quod alibi ostendi. Cognitionis quoque causae quaeque pro eius exercitatione accipitur, citra tamen diffinitionis fastigium: qua de re locis suis disputant Doctores. Dicuntur & illae causae cognitionis esse, quae non iuris ordinarij sunt, sed cognitioni Principis referuntur, quam ille per auditores uos extra ordinem absque ullis processuum ambagibus confestim diffinit. Tranquill. in Claud. Alii interpellati ab aduersarijs de propria lite, negantemque cognitionis rem, sed ordinarij iuris esse, agere causam confestim apud se coegit. Seneca in ludo de morte Claudij: Caio, inquit, Caesari illum Aeacus donat, is Menandro liberto suo tradidit, ut a cognitionibus illi esset. sic enim legendum: non, cogitationibus, ut uulgo aliqui codices habent. tamen si eo in opere sint pleraque alia errata: ut cum ibi dicitur, Ixionis miseram rotam sufflammandam: cum sufflammandam legendum sit, id est, sufflamine retinendam. Est sufflamine, ut aliqui tradiderunt, obex qui rotis iniicitur, ne ulterius se uertant. Iuuenalis:

Nec res atteritur longo sufflamine litis.

Seneca Declam. lib. iiii. Tanta erat Atherio uelocitas orationis, ut uictum fieret: itaque diuus Augustus optime dixit, Atherius noster sufflammandus est. Videtur metaphora ab aduerso uero ducta, qui subitus flando nauim remoratur. Aliud est erratum cum legitur, Erant qui dicerent, si minus dijlatura fecissent, Tantalum siti periturum, legendum enim,

Si ullam dilaturam fecissent: pro dilatione, & mora. Rursus cum prouerbialiter in eo legitur, Tam facile homines occidebat, quam canis excidit. legendum enim, quam canis exta edit. Rursus quoque de Iano, quantum uia sua fert: imò, quantum uis uaser. Quod in foro uiuat: non autem, iuuat. Constat enim templum Iani in foro fuisse, ex Horatij interpretibus. Item: Imposuerat Herculi minimo discrimine fabulam: imò imposuerat fibulam, legendum: metaphora ab ijs ducta, qui prohibent arripere. Vergil. Neue imponite fibulam Priapo, & Martialis:

Dic mihi simpliciter comædis & citharædis  
Fibula quid praestat.

cuius rei ratio a Corn. Celso est accipienda. Et haec quidem quod ad eum libellum attinet factis: cuius meminit etiam Dion lib. lviij. & a Seneca inscriptum tradit *αρχαϊκῶς*.

*Autoritas Senatus quando diceretur: & quis sit autor. CAP. VI.*

Declarauit quandoque quam uarijs modis autoritas in iure accipiatur: libet nunc ex Dione Nicæo explicare, quomodo Senatus autoritas accipienda sit. Is libro historiarum lv. graecè quidem, sed in hunc sensum scripsit: Cum Augustus in albo, seu alba tabula, Senatorum omnium nomina descripsisset, eam in publicum apertumque referri iussit: idque etiam nunc in usu est: quod ideo factum est, ut conueniret omnes, agnosceretque posset, an id minus fieret. etenim quoties legitimus Senatorum numerus non adesset, haudquaquam perfici Senatusconsultum poterat, sed simpliciter autoritas Senatus dicebatur accessisse, id est, uoluntatis quaedam declaratio: id enim uox ipsa indicat. Idemque contingebat, quoties festinatione quadam, loco non consueto, uel die nefasto, uel absque legitima excusatione, uel intercedentibus tribunis plebis, non more maiorum habitus fuisset Senatus, adeo ut decretum perfici non posset, & tamen notam unicuique esse Senatus sententiam atque praedictum oportet: dicebatur enim ex autoritate Senatus id factum: nec ea autoritas in Senatusconsulti nomen prius transibat, quam legitimum numero, die, loco, confirmata fuisset. Idem lib. xlix. tradit, Octauiæ sorori concessisse Augustum, ut ipsa suas res administrare posset: id est, ne quisquam ei autor esset. Vnde Plautus autorem pro tutore, & consiliario quandoque accipit. Idem in Trinum. autoritatem appellat sententiam, quam quis primus est committens, tamen si deinde per traduces in quam plurimos emanauerit:

Quod si exquiratur usque a stirpe autoritas,  
Vnde quid auditum dicat, nisi id appareat  
Famigerator ne sit cum damno & malo.  
Hoc ita si fiat, publico fiat bono.

Papinius Thebarum autorem Apollinē uocat, quod ex eius oraculo Cadmus ipsas condiderit, lib. Theba. xi. Gemit autor Apollo Quas dedit ipse domos. Sic, Verg. Georg. ii.

Et

— Et Troia Cynthius autor.  
quod eius oraculo monitus Ilus, cum in Moezia pecus custodiret, Ilion in summo colle condiderit: ut est apud Lycophronis interpretem, & non semel a Iano Parrhasio, quem praepotorem in studijs humanioribus habui, audiuisse memini.

*Venter quot modis & a Iure consul. & a uentribus autoribus accipiatur: & declaratum Plauti carmen. CAP. VII.*

Ventrem Iuriconsulti nostri *μετρονυμικῶς* plerumque accipiunt pro foetu, qui in uentre continetur. Vnde rubrica praet. Si mulier uentris nomine in possessionem missa sit. Sic dicimus, Instituit uentrem, exhaeredauit, in possessionem misit, & similia: quo modo loquendi etiam Cicero utitur. Accipitur quandoque & uox ista *μετρονυμικῶς*, ut cum Iuriconsultus Alphenus, Paries, inquit, ita uentrem faciebat, ut in uicini domum semipedem, aut amplius procumberet: non licet ei ita proiectum habere &c. Videtur sane eleganter Plautus alio modo accepisse in Trinum. nempe *μετρονυμικῶς*, apud quem cum filius absente patre uendidisset domum, & pecuniam uentri gulaeque consumptam tulisset, uicinus senex ait:

Pol opinor affinis noster aedes uendidit:  
Pater cum peregre ueniet, in portu est locus:  
Nisi forte in uentrem filio correpsit.

Sic enim legendum est ultimum carmen, quod in omnibus uulgatis corruptum circumfertur. cum enim filius pro domo pecunias recepisset, quas in uentrem congesserat, si senex reuertens ad aedes suas ire uoluisset, in uentrem filij necesse habebat ire, etenim ille aedes deuorauerat. Fab. Quintil. lib. viii. exemplum metonymiae referens: Ut hominem, inquit, deuorari, cuius patrimonium consumitur. Accipitur quandoque *ἀπλως* pro uentre, ut cum dicimus, Pinguis uenter non gignit tenuem sensum: quod a Hieronymo quadam epistola traditum ex graeco prouerbiali carmine est, *παχὴν γαστήρ λεπτόν ἢ τινὲν νόον*. Difficile esse aiebat Cato ad uentrem uerba facere, qui auribus careat. & T. Quintius Philopœmenem imperatorem sine uentre esse aiebat, quod careret pecunijs, quae nerui sunt belli. In iure Pontificio Ventriloqui dicuntur, qui a daemonibus in se ipsi futura pronunciant: qua de re infra. Graecè uero *εγγαστριμύθοι*, & Pythones, & Euryclei, Aristophani eiusque interpreti in Vespis. supra censui & imaginosos dici Catullo. Est & *γαστήρορ*, id est, uentrale, uas uini Aristophani. Plautus in Asinaria, Casteriam uidetur locum accepisse in nauis, quo uentri operam dent nauatae, & conualescant: sic enim meretrix ad matrem:

Quin si reposui remum, sola ego in Casteria  
Vbi quiesco, omnis familiae causa consistit cibi.

Sic enim legendum, hoc sensu: Tibi quidem sino mater gubernacula, sed tamen si ego cessarem, causa cibi omnis familiae consisteret, id est, cessaret & ipsa: ut iocose dicatur meretrix

reponere remum, & sola in uentrali quiescere, quae amatori copiam sui non facit. Nonius Marcel. Casteriam legit, per mutationem *γάρμα ἀς π κέππα*, quod frequenter fit. Citatur & a Grammaticis Cinnæ carmen:

Lucida consulgent alti Carceria mali.

Fortè Casteria legēdū, uel potius Carchesia.

*Studijs plus conferre oculos, quam aures: et qui sint Exoterici libri. CAP. VIII.*

Quanta diligentia debeat unusquisque studiosus bonis disciplinis operam dare, omnes sciunt: ubi enim intenderis ingenium, ualet: nec unquam ad scholas ascendere auditores debent, nisi prius meditati, & articulo qui disputandus est praeparato: sunt enim aliqui adeo ociosi & negligentes, ut praepotorem quidem attentè audiant, ceterum ipsi deinde domi nihil laborent: nempe auribus duntaxat studentes, non oculis. aduersus hos soleo ego Homericum gryphum proponere, cuius carmina ex xi. Odyss. Verg. lib. Aeneid. vi, sic Latinis reddidit:

Sunt geminae somni portae, quarum altera fertur  
Cornea, qua ueris facilis datur exitus umbris:  
Alter a candenti perfecta nitens elephanto,  
Hac falsa ad terram mittunt insomnia manes.

Etenim ebore dentes repraesentantur, cornu uero oculi. Quae proprijs luminibus a nobis conspiciuntur, ea & certissima sunt, & memoriter facilius tenentur: quae uero auditu duntaxat de ore aliorum percipimus, incerta sunt, & quasi per nebulam nobis inspecta celerius euanescent. Studijs igitur & disciplinis plus cornea pupilla confert, quam eburnei dentes. Et certè apud ueteres hoc hominum genus plerumque irrisum fuit, adeo ut Auditoris nomen in contumeliam transiret: quod a Seneca traditum fuit. M. quoque Cicero lib. de somnio Scipionis, aurium sensum omnium hebetissimum fatetur, & alibi promiscue sapientibus indotisque datū. Sic & Acroamata Graecis, id est, auditiones plerumque in mala patrem accipiuntur, ut merito Iuuenalis:

Semper ego auditor tantum!

Cicero de Finibus lib. v. autor est, duo apud Philosophos fuisse genera librorum, unum populariter scriptum, quod Exotericum uocabatur, quia ad uulgi utilitatem tantum, & quidem de rebus uulgaribus erat: aliud Acroamaticum, quod limatius fuerat, & ab auctoribus cuiusque sectae discipulis suis tradebatur. Vnde *ακροαματικῶν λόγοι* Aristoteles. Hinc in libro epistolarum Augustini epistola ii. Volusianus: Ad familiarē tuam philosophiam sermo deflectitur, quam ipse Aristotelico more tanquam exotericam fouere consueueras. Sic enim legendum, non Esotericam, ut uulgati codices: uel Esotericam, id est, interiorē, ut alij reposuerunt, docti quidem illi, sed tunc aberrantes a scopo, nisi ego fallor. meminit & Aulus Gellius libro xx. cap. iiii.

99



Tres leges in corpore iuris insertas esse, quae adulterinae sint. CAP. IX.

Quinq; loca annotata, quibus Iurisconsulti & ueteres autores aduersus Laurentij Valle traditiones locuti sunt. CAP. X.

l. i. C. de ferijs.

l. i. §. fin. j. cōstit. C.

l. Titius. de oper. liber.

l. Titia cum te flamēto. §. Lucius Titius Meuiam. de leg. 24. j.

IN uulgatis Iustinianici Codicis exemplaribus circumferrur Theodosij Imperatoris nomine constitutio, cuius initium est: Ut in die, quam proculdubio suppositiā arbitror. Primum, quia sita est inter Constantij & Maximiani Caesarum, & aliam Constantini Magni sanctionem: cum tamen testetur Iustinianus, se leges secundum Imperatorū tempora quibusque sub rubricis collocasse, ut ordo temporū constitutionūq; ex ipsa compositionis serie manifestaretur. Atqui hac ratione non debuit eo in loco mediā interferri, cum Theodosius haudquaquam medius inter illos regnauerit, sed multis post annis, & circiter octoginta, ad Imperium perueniret: deinde quod adeo barbara est eius constitutionis phrasis, ut nec illo quidē tempore cōpositam rectē suspicer. Quod contra factum fuerit, omnibus modis, inquit, irritetur. Ego apud ueteres nusquam reperi uerbum, Irritur, pro eo quod dicimus, ratum non habeatur: uox illa Latinis ad canum rabiem iramq; pertinet, non ad infirmitatem. Ratum enim supinum est à uerbo Reor, à quo supino uix est ut credam formari illud uerbū posse, tametsi sciam aliquos recentiores scriptores eo uerbo perinde a latino usos. Demum, quod non parum me mouet, nusquam in antiquis codicibus ea legitur, ut meritò nec Accursius quicquam glossematis eius margini insperferit. Est & alia cōstitutio quae Alexandro Imperatori tribuitur, incipit, Titius. sub rubrica, de operis libertorum. mihi quidem ex eo suspecta, quod Caij nomen seruo tribuit, cum alibi attestati simus, nō consueuisse ueteres, Romanis nominib. seruos appellare, sed Graecis potius, Stichus, Eros, Amphilus, & similia. Verūm cum ea in antiquis codicibus omnibus reperiatur, fatius est nihil mutare, & legitimam sanctionem arbitrari, cum & Caius possit Graeca uox esse, & à terra dicta. Sanē & nuperrimē Modestini lege inseruerunt Parisini impressores quoddam responsum proculdubio adulterinum, & de exemplaribus abradendum. opinor aliquis, qui litem habebat, & à substituto reciproce matrem excludi uolebat, tale responsum commentus est: quod tamen non suo loco posuit, cum in uulgaris pupillariscq; substitutionis tractatu fuerat collocandum. & Pauli Iurisconsulti nomine est abusus, cum illa lex Modestini, non Pauli sit: & ratione utitur saneq; absurda. Et in fratrum, inquit, persona propter fideicommissum substitutio locum habere non poterit &c. quasi directa substitutio impediatur per fideicommissum: ut nescias, improbitatem, an imperitiā istorum magis arguas, qui uiolare hoc modo sacrosanctas leges ausi sunt, impressoribusq; imposuerunt, ut falsa pro ueris excuderent,

**A**Ede, quam conductam te habere dicis, si pensionē soluisti, inuitū te expelli nō oportet, inquit Antoninus Imp. At Laurentius Valla cap. x. cv. hunc loquendi modum ceu barbarum improbat: aedes enim pro domo plurali dūtaxat numero proferē, & nunq; aliter, cū singulari templū significet. Ego pro legislatore nostro in primis Ciceronē laudabo, qui in oratione pro Cluentio, In aede, inquit, T. Annij. Addam & Q. Curtium lib. historiā v. Stabant ad fores aedis. Item: Excubabāt proximi foribus aedis. Idem Valla cap. cxix. damnat Iurisconsultos, qui uerbo Licentia in bonā partem utuntur: ut, Data est illi licentia eundi, redeūdi, inuentariū faciendi, & si qua similia. Sed cum uerbum Licet, in bonam partē accipiatur, cōsequens est, ut idem & de Licentia dicamus. Cicero i. Officiorū: Ut enim pueris nō omnem ludendi licentiā damus, sed eam, quae ab honestis actionibus nō sit aliena &c. quod alijs quoq; exemplis alij annotarūt. Idem Valla cap. clx. Alter de duobus dicitur, Alius de multis, idēq; omnibus notū, licet non omnes rectē utantur. Egregiē & eleganter Valla: sed tamen Caesar grauisissimus autorū, Gallia, inquit, diuisa est in partes treis, quarū unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam Celtae. Cur non, alteram Aquitani, ex ipsius Valle traditionibus: illo sed nōdum tēpore factus erat. Idem cap. lxxiii. Sin, nunq; in prima parte collocatur, sed in secunda: nec in se habet negationem, licet quorūdam talis sit usus, ut dicatur Sin autem, pro eo quod est, Si non: quasi in Sin, aut in Autē, sit negatio. Iustinianus noster ubiq; eo loquendi modo utitur, & ut arbitror, non male: quia dictio Sin, ex cōditionali Si, & negatiua conficitur: unde Sin, accipitur quandoq; pro Si minus, Si nō. Verg. in Iuuenilib. *Donec proterua nil mei manu carpas, Licebit ipsa sis pudicior Vesta: Sin, haec mei te uentris arma laxabunt.* **V**nde & illud Martial. lib. viii. sic legi potest: *Ergo ero Vergilius, sin munera Meccenatis Des mihi, Vergilius non ero, Marsus ero.* Idem cap. lv. Imperiti dictionē Nedum, accipiunt pro non solum. Imō & Cicero accepit, cuius ad Atticū lib. i. x. haec sunt uerba: *Nedum humilium hominū consilia, sed etiā amplissimorū ex euentu &c.* Sed & Seneca lib. iiii. Declamationū: *Adeo nedum currere, sed decurrere uidebatur. Sed & alibi sic ille loquitur, ut non possimus credere, scriptoris uitio deprauatum esse.* **D**e arte Chrysulca: quid sit Ferruminare, uel Ferrumentare: & Plautus in Rudente declaratus. CAP. XI. **V**Lpianus: Si plumbum cum argento mistum sit, quia diduci possit, nō cōmunicabitur:

e l. eadem. C. loc.

f l. fin. §. licentia. C. de iure delib.

l. i. i.

l. i. i. i.

l. v. de rei uen.

l. in rem. §. i. de quacumq; de rei uen.

l. i. de off. de adil. edict.

l. i. de off. proconf.

cabitur: sed si diduci, inquit, non possit, utputa si aēs & aurū mistum fuerit, pro parte uendicari nequaquā erit dicendū. Potuit haec sententia Vlpiani tempore obseruari, hodie forte aliud erit: etenim inuenta est ars, qua Chrysulca aquae uis, aurum à quocunq; alio metallo separari potest: cuius rei quibus pauci sint artifices, uixq; singuli in magnis ciuitatibus: cum tamen separatio fieri possit, apparet nō esse superscriptae rationi hodie locū, sed perinde iudicari, atq; de eo quod applumbatum sit: ut enim Casius aiebat, Ferruminatio per eandem materiā facit confusionē, plumbatura uerò non idem efficit: unde quod applumbatum sit, si abscindatur, ad priorem dominū reuertitur. Utitur autē Iurisconsultus dictione Ferruminandi proprie: metaphoricās enim accipitur pro conglutinare, coniungereq; ut multis exemplis Valla capite cccclxxv. ostendit, & nos alibi docuimus. Plautus quoq; Ferrumentare os, pro claudere, & pertinacissimē silere, posuit in Rudente: *Ni os ferrumentas, habebis plures in tergo tuo Quam ulla nauis longa clauos, ni ego ero mendacissimus.* Quod carmen in uulgatis exemplarib. corruptum circumferit, sicut & aliud in eadē scena: *Quasi murteta iuncis, item ego uos uirgis circumuincia.* Legendum enim Murana, quae in urbem uenalis implicata scirpis deferebatur. **L**ippi an edicto redhiberi possint: quid sit uittanquam Lippo oculo, Plautina carmina explicata. CAP. XII. **S**Olet Accursius noster, cum rem esse manifestā uult ostendere, uti Horatiano pro uerbis: Patet hoc, inquit, lippis & tōsoribus. Dubitatū quandoq; fuit, an lippitāq; morbofi ad edictū aediliū curulium pertineant: & putauerim pertinere: etem lex myopem morbosum esse ait. Est autem Myops, qui minus uidet: quae significatio etiam Lippum cōprendit. Ut tanq; lippo oculo, prouerbialiter dicitur *mur de re*, qua carere non possumus, cum tamen damnosa nobis sit. Elegāter Plautus ad seruos improbos traxit, quos quamuis dominum decipiant, tamen retinet dominus, & ut potest eorum opera utitur, cum ut uelit non possit. Eius carmen est in Persa: *Ego neq; libenter seruiō, neq; sum hero ex sententia, Sed quasi lippo oculo me meus herus uitur: manum Haud abstinere quit tamen, quin imperet mihi, Quis me suis negocijs praeficiat: illic quis est?* Sed & apud eundem in Bacchidibus sic senex loquitur: *Lippo illic oculo seruus est simillimus: Si non est, nolis esse, nec desideres: Si est, abstinere quin attingas non queas.* Sunt autem haec carmina non solum ab interpretibus eius poetā male intellecta, sed etiā uitio exemplarium corrupta. **Q**uae sint Pontones naues Iurisconsultis, quae Orariae Plinio: & l. iij. de off. proconf. declarata. CAP. XIII. **V**Lpianus de off. proconf. id obseruari debere à Proconfulis scribit, ut

ea parte prouinciam ingrediantur, per quam ingredi moris est: Adeo ut Antoninus Augustus ad desideria Asianorum rescripserit, Proconfuli necessitatē impositam, per mare Asiam applicare, καὶ τῶν μετροπολιῶν ἐφεσον, id est, matricum ciuitatū Ephesum, primam attingere. Hunc morē & se obseruasse C. Caecilius Plinius lib. epist. x. scribit, admonetq; Traianū, se Ephesum cum omnib. suis τῶν μαλίας ναυιγασσε. Nunc destino, inquit, partim orarijs nauibus, partim uehiculis prouinciam petere. Quæsitum à me fuit, quae sint Orariae naues. Respondi, non esse uerisimile à Plinio Onerariarum mentionem hic factam: Horariae uerò quae sint, haudquaquam ex autoribus, quos legerim, satis mihi constare. Plautus in Rudente, Horiam pro nauī piscatoria uidetur accepisse: *Salua horia in mari fluctuoso. Et rursus: Quae ego excepi in mari mea opera, labore & rete et horia.* Aul. Gellius lib. x. cap. xxv. quo loco nauium appellationes prosequitur, Lembus, oxia, lenunculi: forte Oriā scribendum. Iulius Pollux lib. i. cap. ix. cum plurimas nauium uoces & ipse indicet, nihil adfert quod ad Horarias pertineat. Ego Orarias, absque aspiratione naues malim intelligere, quae orduntaxat legunt: etenim ab Epheso in Bithyniam euntibus haudquaquā est opus per pelagus uagari, sed sufficit littora summa legere. Sanē sunt & Iureconsultis nostris Pontones, nimirū naues fluminib. trañciendis apparatus. Vlpian. Via cōsummarī solet usq; ad flumen, quo Pontonibus trañciatur. Videtur & eadem ratione sic dici aliae naues ad deportandos milites factae, ut est apud C. Caesarem cōment. iii. de bello ciuili: *Græci πόνεα, uel πορθύεα uocant.* quo sensu & apud Apuleiū uox haec inuenitur. **I**us Digestorum cum Codice conuenire, saluis quibusdam constitutionibus, quae in consulatu Paulini additae sunt: demonstratūq; quomodo discerni haec possint. CAP. XIII. **C**um maxima iuris nostri intelligendī difficultas in eo uerfēt, ut si qua simul pugnare uideantur responsa, rectē concilientur: contingit plerunq; ut nostrates Doctores in tra illud praesidium confugiant, ut aliud iure Digestorū proditum dicant, aliud secundum constitutionū Codicem deinde inductū: elabunturq; hoc modo sapissimē, & ius uetus à nouo correctū fatentur. Sed huiusmodi concordiam haud facile ego admiserim, qui sciā id in primis curae Tribuniano collegisq; fuisse, ut cum Codice Iustiniani cōcordarent Digestorum responsa. quod si qua erant, quae aduersari uiderentur, potius immutata in Digestis fuisse, ut uterq; liber unam in cōsonantiam redigeretur. Igitur sciendum est, Iustinianum Imp. anno CHRISTI DXXIX. ad Imperij fastigium adsumptum fuisse: is regni sui anno tertio ex tribus ueteribus Codicibus suum nouum Codicē componi iussit,

l. fin. de ser. r. sic. praed.

l. j. §. sed hoc studiosum. C. de ueteri iur. enucl.

a ij. constit. C. in fin.

ediditq; xvi. Caleñ. Maij consulatu Decij<sup>2</sup>: deinde intra quadrienniū, id est, anno Imperij sui vii. quinquaginta Digestorū libros pari cura enucleatos promulgauit, idēq; xvii. Caleñ. Ianuarias, Iustiniāno ipso tertio Consule designato: quo tempore intra xi. menses iussit deinde Institutiones quoq; confici, quas xi. Caleñ. Decembris tertio suo Consulatu edidit. Demū eodem anno iussit Codicem iterū emendari, & plures leges in eo inferi, & præsertim quinquaginta decisiones, ex quibus aliqua erant, quæ priores leges corrigebant: appellauitq; repetitam Codicis editionem<sup>b</sup>, quam uoluit ex die iiii. Caleñ. Ianuarij se quartū, & Theodoro Paulino Consulibus, uim & effectum obtinere. Igitur cum Iustiniānus concordasse Codicem suum cum Digestis fateatur, quisquis uelit asserere subesse correctionē, oportet ut id ab una ex quinquaginta decisionibus, quæ ultimæ editioni insertæ sunt, esse factum ostendat: priores enim constitutiones cum Digestorū iure concordabant. qua in re duas ego soleo conclusiones ponere. Prima: Constitutiones quas in Institutionib. fatetur Iustiniānus suo Codici inseruisse<sup>c</sup>, cum iure Digestorum concordent, nec ex quinquaginta sunt. Altera: Constitutiones quæ quatuor illis post primā editionē annis interim factæ sunt, possunt ius uetus emendare, & in illis quinquaginta computari: harum notitia ex eo accipitur, si ad finem adscriptum sit, datas Lampadio & Oreste Consulibus, uel post Lampadij & Orestis Consulatum semel, aut iterum, uel iiii. aut iiii. Iustiniāni & Paulini Consulatu. Hincq; ostenditur, multū referre, si quis Consules adscriptos constitutionib. habeat, quod in antiquis Codicibus pleriq; adhuc extat. Illud quoq; non omittendum censui, quarundam constitutionum à se factarū meminisse in Institutionib. Iustiniānū, quæ tamē hodie in Codice suo nō reperiantur<sup>d</sup>: sed id uitio librorū contigit, qui quod græcē scriptæ essent, eas minus intellexerunt, nec descriperunt: qua ex causa arbitrator & Zenonianam constitutionem desiderari, cuius ipse Iustiniānus meminit titulo de Exceptionibus.

b l. j. C. de emē. Cod. iust.

c Instit. quib. mo. toll. obl. §. pe. & de S. C. Tertull. §. sed nos. & de pupil. §. quæ ratione.

d §. sed nostra. Instit. de succ. liber. §. incertam. Instit. de leg. §. sed cum. de S. C. Tert. & Instit. de bonorū possess.

*Nihil usuræ, aut eius quod interest nomine, supra duplum exigi posse: nouus intellectus ad l. j. de sent. quæ pro eo quod interest prof.*  
CAP. XV.

**C**um propter bella attriti essent Asiæ redditus, æsq; alienū maximē auctum, M. Lucullus ea forma fœneratorū auaritiā & uoracitatem moderatus est, ut supra duplum nihil solui permiserit, debitoresq; absoluerit, qui tantundē usuræ nomine soluissent, quantum fors ipsa esset: ut si, uerbi gratia, mihi centum argentarius mutua dedisset, egoq; singulis annis ei usuras centesimas, id est, xii. soluissem, idēq; per xvi. annos, octo reliquis illi restitutis, essem omnino liberatus: iam em̄ c. habuerat, Cuius summi uiri iudicium, &

Plutarchus in eius uita laudat, & posteriores principes sunt imitati: ex quibus M. Antoninus generaliter id constituit<sup>e</sup>, ut alibi sumus testati, & Iureconsulti nostri non uno in loco approbarunt. Paulus<sup>f</sup>: Quod in singulos, inquit, dies in stipulatum deductum est, ad finem centesimæ non ultra duplum debetur. Ulpianus<sup>g</sup>: Supra duplum usuræ, & usurarum usuræ nec in stipulatum deduci, nec exigi possunt, & solutæ repetuntur, quemadmodum futurarum usurarum usuræ. Accursius hac re non sat intellecta, dictionem Centesimæ, in Pauli respōso alieno loco transposuit, aduersus ueterū codicum fidem. Sanē hanc iuris ueteris constitutionē Iustiniānus noster adeo approbauit<sup>h</sup>, ut insigniter eam auget: & in primis ab eo sancitum est, ut etiam particulares solutiones in id duplum imputentur, ut in Nouellis suis apparet, const. c. xxi. & c. lx. Rursus idem uoluit, ut quod de usuris traditum est, ad id quod interest quoq; extenderetur<sup>i</sup>. Sancimus, inquit, ut in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem, uel naturam, ueluti in uenditionibus & locationibus, & in omnibus contractibus, hoc quod interest dupli quantitatem minimē excedere & c. Finge ergo: uendidisti mihi fundū c. aureis, habita de precio fide: ego nō solui, sed interim fundum per xxx. annos possedi: petis id quod tua interest, probasq; singulis annis vii. aureos potuisse te percipere, ideoq; sortem ipsam centū aureorū petis: & rursus ducenta decem, pro eo quod interest: sanxit Iustiniānus, me liberari, si omnino c. c. solua. Impute enim creditori, qui tandiū cessauerit ut usuræ ipsæ sortem excederent: etenim si nis aliquis huiusmodi accessioneib. fuit imponendus, qua ratione cum in fide nominum, quæ per syngraphas Cambij, ut uulgō mercatores uocant, constituunt, idem casus contingisset: respōdi, nō ultra duplum sortis quicq; peti posse, & usurarū usuras, repetitasq; syngraphas non obstare: quin quod etiam particulariter solutū esset, duplo imputaretur: id enim legū uerba expresse indicant, licet non satis à nostratibus hæctenus intellecta.

*De seruilibus nuptijs: quid sit apud Plautū Lex quina uicenaria, in Pseud. & lex Barbarica, in Capt. & lex Talaria, in Mil. & lex Coniugalis, in Stich. & pleraq; de rusticitate atq; barbarie ueterum Vmbrorum.*  
CAP. XVI.

**C**um minor ætas multis fallacijs atq; captationibus subijceret, lata antiquitas fuit lex Latoria, quam Q. Latorius tulit, ne quis adolescentes in contractibus deciperet. Proposuit deinde edictū Prætor, quo quod cum minore natu, inquit, xxv. annis gestum esse dicitur<sup>k</sup>, utiq; quæ res erit animaduertā. Existimatumq; deinde est, tali edicto satis prouideri minoribus, ne qua in re decipi possint, cū prætor se animaduersurū promittat. Plautus in Pseud. legem quinam uicenariam memorat, quæ nō sinat pecuniam à danista mutuò

e l. usure. C. de usu. §. lib. j. ca. pite xxxij. f. l. nihil. de nau. faeno.

g l. si non sortē. ad prin. de cōdict. indeb.

h l. penult. C. de usur.

i l. j. C. de senten. quæ pro eo quod interest.

k l. j. ff. de mino.

tuò adolescentibus dari: sic enim loquitur apud eum adolescens:

*Perij, an non tum lex me perdit quina uicenaria? Metuunt credere omnes.*

Refertur autē, ut ego arbitrator, ad xxv. annos, intra quod tēpus fas nō erat credere minori. Sed fortē Plautus à poëta aliquo græco id accepit, unde comœdiā illam transfulerit, quod plerunq; solet facere, sicut & in Casina. Iure nostro constat matrimoniu inter ciues Romanos & liberos duntaxat esse<sup>a</sup>: seruos uerò haudquaqu posse in matrimoniu conuenire<sup>b</sup>. At in prologo Casinæ, quem Apulus aliquis Comœdus Plautinæ fabulæ præfixit,

a Instit. de nup. in prin. b L. cum ancillis. C. de incestis nupt.

*Serui, inquit, nec uxorem duceant aut possent sibi? Nouum attulerunt, quod sit nusquam gentium. At ego aio hoc fieri in Græcia & Carthagini. Et hic in terra nostra Etina in Apulia. Id ni sit, mecum pignus si quis uult dato in urnam mulsi, &c.*

Apparet enim Comœdum illum Etinatem fuisse, qui populus est in Apulia, ut est apud Pli. lib. iiii. cap. x. Offert autem pro uadimonio pignus in urnam, id est, usq; ad urnā mulsi: qui locus in uulgatis codicibus corruptus est, & ab interpretib. nō rectē declaratus. Sanē, & hodie iure Pontificum<sup>c</sup> approbatæ sunt seruiles nuptiæ, citra tamen domini fraudem. Apud eundem Plautū est & legis barbaricæ mentio: siquidem in Capt. parasitus conquirens cōspirationē adolescentiū in se factam, ne quisquam eum inuitaret ad prandium:

c c. j. de coniug. seruo.

*Nūc barbarica, inquit, lege certū est ius meū omne profequi Qui consilium iniere, quo nos uita & uictu prohibeant. His diem dicam, irrogabo multam &c.*

Appellat autem barbaricam, id est, Romanā: ut alibi in Asin. Marcus uertit barbarē, id est, Latine. Intelligit autem legem maiestatis latā aduersus eos, qui consilium inissent, quo populus Rom. uita aut uictu prohiberet: cuius Varius auctor fuit, & deinde Iul. Augustus, unde lex Iulia maiestatis dicta. Hinc in Casin. idem Plautus barbaricū ritum in mensis, Romanū intelligit, & frugalem: ita enim Græci, apud quos fabulę fingunt, agi Romanos uocabāt: qua ratione Plutarchus in Symposijs Vmbrica cōuiuia, pro parcissimis accipit, ut ego interpretor, quibus duri & castrenses cibi solum adsumantur, & nec hi quidem quantum sufficiat. Nota est enim Vmbrorum feritas & durities. Idem in Mil. Post Ephe si sum natus: non enim in Apulis, nō in Vmbrā. Ouid. lib. iiii. de arte amandī:

*illa uelut coniunx Vmbri rubicunda mariti.*

Contrā Romani ipsos Græcos ceu uentri & gula deditos reprædebant: unde uerbum Pergæcarum, quo nomine Græcos qui in Italia agebant, solebant notare, ut Sybaritas, Thurios, Tarentinos, à quibus Italicam mensam in epistolis Platonis pro luxuriosa dictā accepimus. Hinc & mores Malsilienses, pro mollibus, & effœminatis, si Athenæo credimus, & Suidæ. Vnde prouerbium, Nauiges Malsiliæ: itemq; E Malsilia uenisti. Idē Plau-

tus in Milite etiam Talaria legis meminit, sic sumptuariam appellans: qua cauebatur, ne quis in cōuiuio talos haberet. Horatius: Vedita legibus alea. Idem & bibendi legē in Sticho tradit græco carmine:

*Καὶ πῶτε πίνε, καὶ τρεῖς πίνε, ὃ ἡμῶν ἔσται.*  
Id est, & quinq; bibe, & tres, & semiquatuor: ut scilicet decem cyathos bibat, quot literis cōstabat amicæ nomen, nempe Stephanion. Martialis:

*Nouia sex cyathis, septem Iustina bibatur.*  
Vnde supra dixerat, Tot, quot digiti sunt tibi in manu. Erasmus Roter. Chiliad. ii. centuria iiii. & ante eum Hermol. Barb. lib. iiii. corollarij, qui hoc carmen ad modū diluendū aqua uini ex Athenæo interpretant, nō satis mihi ad Plautinū sensum uident accessisse: & potuit Plautus illud arbitrato suo inuertere, & ad suū sensum trāsferre, & pro ἡμῶν ἔσται, ἡμῶν ἔσται scribere. acutior eruditiorq; igitur eorum est interpretatio, quā uerior.

*Alpheni responsum ex Aristotelis Politicis, Plutarchiq; traditionib. declaratū.* CAP. XVII.

**E**legans est Alpheni quæstio, quomodo mutatione aliquorū iudiciū, dicatur mutari iudiciū<sup>d</sup>: aitq; nō censerī mutatū: nam & legionem eandem haberi ex qua multi decessissent, quorum in locum alij successi essent: & populū eundem hoc tempore putari, qui ab hinc centum annis fuisset, cum ex illis nemo uiueret. Itemq; & nauem, si adeo sæpe resecta esset, ut nulla tabula eadē permaneret, quæ nō noua fuisset, nihilominus eandē esse existimari. Quæ sanē sententia & Aristotelicæ conformis est, nisi quod Aristoteles libro ciuilib. cōuersationis iiii. cap. ii. censet adhuc distinguendum: populū quidem eundem esse, sed tamen nō censerī eandem ciuitatem, quoties mutata esset reipublicę gubernandæ forma atq; ratio. Nam si Ciuitas, est societas quædam ciuium: uariata societatis ratione, consequens est & ipsam uariari: sicut & Chorū alium esse dicimus, dum Tragicus est, quā dum Comicus, etsi ijdem sint homines. nam & Harmoniam aliam esse dicimus modò Doricam, modò Phrygiam, quamuis earundem uocum sit. Qua ratione putauerim ego, si propter successos iudices mutatus sit procedendi modus, ut quia prius ordinariē, nunc autem summarie ageretur, non uideri idem esse iudiciū: sicq; Alpheni cōclusionem limitari. Rursus eadem ratione limitari, cum iudex non in eadem, sed diuersa instantia est successus: etenim tunc quoq; dicitur uariari agendi modus: unde qui promittit iudicatum à Sempronio solui, post prouocationē ab eo factam erit liberatus<sup>e</sup>. Sed & in ijs, quæ personæ coherent, haud mihi fit uerisimile, mutatis personis eandē rem censerī: unde si cōlegiū fabrū cōpromiserit, adiecto iureiurando: qui defunctis subrogati sunt, si contrafaciant, non censebuntur perituri, ut alibi disputauit<sup>f</sup>. Sed quid in pœnis

d l. proponenda. tur. de iudi.

e l. penult. ff. iud. sol.

iii

f l. si quis maior. C. de transact.

iiii





& Augustini sententiā sequi, quam ille duobus in Pollentiū libris tutatur. Nam & quod de usuris dicitur illud Evangelicū, Mutuum dantes &c. ueteres consilium ad perfectiorē uitā præsūtū interpretabant: & ideo Nicēna synodus nō generaliter de omnibus loquitur, sed de clericis tantum: cuius uerba sunt cap. XVIII. Quoniam multi clerici avaritiæ causa turpia lucra sectantes, oblitī sunt diuini præcepti, quo dictum est, Qui pecuniam suam non dedit ad usuram &c. fœnerantes centesimas exigunt: statutum est, ut eijciantur à clero, & alieni ab ecclesiastico gradu habeantur. Atqui si laico quoque uetitum intelligeret, non sufficiebat hæc pœna. Diuus Hieronymus Ann. Senecam in sanctorū catalogo reposuit, & continentissimæ uitæ hominē appellat: & tamen is de se, cum uerba ad Nerone faceret, ut est apud Cor. Tacitū, Tantis, inquit, agrorum spacijs, tam lato scenore exuberat. At deinde Gregorio, Clementi, alijsque pontificibus placuit, locū Evangelicū ad præcepti necessitatē trahere. Arbitror rectē, & summa ratione factum: sed non ideo tamen repræhendendum Iustinianum, qui seculi sui sapientia contentus, non ultrā cogitauit, sed conuenientes temporis leges proposuit. Videmus ueteri canone, quo Telesphorus ieiuniū quadragesimale induxit, id solis clericis iniunctū fuisse: adiecto, quod discreta debet esse clericorum & laicorū uita: & tamen ecclesia deinde ad seculares quoque ampliationē (sic enim Telesphorus appellat) produxit. Videmus rursus, iure ciuili nostro legitimas non fuisse nuptias, quas filijfam. inconsulto patre celebrassent, secundū quam legem uiuere omnes usque ad Euaristi pontificis tempora, qui & ipse interrogatus epistola sua cap. II. respondit hæc nuptias non ualere: & tamen aliud deinde successioribus ipsius uisum est: nec in matrimonio, utpote spiritali re, ad patriæ potestatis uinculum attendi. Sed nunquid hodie posset Rom. Pōtifex, uel ecclesia aliter statuere, & Iustiniani leges approbare? Et puto posset, quantum scilicet ad diuortia attinet: quia receptū est, posse Pontificem aduersus ius diuinū, quod non adeo certum indubitatumque est, quin uarias interpretationes habeat, dispensare. Quod uerò ad fœnus attinet, fortē non posset: quia cum fœnus exigere peccatū sit, non potest dispensare Pontifex, ut quis peccet. Sed hæc Pontificijs Theologisque relinquamus.

An Materteræ appellatione contineatur Matertera magna: & Teli aculeus: & Sanguinis appellatione omnis cognatio: tria Ouidij in Ibin locuta explicata. CAP. XXI.

Libet in præsentia tres Ouidianos in Ibin locos ex tribus iuris nostri axiomatibus explicare: nō quod incuriam Grammaticorū qui eum autorē interpretati sunt, libenter detegam: sed quod in publica studiorum causa nullo modo præuaticandū censeam. Dispu-

tant Iurisconsulti nostri, an lex de Patruo, de Matertera, de Amita loquens, ad Patruū magnum, Materteram, Amitam magnas sit producenda: & negat produci, nisi fauor aliquis id suadeat. Lex ergo quæ fœminas in successioneibus excludi à patruo iubeat, non excludet neptem fratris mei, cui ego patruus sum magnus. quod si aliqua coniectura contrarium persuadeat, aliud erit. Ouid. in Ibin:

Aut Iouis in fello telo feriare trifulco, ut fatus Hipponi, Dosthoesque pater.

Intelligit autem Campanē ducem ad Thebas, qui Hippono patre natus traditur Pausaniæ libro IX.

Ut soror Autonoes, & cui matertera Maia est.

Hic intelligit Semelen, cui Maia fuit matertera, sed magna: etenim Maia & Electra sorores Atlantis filia fuerunt: at Electra filia fuit Harmonia, quæ ex Cadmo Autonoen, Semelen, Ino peperit: quod & à Pausania traditum est. Potest tamen etiam legi, Ut cui matertera &c. & de Oenomaio, uel lasio intelligi. Oenomaus Martis & Steropes Atlantidis filius, cuius domus fulmine arsit: unde Ceraunij Iouis ara in Olympiā dicitur, ut idem Pausanias lib. v. ait. Sed & lasius traditur Electra filius, quem Homerus Odys. II. scribit fulmine interemptum: qua de re & Apollonij interpres primo Argonauticōn. Rursus Telum diffiniunt Iurisconsulti, esse omne quod mittitur manu, adeo ut etiam lapis teli appellatione contineatur: quod ex Xenophon tis expeditionis Cyri lib. v. autoritate Caius tradidit. Ego teli appellatione etiā aculeum illum contineri arbitror, quem τρυγών, id est, pastinaca marina iniicit, & piscatoris manum ueneno percutit. Ouidius:

Ostibus inq. tuis teli genus hæreat illud, Traditur Icarij quo cecidisse gener.

Intelligit autem Vlyssēm, qui eo genere mortis obiisse dicitur, ut est apud Nicandrum in Theriacis:

— λόγος τε μὲν ὡς πῶτ' ἄδ' υἱὸς ὄντος, ἐφθιτο, λθυγαλίοιο τυπέϊς ἀλίη ὑπὸ κνήμῃ.

ut quod Nicander κνήμῃ dixit, Ouidius telum appellat: & quod ille λόγος τε, Ouidius, traditur. etenim nō eadem de eius morte scripserunt autores: sed Ouidius Nicandrum sequi maluit. Rursus disputat nostrates, quæ sint nomina Cognationū, & qui in fidei commissis contineantur, puta appellatione Familiæ, Stipis, Sobolis, Generis, Gentis, Sanguinis, & similia. At Ouidius generaliter sanguinem pro descendentibus & propinquis omnibus uidetur accepisse, cum inquit:

Lapsuramque domum subeas, ut sanguis Alebæ Stella Lycorite cum fuit æqua uiro.

Intelligit enim Simonidem Ceium ex Iulide melicum poetam, qui cum in Cranone apud Scopam Thessalum cœnaret, Castoris & Pollicis beneficio ab imminente aurostano (id est, conclaui) ruina liberatus est, ut est apud M. Ciceronem de Orat. libro II. Valer. Max. & Fab. Quintil. Suidamque. Appellat autē Tyn-

m Doct. l. j. c. de suc. edic.

II

n Instit. de pub. iud. §. fin. l. f. calūnietur. §. telum. de uer. signif.

III

o l. fi. C. de uer. signif.

daridas stellam: ipsum uerò Lycoriten, à Lycoria pago Delphorum, cuius Callimachus in III. & Stephanus meminere, tanque Apollineum, quia melicus fuit poeta. Sanguinē uerò Alebæ intelligit Thessalos, ab eorū rege: unde & Alebadæ dicunt Sophocli, Pausaniæ lib. III. & Satyro historico, cuius uerba refert Athenæus lib. XII. ἡ δὲ Πηλία δὲ ἰπποστρόφων καὶ ἡνιοχῶν ἦν ἀλδουαδῶν ἰππινωτότερον. Itemque Pindaro in Pythijs Ode X. ἀλδουαδῶν παῖδες δὲ. Vnde supra idem Ouidius:

Quosque putas fidos, ut Larissæus Alebas, vulnere non fidos experire tuo.

Quib. uerbis apparet cæsum eū à suis fuisse.

In singulari certamine nō semper fieri interpretationem aduersus eum, per quem stetit: & Homeri monomachia declarata: itemque Vergilij, lib. V. CAP. XXII.

Quoties controuersia aliqua inter milites, qui sese singulari certamine prouocant, suboritur, ea plurimū solet ex denunciationis ipsius, seu chartulæ uerbis finiri. Etenim sicut in iudicijs ciuilibus maximè ad libelli conclusionē respici constat, ita in huius generis contentione. ad formulam prouocationis est attendendum. Sed dubitari quandoque cōtingit, an in ea sit locus iuris ciuilibus regulæ, qua traditū ab antiquis fuit, Ei per quem stat quo minus actus perficiatur, imputari, ut quod ad damnū eius attinet pro perfecto sit. & uetus fuit controuersia ex Homeri lib. III. Iliados carmine, apud quem Paris πειραλίς & πάντας ἀείσας. Idemque Hectori mandauit ut Menelaum suo nomine prouocaret:

— Ἄμφ' ἐλθὲν, καὶ κτήμασι πῶσι μάχεσθ', ὀπισθόθεν δὲ με νικήσῃ, κρείσσων τε γρηνοί, κτήμασ' ἐλθὼν δὲ πάντα γυμναίε τε. Proque Helena, rebusque Helena certamen inire, ut qui victor erit pugnae, potiorque fruatur coniuge, tum gazam simul illius auferat omnem, Et belli sit finis.

quod Hector fecit: cumque congressi essent, & inciperet Paris esse inferior, ope Veneris circumfusa nebula ereptus est: atebantque Graeci reddendam Helenam, quod scilicet uicisset Menelaus, præstantiorque apparuisset, licet fuga euasisset perduellis. Sicque apud Plutarchum lib. Symposiacōn. I X. Sospis philosophus disputat. Vnde & Iupiter, νικη, inquit, μὲν δὲν φάνετ' ἀρπυγιάσ' ἀλδουαδῶν. At eodem loco apud Plutarchū aliter disserit Glaucias: Etenim, inquit ille, semper in Senatufconsultis, legibus, contractibus, confessionibus, ad uerba, quibus conclusa sunt, est maximè aduertendum. Licet autem & Paris & Hector in ipsius pugnae proludijis eis uerbis usi sint, tamen in fœdere & iureiurando, quo inter Paridem & Menelaum cōuenit, & cui Priamus tanquam pater autoritatē suam interposuit, aliter cautum fuit:

Ἐὶ δὲ κ' ἀλέξανδρον πῆνεν ξανθὸς μολέλασ', πῆμασ' ἐλθὼν δὲ πέντε, γυμναίε τε οἴκα δ' ἀγέδω, Ἐλαυς Alexandrum si interficiat Menelaus,

Res habeat, Helenamque suas deportet in aedes. Vnde cum Menelaus eū nō occiderit, haudquaquam conditio iuramenti euenit: merito Hector, ὄρκια, inquit, μὲν κρονίδης ὑψίστου & κ' ἐδελείσων. Fœdera sed iussit Saturnius esse caduca. Ex alto hæc trutinans.

Verum itaque est, uictorem fuisse Menelaum: sed id actum non erat, ut opes & mulier uictori restitueretur, uerum ei, qui perduellem occidisset. Quo apparet, haudquaquam supra scriptæ iuris ciuilibus regulæ hoc casu locum fuisse, qui non secundum ius ciuile, sed naturale potius dirimitur, & in quo à simplici uerborū forma recedendum non fuit. Nec quicquam facit, quod alia conditio fuisset prius per Hectorē proposita: quia ex formula postremi fœderis apparet ab ea discessum fuisse, cum semper posteriora derogent prioribus: idem Plutarchus sentit, & uero propius est. Alius quoque est hac in materia casus ad supra scriptam regulam pertinens, quem P. Vergilius lib. Aeneid. v. attingit: apud quem in certamine cursus Euryalus Salium superauit Nisi collusoris dolo, qui lapsus cum uideret primas se tenere non posse, sequenti Salio se opposuit, ut Euryalus qui tertius erat, promicaret: uideret enim dolum Nisi alteri prodesse non debere, & Salium, per quem non stetit, pro uictore esse: & tamen maximus poetarum contra censuit: Palmam, inquit, mouet ordine nemo. Tantiusque fuit eius autoritas, ut Papin. Statius lib. VI. Thebaïdos, & Silius Italicus lib. XVI. in aliorū persona idem fenserint: uterque enim imitatus est illis in certaminibus Vergilium, sed ut res ipsa indicat, satis infelicitate, & longo post ipsam intervallo: ut mirum sit, uoluisse eos tam pertinaciter sequi, quod assequi non poterant uel ipsis iudicibus. Sanè quibus rationibus, & quidem iuri nostro consentaneis, statuerit id Vergilius, alibi à me traditum est.

Quid sint prolata, seu res prolatae, Plauti carmen explicatū: item Corn. Tacitus, necnon Modestini responsū. CAP. XXIII.

Modestinus libro Responsorū v. ita scripsit: Aurelio Sempronio fratri meo: subaudi, salutem. N. id est, nomen, puta Titium uel Seium molestari nolo nomine debiti, nec exigere te aliquid ab eo quandiu uiueret, neque de sorte neque usura nomine debiti: & absoluo eum, & libero ex pignoribus etus domum, & possessionem cum prolatis. Sic enim legendum est, licet uulgati codices corrupti circumferantur, maximè uoce in illa, Cum prolatis: etenim alij Causa perlata habent, alij Caprelatam, alij Cupellatam: interpretanturque omnes nomen illud possessionis esse. cum enim non intellexerint quid essent Prolata, seu res prolatae, facili ueterem scripturam immutarunt. & pro arbitrio quibusque nouam subiecit. Vocantur Prolata, res quas paterfamilias ex urbe rus aduehit, ut

b d. l. iure ciuili.

c l. ita stipulatus. de uer. oblig. l. pacta no uis. C. de pactis.

d l. fin. in prin. de eo per quod fact.

e l. in executione. §. final. de uerb. oblig.

f l. Aurelio. de lib. leg.

a xliij. q. j. quod debetur.

b c. j. extra de usur.

c Psal. xliij.

d iij. dist. statumimus.

e Epist. sua. ca. j.

f l. Paulus. de statu ho. Instit. de nupt. §. j.

g xxx. q. v. c. j.

h xxvij. q. ij. c. sufficiat.

i gl. c. ex publico. de conuer. coniug.

k Doct. c. que in eccl. de con sit.

l Alex. consil. j. & ij. & cv. libro xx.



usui sibi dum rusticatur sint. Pignorauerat autem debitor ille non solum domum, & possessio nem ipsam, sed etiam res prolatas, id est, quas ex urbe eò aduexerat. Plaut. in Captiuus:

Vbi res prolatae sunt, cum rus homines eunt, Simul prolatae res sunt nostris dentibus. Quasi cum calet cochleae in occulto latent, Suoq; succo uiuunt, ros si non cadit: Item parasiti rebus prolati latent In occulto, miseri uictitant succo suo. Dum ruri rurant homines quos liguriant, Prolatis rebus parasiti uenatici Sumus: quando rure redierunt, molosfici, Odiosiciq; multumq; comedistici.

Et haec quidem Plautus supra scripto loco, licet eius carmina non sat correcta uulgo circumferantur. Cor. Tacitus lib. II. Res eo anno prolatas haud referre, ni operae precium foret &c. ut absente principe senatus & equites possent sua munera sustinere &c. quod enim Tiberius discessurus erat, Gallus Asinius actui rerum temporis illud eximendum censebat: igitur res dilatae fuerunt. Martial. lib. IX. Innuis isto Quod tibi prolatae est mane supercilio.

Quo remedio consulatur, cum in interdicto neutra partium actoris partes uult sustinere: & intellectus ad l. penult. de aqua quotid. CAP. XXIII.

Paulus sententiarum lib. V. Si de uia, inquit, itinere, actuq; & aquaeductu agatur, huiusmodi cautio praestanda est, quamdiu quis de iure suo doceat, se non impediturum agentem, & aquam ducentem, & iter facientem. quod si neget aduersario ius esse agendi, aquam uel ducendi, cauere sine praedictio amittenda seruitutis debet, donec quaestio finiatur, non se usum. Vifa est lex haec interpretibus nostris ualde obscura: recepta tandem ea fuit expositio, ut in prima parte iudicio possessorio ageretur, isq; qui seruitute afferebat, possideret: in secunda uero petitorio ageretur, & qui libertatem afferebat, ipse possideret: ut merito cautio semper pro eo interponatur, qui possidet, ne interim inquietetur. Sed hic sensus non multum uerbis Pauli conuenit, cum neutra in parte mentio sit possessionis: quae si totum hac in re faciebat, cur omisit? Sed & in ultima parte agi negatoria actione, uerisimile non est: cum non in libro interdictorum, sed in seruitutum tractatu, si seruitus uendicetur, collocari legem hanc fuisset satius. Ego in interdicto uiae, itineris, actus, aquae ducendae, scio praescribi, seu excipi posse, si non ui, clam, precario a me possideres: cum ergo ire, agere, aquam ducere uelles, quia hoc anno iueras, duxeras: egoq; ui, clam, precario te fecisse contenderem, nec satis constaret iudici quid uerum esset, quia neuter nostrum litem contestari uolebat, & rixae timor subesset: quaesitum fuit, quae iudicis hoc casu partes essent? & proditum est, uarijs remedijs prouideri: & potest possessio nem sequestro tradere, & partibus cominari, ne ad eam accedant antequam cognouerit, 4

potest etiam extra iudicium ipse testationes aliquas huius rei perscrutari, ex quibus discernat, quem uelit actoris uel rei partes sustinere: quod summarissimum possessorium aliqui appellant. Ego aliud remedium hic proditum esse arbitror: ut ei, qui primus se adiuerit, praetor faueat, & aduersarium ad cauendum compellat, ne eum inquietet: interim scilicet, dum cognoscat, uter in interdicto potiora iura habeat: ut si tu adiueris, cogat me secundum primam legis partem cauere: si ego praecoccupauero, cogat te secundum ultimam formulam promittere. Nec me mouet, quod praecoccupatio ad praetorem tanti momenti esse non debeat, quia tenuissimi res haec uidentur esse praedictio, cum de iure partium, aut etiam possessione, respectu interdicti nihil mutetur, sed duntaxat consulat, ne interim pendente iudicio rixae orientur.

Variae species capitum indumentorum: quidq; sint Bombycina & Sericea uestes, apud ueteres: quid lana lignea, quid Metaxa, quid Alabastricus: multae leges declaratae. CAP. XXV.

Legauerat quaedam mulier omnia uestimenta sua: ea habebat fasciam sericam margaritis consutam, qua caput colligari posset: quaesitum est, an legato cederet? Respondi, Non cedere, quod huiusmodi uitta ornamentum potius, quam uestimenti nomine censetur: siquidem Iuriconsultus Vlpianus, Ornamentorum, inquit, haec sunt, uitta, mitra, semimitra, reticula, crocophali. Significat autem Crocophalos discriminale rubrum, quod capitum ornandi causa gerunt mulieres: Graeci κατὰ γυαλαγυλι κερυφάλοισι uocant: nam & φαλα etiam caput ab eis dicitur. Potest & metaphoricus corymbus dici, sicut ego legendum censeo, non crocofascia, ut uulgati codices habent, uel, ut aliqui ueteres, crocophanta: quauis κροκοφάντης η̄ κροκοφάντης hoc sensu acceperit Hesychius. sed & Paulus Silentarius lib. epigram. VII. cecryphalis obstringi turritam comam mulierum ait, quae nihilominus tamen uideri possit. alibi λιθοπλάτας appellat, quasi lapillorum concussores, ut appareat gemmas adijci ijs solere. Sed certe supra scripta quaestio clarius eiusdem legis uerbis deciditur, dum inquit Vlpianus, Vitte margaritarum, item fibulae, ornamentorum magis, quam uestis sunt: sic enim legendum, non ut uulgo habet, uice margaritarum, tanquam haec sit appendix praecedentis clausulae, Tegmenta subselliorum huic legato cedere uice margaritarum: quid commune habet margaritae cum tegminibus, subselliorum? Sunt autem in eo loco pleraque uocabula corrupta, quale illud inter uasa unguentaria Labarioristos: legendum enim diminutiuum forma Alabastriscus. est enim Alabastrus uas olearium, & ἄποθεκος uas unguentarium, seu olfactorium, quod inter myrothecia sua solent habere mulieres. legunt aliqui, Lauatio riscus. Atqui Riscus, cuius apud Terentium fit mentio, nihil hic ad rem prorsus faceret. Caeterum

e l. liber. in fi. de lib. caus. l. mo. c. cum uenissent. de instit. Paul. Cast. con. fil. iij. uol. ij.

g s. penult. insti. de inter. & s. retinenda. in glof. h Bald. l. ij. col. ult. C. de epif. audien.

i l. argumento. de aur. & argen. leg.

Caeterum mirum est, a Iuriconsulto nec Birri, quo interdum omnes pro tegmine capitis utimur, nec Ascophaliae, seu, ut uulgo loquimur, Scophiae, quae noctu nobis usui est, ullam fieri mentionem. nec enim recte utrumuis sporum ijs uocabulis appellaueris, quae hic describuntur, puta uitta, capitia, mitra, mitella, semimitra, reticula, cecryphali, pileus, fascia crinalis. sed nec quae alij autores de capitis uestimentis adducunt, uidentur conuenire: qualia sunt petasus, cucullus, tiara, calyptra, galericulus, diadema, nimbus, capital, capitulum, quod uulgo capitulare, flammeus, tutulus, ricaricinum, mafurtium: ut omittam & graeca quae apud Iul. Pollucem, atq; Athenaeum leguntur. Cogitandum itaq; nec enim difficilis est quaestio nis huius dissolutio. Ibidem: Vestimentorum, inquit Vlpianus, sunt lanea, linea, serica, bombycina: interpretaturq; Accursius bombycina esse, quae fiunt ex bombasio. atqui Iureconsultus aliter hanc uocem intellexit: siquidem uulgaris sermo Bombasium uocat a similitudine bombycum lanuginem, quae ex pomo fruticis cuiusdam apud Arabas, & eos qui sub cynosura sunt, depeccitur, qui instar barbatae nucis aut modici cotonei mali est: unde & aliqui Cottonem uocant, ueteres uero Gossipium: Iuriconsultus noster ἐοσέυλοισι, quasi lanam ligno decerpam dicas. Igitur hoc Accursii bombycion satis appellatione lanearum comprehendatur, unde alia interpretatio est perquirenda. Sciendum itaq; Bombyces uermiculos esse instar aranearum, quibus apud Coos uestis tenuissima, sicut apud Seras populos conficiebatur: unde & huiusmodi uestes Coae Propertio, Ouidio, caeterisque dicuntur. de ijs plura apud Plin. leguntur lib. XI. cap. XXI. Erant & alij uermiculi preciosiores, qui Seres dicuntur, unde Serica uestis: quorum semen ouis piscium non absimile scribit Procopius, sub Iustino Imp. in Graeciam a monachis quibusdam perlatum ex Serinda Indiae ciuitate: indeq; propagatos uermiculos arbitror, quibus ubiq; nunc textrinas suas instruunt mulieres: ut appareat Serica & Bombycina idem non esse, (siquidem sericum preciosius) sed tamen similia uideri. nec enim Bombyces, quorum Plinius meminit, prorsus cum nostratibus conueniunt. quae tamen hodie in usu sunt uestes, Sericeas uel Bombycinas recte uocabimus, quae quod uillose sint, ex ueluto dicuntur: sicut aliae rasiles, & aliae floribus uariatae, quas Damascenas uocant: aliae duplae textura quae Multitiae uidentur esse, quarum mentio Iuuenal. Satyr. II. & Fl. Vopisco in Aureliani Imp. uita, quale Camelotum sericeum Galli dicunt: aliae simplae, quae Rarae uidentur appellari Catullo, seu potius Rallae, uulgo Centale, quod conficiendis cingulis usui esse soleant. Scribit Aetius medicus Sericum crudum, id est, adhuc nec lotum nec tinctum, quibusdam medicamentorum compositionibus utile esse: & Metaxam (sic enim legendum, non ut corrupti codices habent, κατὰξω) appellari. ut inde

iam intelligi possit qui sint Metaxarij negociatores, in Iustiniani constitutione, & apud Arcad. metaxae species.

De Zona, Matula, Scaphio, Pellibus Sarmatarum, Iustiniani supra scriptum responsum declaratum. CAP. XXVI.

Non absurdum fortasse erit, si supra scriptum Vlpiani responsum alia quoque ratione exornemus: dum uestis appellatione contineri ait, quicquid praecingendi causa paratum est: deinde subiicit zonae exemplum. Scribit Strabo lib. III. tempestate sua praeritum id fuisse Gallis curae, ne pinguiores seu obesi essent, neue πλεγασσοσθ, id est, uentre prominenti: habuissent eos lege cautum, ut cui iu ueni uenter supra praescriptam zonae mensuram promineret, ei multa dicerent iudices. Hodie quoq; apud nos sunt, qui nulla legis necessitate zonam ilibus adstrictam gerant, ut σφικιδεσθ sint, id est, uentre more uestiarum exili: cuius rei dant poenas, renu lumborumq; doloribus facillime correpti, cum non corrigijs, sed uiuendi legi id sit tribuendum: quod Caelius Aurelianus lib. ἡγοικῶν v. cap. XII. docet. Subiicit idem Vlpianus, quasdam nationes Sarmatarum pellibus tegi: quod & Ouidij carmen indicat:

Pellibus, & futis arcent mala frigora braccis, Oraq; de toto corpore sola patent.

Sunt etiam sub Arctoo caelo populi Sarmatici, qui prouincia Lapponiam colunt supra Phinoniam (quam corrupto codice Plin. lib. III. cap. XIII. Pannonia uocat) populi ferarum pellibus uelati: ex quibus alij pendulas auribus alas, alij canina rostra, alij alias imagines reddunt: inde deceptis autoribus, qui ibi crediderunt homines maximis auribus, & caninis capitibus nasci: & quod ludicrum uestitus erat, inter naturae miracula retulerunt. Subiicit idem Vlpianus in mundo muliebri esse Matulam, quae uox aquae situlam significat Plauto: alio tamen sensu frequentius accipitur, ut uas ad fecesum uentris intelligatur: unde & Matella, & Matellio, graece Lafanon dicitur. hinc cum Hermodorus poeta Antigoni Macedoniae regem Iouis filium appellasset: Haud facile, inquit ille, tibi consentiet Lafanophorus meus: Dij enim & Iouis filij matula non indigent: cuius rei autor est Plutarchus in Apophthegmatis. tamen si locus ille non satis uideatur ab interpretibus perceptus: perinde enim est, ac quod uulgo dicimus, Comedit, ergo sanctus non est. At uas, quo mulieres immeiere solebant, Scaphium dicitur, quasi parua scapha, & quae comode inter uerendorum (ut metaphora Martialis utar) sim plegades inferri possent. Vnde Vlpianus, Argentato legato, non puto uentris causa habita scaphia contineri: quo loco Accursius Scaphium pro cingulo interpretatur, non sat docte. Iuuen. Et ride positus scaphium cum sumitur armis. Satyr. VI. quod qui athletic ibi tribuit, non uidentur poetae sententiam assequuti.

e l. fi. C. de pig. l. lotas. C. de murileg. libro xj.

d l. argu. mento.

ii

iii

e l. Quintus. in fin. co. tit.

lib. i. tit. i.

lib. i. tit. i.

a l. pen. de aqua quot. & est.

b l. j. de itin. actusq; pri. c l. j. de aq. quo.

d l. equisimul. de usufr.

a l. si cui lana. de leg. iij.

b l. j. & ij. C. que res uend. non poss.

Morte eorum, qui sibi manus iniiciunt, non confirmari inter coniuges donationem: & quae sit ratio. CAP. XXVII.

l. res uxoris. C. de don. inter uir. & ux.

Constantini Imp. est constitutio, qua cunctur, ut si quid ad uxorem donatione uir ante reatum peruenerit, eo condemnato, bonisq; publicatis, nihilominus firmum mulieris in premium pudicitiae sit, nec a fisco reuocari possit: condemnatio enim illa uim mortis ciuilis habet: ac tali morte confirmantur donationes, quae inter coniuges celebratae sint. Excipiuntur tamen Vlpiani b autoritate duo casus: nempe cum maritus mortem sibi ob sceleris conscientiam conscuerit, uel etiam post mortem memoria eius damnata sit. Sed quae est exceptionis ratio? & Bart. propter gravitatem criminum esse ait. Atqui potest quis sibi ipsi manus iniicere, etiam si non adeo grauis criminis sit insimulatus: Sed tamen hoc ipsum, quod quis manus sibi iniiciat, grauisimum crimen est, ut eleganti oratione Iosephus lib. excidij Solymi III. cap. XXI. disputat, & etiam Augustinus de ciuitate Dei lib. primo copiose ostendit. Sed illi, qd ad Deum, atq; conscientiam attinet loquuntur: at de moribus Romanorum Artemidorus Daldianus dndpoukελεκαυ lib. I. cap. v. in hunc sensum scripsit: Somniauerat aliquis proprii se nominis iacturam fecisse, illudq; perdidisse: ei mortuus est filius sibi cognominis, perieruntq; caeterae facultates, & praeterea publici delicti accusatus, atq; inter reos receptus solum uertit, & infamis atque fugitiuus effectus, seipsum suspendit, adeo ut nec mortuus quidem nomen haberet. hos enim qui sibi manus iniiciunt

b l. cu hic status. ff. de dona. inter uir.

c d. l. cum hic. §. si maritus. ij.

d Bar. l. post con tract. de do. n. st.

e l. fin. de bon. eor. qui mor.

f l. liberorum. §. non solent. de ijs qui not. infamia.

g l. in nau. loc.

b l. opus. ff. loc.

i l. & haec distinct. eod. tit.

ut uideri non possint, moriendo confirmasse donationem, aut uxori aliquid reliquisse. Quid sit Aduersione locare, quid actio oneris aduersi. CAP. XXVIII.

Hesitatum a plerisque est, quid sit Opus aduersione locare: & Accurf. Aduersionem esse periculum in se susceptionem existimauit: quae sententia non ad uocis ipsius significationem, sed ad rei effectum pertinet: nisi Aduersione legas, ut aliqui faciunt, tanquam tali pactione auertatur periculum in alteram partem. Sed cum antiqui codices ferè omnes, Aduersione, scriptum habeant, non facile huic sententiae ego accesserim. Arbitror itaque id uendi, locariue aduersione, qd eo pacto uenditur, ut ab aliquo approbetur, & secundum eius iudicium aestimetur: & ideo si locem tibi insulam aedificandam aduersione, Florentius ait, donec approbetur opus a te factum, periculo tuo esse. & Africanus: Si aduersione insula locata est, & dominus reficiendo inquilinum inquietauerit, animaduertatur inquit necessario, nec ne demolitus sit id opus.

Vlpianus quoque: Si aduersione uinum uenit, custodia tantum praestanda est. Finge ergo, uendidisti tibi hoc uas uini quindecim metretarum, adiecto ut adueratur quanti ualebit, idq; pendas: erit res periculo tuo, egoq; duntaxat custodiam praestabo. Potest & nauis aduersione in perpetuum locari, ut idem Vlpianus scribit: ut si nauis locetur eo precio, quod deinde ex peritorum renunciatione aequum uidebitur, ut quantum ueterior erit nauis, minus soluatur: & rursus, quo anno carior fuerit eius usus, & maius nulum, carius locata censeatur. Sed & Paulus aduersione conductam nauim accipere uidetur, quando conductor prius aduerti uoluit, quot amphorarum capax esset. Sed & actio oneris aduersi ad id uidetur competere, ad quod actio locati & conducti, si onus receptum est in aduersione: quod aliqui ueteres censuerunt. Ego actionem oneris aduersi arbitror in nauim, aut uectorem dari, qui rem alienam non curauit ut debeat, aut corrumpi permisit: quae, quod iudicium ex locato sufficeret, hodie exoleuit, & in usu esse desijt. Aduertere autem dubium non est, quin considerare, & perpendere significet, non solum in uulgari sermone, sed etiam M. Ciceroni, & ueteribus: addit Aelius Donatus in Terentio dici εμδελτικως pro animaduertere.

Statuto, quod pagani damnati uiatoribus resarcire teneantur, etiam alienigenas, seu quoscuq; peregrinos uti posse. CAP. XXIX.

In Libuis, Gallis, & Insucribus etiam hodie lex municipalis extat, ut si quicumque damni cuiquam uiatori datum sit, teneantur proximi pagani id resarcire, uel nocentem sistere. Respondit Paulus Castren. hoc iure uti alienigenas non posse: quoniam dura est lex, quae pro delicto alterius alterum obligat. debet ergo interpretatione molliri, ut ijs duntaxat prosit, qui ei subiiciuntur, non autem extraneis. Dicebam interpretationem hanc recipiendam non esse: quia uerba legis simpliciter scripta sunt: eiusq; ratio, nempe ut itinera tuta sint, maximè in peregrinis locum habere: & quod ad publicè uia tutelam attinet, aduenae illac transeuntes pro subiectis sunt. Adducebam & Aristotelis in libro ποδιδουμοσιων ακροματων, id est, de ijs quae admirabilia feruntur, auctoritatem, qui in hanc sententiam scripsit: Finibus Italiae uia est, quae Herculea dicitur, in Galliam, Hispaniamq; ducens, in qua quisquis uiator εαυ τε ελλυ εαυ τε ερχοιεθ, graecus, siue indigena, ne quid mali patiat, ad incolarum curam pertinet: alioquin poenas ipsi pendunt, damnumpq; ex lege hifarciant, apud quos iacturam ille fecerit. Aiebam igitur, uetustissimum legis sensum, cuius etiam tantus philosophus meminerit, noua hac Castrensis subtilitate peruertendum non esse.

k l. iij. §. i. de per. & comod.

l. i. §. exercitio. re. de exercit.

m l. fin. in fi. ad l. Rhod.

n g. d. Linnae.

o Paul. de Cast. l. omnes populi. in fi. de iust. & iur.

DN. AND. ALCIATI IURISCONS. PARERGN seu obiter dictorum, liber septimus.

Quibus casibus fundo uendito thesaurus ab emptore inuentus ad uenditorem pertineat: Philostrati irrita sententia, & leges contrariae conciliatae. CAPVT I.



Thesaurus uerbo dicitur quae libet pecunia, quae aliquo in loco reperiat, ες αβροπ, id est, in futurum a nobis eruenda: unde & repositorium ipsum quadoq; Thesaurus appellatur. sicq; carcerem a Messenjs dictum, T. Lilius lib. XXXIX. est autor. quo sensu uident ueteres Latini Flauissas dixisse, ut est apud Gellium lib. II. In iure autem nostro diffinit Thesaurus, esse pecunia ab ignotis dominis uetustiore tempore supra hominum memoriam reposita. Constituit autem Diuus Hadrianus, ut quisquis in suo thesauro siue dedita opera siue casu fortuito inuenit, eum sibi habeat. Sed quid si quis mihi fundum uendiderit, egoq; thesaurum effoderim, an ad me, an uero ad uenditorem pertinebit? & supra scripta constitutio satis indicat, ad me pertinere, qui fundi dominus factus sum. Quod tamen aliquibus casibus esse moderandum: & in primis, si ego sciens esse ibi thesaurum, a te nesciente emerim, fundusq; propter thesaurum supra dimidium eius precij, quod impendi, ualere: suadet aequitas, ut uenditori conditio ex lege concedatur, qua uel rescindatur contractus, uel restituatur iustum precium: quod arbitror obseruandum esse, etiam si malis artibus, puta arte magica, id contractum mihi fuisset. Lex enim quae fisco tali casu ius tribuit, de eo loquitur, qui in suis locis hac arte inquirat: non qui in alienis locis, quos deinde sibi coparet: salua ergo hoc casu debet esse uenditoris causa. Alter est, cum recenter empto fundo thesaurus ille inuentus est. Sed hoc falsum est, si proponatur, thesaurum, id est, pecuniam antiquitus depositam, inuentam esse, quod si ea pecunia forte perdit, uel per errorem a uenditore non ablata fuerit, defendi is casus Seruili Scauolae responso potest. Quid enim si in parietis foramine per obliuionem relicta fuerit? quod lo. Platea & Ang. Aret. censuerunt: idq; ex qualitate pecuniae deprehendi poterit, noua forma excusa sit, an antiquiore, quam ut extaret eius memoria. Alium casum refert Philostratus de uita Apollonij lib. II. cum enim haec species in facto euenisset, consultum eum a Phraote Indorum rege, tradit sic respondisse, ut inquirendum in mores tam uenditoris, quam emptoris censeret: & si uenditor improbus, emptor uero pius & religiosus esset, emptori rem sineret, tanquam dijs eius pietatem tali beneficio remunerantibus. Quod si contra uenditor, ipse religiosior esset, emptor impius,

a l. nunquam. §. thesaurus. de acq. rer. dom.

b l. ij. C. de resc. uend.

c l. i. C. de thesau. lib. x.

d l. a tutore. ff. de rei uend.

III

ei res auferretur, & ad meliorem transiret. Quod iudicium Eusebius Caesariensis libro quae aduersus Hieroclem scripsit, irridet: tanquam hac sententia pauperes Dijs odiosi, diuites uero chari efficiantur: & probitatis praemium sit pecunia, cedatq; hac sententia Socrates Cræso. Ego librum illum Philostrati, omnemq; Apollonianam uitam scenam, fabulosam arbitror, a fidei Christianae hostibus confictam, ut haberent quem Soteri nostro opponerent. Nec me mouet, quod Hieronymus Apollonij istius uitam plenissimè a Philostrato scriptam attestetur, quia non ideo historia ipsam approbat: etenim aliud est autorem citare, aliud approbare. Certior ergo sit casus, qui ex argumento fabulae Menandri, quae Thesaurus inscripta est, sumi potest: id huiusmodi est: Cauerat pater testamento, uti filius post decimum annum epulas quasdam intra monumentum suum deferret: interim luxu & nequitia paterna bona prodegit, & fundum, in quo monumentum erat, seni uicino uendidit: post decenium recordatus iusionis paterna, monumentum unam cum sene aperit, ut epulas inferret: ibi thesaurum cum epistola reperit. queritur, cuius sit? Senex ipse apud Menandrum, quod infirmum emptionis hoc casu fundamentum existimaret, a se propter timorem hostium depositum mentiebatur. Crediderim ego filij esse, ut factum patris filio haeredi profuit. & quia hic thesaurus recentis memoria conditus uidetur, non autem uetustam habet originem. Accedat & quod in monumento, seu loco religio so effossus fuit, cuius senex non erat dominus. Dixerit aliquis, ergo fisci pro parte esse deberet, quoniam Diui fratres rescripserunt, ut in locis publicis, uel religiosis, aut monumentis, thesauri reperti pro parte dimidia fisco uendicerent. Sed & hoc dubium est, quia diuus Hadrianus, cuius sententiam Iustinianus in Institutionibus refert, totum inuentori excluso fisco tribuit. Sed quomodo haec opposita dissoluent? Veteres Diuorum fratrum rescriptum per Institutionum locum corrigi existimabant. Bart. & recentiores contra, potius Adriani constitutionem esse correctam. Ego Iustiniani sententiam in eo obseruauerim, qui in monumentis paternis haereditarijs uel quid inuenit, ut sacra priuata uel religio familiaris nihil ei noceat: Diuorum uero fratrum sanctionem in extraneis. Amplius tamè deliberandum est, etenim sanè quam difficilis est haec αβλοπια.

IIII

e l. peregr. de acq. rer. dom. f. d. l. a tutore.

v g. d. §. thesaurus.

h l. ij. §. pen. de iur. fisc.

i §. thesauros. in sit. de rerum diuis.

M. Ciceronis locus in Topicis declaratus: & annotati quidam casus, quibus Senatus consulto locus non est in usufructu rerum quae usu consumuntur. CAP. II.

Marcus Cicero lib. Topicorum, quem ad Trebatium Iuriconsultum scripsit, Non debet, inquit, mulier cui uir bonorum suorum usum fructum legauit, cellis uinarijs & olearijs plenis relictis, putare id ad se pertinere: usus enim, non abusus legatus est. Quae Ciceronis sententia potuit tempestate sua obser-



uari, tanq̄ uera: sed cum deinde Senatusconsulto permissum fuerit, ut earum quoq̄ rerū, quæ usu cōsumunt, legari ususfructus possit, & cautione proprietario succurrat: dubium non est, hodie alio nos iure uti: & propter uerborū generalitatē, mentemq̄ testatoris, etiā uini & olei usumfructum uxori deberi: quod & Seruilius Scauola sensisse uidetur. Putarim itaq̄, facta æstimatione, & muliere cauente, se finito usufructu eam æstimationē secūdam formam Senatusconsulti restitutum, uinum, oleumq̄ ad eam iure superscripti legati pertinere. Sed quid si finito usufructu malit non æstimationē, sed eiusdem qualitatis res restituere: ut quia forte tunc uinum, oleumq̄ cōperit uiliore precio uenum ire? Et arbitror eam audiendā esse. Quid si idem uelit restituere, quia forte usū uino aut oleo non sit? & si eiusdem bonitatis esset, nō uideretur dubitandum, quin id illi liceret. Puto ego idem, etiam si imminuta esset bonitas, dummodo id detrimentū resarciret pecunia: sicut enim uel idem in genere, uel æstimationem reddere potest, ita & partim rem, partim æstimationem soluens audienda est: ut quod de simplicibus proditū est, ad casum mistum extendatur. Quid de uasis ipsis dicemus, an & eorum nomine cauebit se æstimationē redituram? Et Iurisconsulti uidentur sentire, factis esse, si caueat se boni uiri arbitratu usurā. quod de ijs uasis intelligunt Doctores, quæ diutissimē seruantur, nec facile usu atterunt, qua ratione & idem esset in alijs rebus mobilibus, quæ facile non consumuntur, ut in uestibus scenicis, & quæ ad spectacula solum exhibentur. Ego tamē supra scripta ratione caueere eam arbitror, quod minus propter usum res illæ interim ualuerint, se restitutura, quod aliqui senserunt: sicq̄ conciliari debere, quæ in hoc articulo uertitur, altercationē arbitror. Sed quid si testator hanc cautionē remisit: ut quia se usumfructum earum rerum legare dixerit, adiecto, nō eo modo quo ususfructus pecuniæ legatur? Et Vlpian. censuit, tunc sufficere cautionem, se arbitrio uiri boni usuram: sicq̄ eum intelligendum arbitror, licet nō uideantur ceteri rectē eius uerba percepisse. Hincq̄ inferi, ut idem censeamus, quoties probabilibus coniecturis appareret, eam fuisse testatoris mentē, ut ab uxore æstimationē nullam hæredes cōsequerentur, sed res attritas tales, quales sunt, reciperent. Sed quomodo potest testator remittere hanc cautionem? Et cōstat, in usufructu pecuniæ nō posse. Sed aliud uidet in pecunia, quæ usu nō teritur: aliud in alijs rebus. Quid enim obstat, quin hæredem grauare possit, ut intertrimēti illius damnū ipse subeat? qua tamen in re amplius deliberandum est.

a l. j. de usufr. car. re. §. cōstitutur. In sit. de usufr.

b l. uxori mee. ff. de usufr. leg.

c l. si tibi uini. de usufr. car. rer.

d arg. Instit. qui bus mod. re cōtrah. obli. uerbo, quādoq̄. d. gl. l. j. in prin. si cert. pet.

e l. j. de uerbo. oblig.

f l. si uas forū. usufr. quemad. caue.

g l. j. ff. usufruc. quemad. caue. Abb. c. fin. de pignor.

h l. sed si quid. de usufr. uct.

i Soci. conf. ix. in iij. lib.

k d. l. sed si quid. uerf. si uesti mentorum.

l arg. l. plerūq̄. l. seq. de iure dot.

m l. j. c. de usufruct.

**Quid sit Trulla et Epistomium, responsum**  
Pauli declaratum. CAP. III.

**R**ogauit me amicus quispiam, ut Pauli Iurisconsulti responsum illi explicarē,

quo instrumenta tabernæ esse ait, doliaria uasa, uectiones, angones, calices, trullas quæ circa cenū solent traici. Dixi alios codices non Cenum, sed Cœnam scriptum habere: existimare tamen me, neutram lectionē sat correctam esse: sed legendū potius, Circa ahenum solent traici: etenim M. Varro Trullā dictam existimat, quod ea ex culina in lauatinam aqua fundebatur, a traiciendo: unde apparet Trullam esse capedinem, qua aqua seu etiam ius ipsum de uase in uas traicit. Hinc & Detrullare uerbum Apicio, cuius similitudine Trullus, dicitur capedo, quæ apud puteos in usu est accipiendæ ex situla aquæ. Non Marcell. uidetur Trulleum appellare, & pro polubro interpretari, quod Gutturnio subiicit, quoties manus abluimus. Homer. primo Odyss. λέβηται uocat. sed uero propius est, esse capedinem, cuius similitudine etiam cæmentarij trullam suā habent, ut est apud Vitruuiū, qua linendis, calceq̄ aut gypso inducēdis parietibus utitur. Transit & in nomen patere uinariæ, sed profundioris, quæ quandoq̄ etiā ex auro fieri solebat. Iuuenal. de adulate:

—Laudare paratus,  
Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.

quo bibacitas diuitis exprimitur trullam exhaurientis, & labellorum crepitu id testantis. Scauola: Seia poculum aureū quod elegit lego: quæro cum in hæreditate nō sint nisi trullæ, scyphi, modiolī, phialæ &c. Sunt Trullæ, ut dixi, profundiores scyphi, oblongiores & nauiculæ instar. Phialæ uidentur similes uitreis nostris cyathis fuisse, unde & nomen a uitro, τῆρα τῆ πινυμι τῶ ὑάλου: & bases, seu pedes habuisse. uulgo uerò qui pedibus carēt, etiānum Mediolos uocamus, a similitudine, ut arbitror, modij, cuius in mensuris autores meminere. Sanè Raphaël Volaterranus in Homerici loci supra a me relati translatione, Opistodoci quoq̄ meminit, tanquā fistulæ, unde aqua de urceo exeat: idq̄ non uno in loco facit: quam sententiam nec etymus adiuuat, nec uilius (quod ego meminerim) auctoritas: & forte Epistomium uoluit dicere, quod uasibus adijci solet: nos uulgo Spinam uocamus: unde in iure nostro Salientium epistomia. Est & Maluuiū, a lauandis aqua manibus uas Festo Pomp. sicut Peluis, uel Pelluium a lauandis pedibus. arbitror fuisse qualia uulgo uocamus Abacilia. Sed hæc Grammaticis subtilius disputanda relinquamus, ne in nostra hæc male feriatu aliquis Grapaludus impetum faciat.

**Quid sit Electrum, an auri appellatione cōtineatur: & explicatum Pomponij responsum: itemq̄ Plauti locus in Pænulo. CAP. III.**

**S**iquis putet auri appellatione Electrum, uel Orichalcum cōtineri, scripsit Paulus Iurisconsultus eum falli, ideoq̄ legatum non ualere: rerum enim uocabula immutabilia sunt, merito talis error dispositionem uitiat. Argumentabor ego aduersus Paulum hoc modo:

n l. taberne. de fund. instr.

o l. c. de aur. & arg. leg.

p l. fundi. de act. empt.

q l. si quis in sum. ai. de leg. i.

modo. Duplex est electri species. Prima, quæ Succinū dicitur, quod succus quidam gummi sit, siue ex populo nigra proueniens, ut Dioscorides ait: siue ex picea, idq̄ genus pineis resinatisq̄ arboribus, ut Cornel. Tacitus, & Calsidorus (quod uerius est) attestantur: siue ex cetaceorum piscium spermate, ut recentiores negociatores, qui a Sarmatici maris emporijs illud aduectant, cōtendunt. Nos uulgo Ambram citrinam, id est, lutei coloris appellamus: unde mulieres sibi ad preculas suas, orbiculos, infantibus uerò ad tonsillas euitandas, monilia cōficiūt, & collo, uel brachijs, aut etiam cinctu ferunt. Altera est species, quæ ad metallica pertinet, cū quarta pars argenti immiscetur, uel quinto: cuius Plinius & Strabo meminere: Chemistæ Phætonem uocant. Si de prima specie intelligamus, pronunciatum Iurisconsulti oxymoron est. Si de secunda, uidetur falsum. alioquin, si aurifex mihi massam auri, quam domi habet, legasset: si in ea quarta pars argenti esset, legatum uitaretur, quod iniquissimū est: præsertim cum facile separari ab auro argentum potuerit, sicut & ab argento æs. aurum uerò ab ære ueteres non uidentur separare potuisse, si uera est Pomponij sententia. Hodie tamē propter chrysulcæ aquæ uim, sunt artifices qui id faciant: ut Mediolani, ut Venetijs, ut Lutetiæ Parisiorum. Sed quid si appareat testatorē μετρωμικῶς, siue εἰρονικῶς loqui uoluisse: ut cum ditissimus aliquis, Relinquo, inquit paupertatem meam: & constat ualere legatum: cui rei nō absimile exemplum apud Plautum in Pænulo est, ubi uillicus Lenoni trecentos aureos connumerat: qui, quia cōfecti ex napore rotulis erant, Macerato, inquit, hoc auro pingues fiunt in Barbaria boues. sic napos seu rapa, per risum appellatione auri intelligens. quem locum eius poetæ interpretes non uidentur assecuti.

a l. pediculis. §. Neratius. de aur. & argen. leg.

b l. quid enim. de contrab. emp. l. quæ sit. §. il. lud. de lega. iij. c l. lacus. §. j. de acq. rer. dom. d l. idem Pomp. uerf. sed si deduci. de rei uē dicat.

e l. Lucius. §. h. e. redū. ad Treb.

f c. ij. quib. mo. feud. amitt.

**Cucurbitare uerbū quid significet, quid Cuculus: Curucam uerò autem nusquam legi: & Iuuenalis declaratus: quid item Campe apud Plautum Trinum. Cur Hirci dicantur qui matrimonij sui incuriosi sunt. CAPVT V.**

**R**ogauit me per epistolam auditor quidā meus, uti illi explanarē, quid sit Cucurbitare uerbum, quod in iure nostro se legisse asserbat, quo scriptum est, Fiduciario fundo priuari clientem, qui dominū cucurbitauerit. Respondi, uerbum id Latinum nō esse, nec unquam a Iureconsultis nostris receptum: sed ab his duntaxat Doctorib. qui quas uocant feudorū consuetudines, scriptis mandarunt. Hi a uulgari lingua, quæ Cuculum eum uocat, qui matrimonij sui incuriosus sit, quicq̄ uxore suam mœchis permittat, Cucurbitare uerbū confinxerunt, quasi cuculitare. Ege Cuculos peculiari cōuicio agricolas dictos apud ueteres legi, qui negligētes, focordes, tardiq̄ essent, quod non prius putatas uites haberent, quam Cuculus canere cœpisset.

Horatius: Magna compellans uoce Cuculū. græcè κόκκυς, a uoce dicitur: ut appareat ueteres Græcos y psilon per u, eo more, quo nos Latini facimus, pronunciaffe. Recentiores Grammatici Cuculos dici hos homines putant a natura auis, quæ in alienum nidū, maxime Hypolaidis, quam ipsi Curucam uocant, oua sua transfert. Sed hac ratione non Cuculi, sed Curucæ dici debuissent: cum nō ipsi in alienū, sed alij in suū nidum congerant. unde & Adulteriū dictū, quasi ad alterius torum. Ego arbitror Theodorū Gazam cum vi. Aristotelis de historia animalū transferret, nec satis intelligeret, quæ Latinis auicula sit κόκκυς, Curucam trāstulisse, nempe ignotū per ignotius: nec enim carmen Iuuenalis Satyra vi. Tu tibi tunc curuca places, eum adiuuat: cum ea uox, si id quod ipsi credunt, significaret, alibi quoq̄ inueniretur: & tamen constat, nusquam legi. Cum item in aliquib. antiquis codicibus legatur Eruca, quod nomen turpi & salaci marito conuenit: quod Eruca sit uermiculus, ætatis tempore olera & arbores infestans, L. Columellæ: qui Campe non solum a Græcis dicitur, sed etiam a Plauto. sit item Eruca herba salax, Vergilio in Iuuenilibus, & Aemilio Macro, Excitat in Venerē tardos Eruca maritos. Vlpianus: Si erucis, aut herbis segetes corruptæ sint. Sic em præstat legere, quam Raucis, quæ in oleis, uel radice quercus nascuntur, non in segetibus, ut Plinius lib. xvij. ait. Plautus Trinūm, Campas dictis abigi, prouerbialiter dixisse uidetur de ijs, qui uerba non curarent, sed rem ipsam. Solent enim Erucæ quibusdam carminibus extingui, M. Catoni. Nos uulgo id hominum genus, quibus uxores sunt impudicæ, Hircos appellare solemus: quod hirci zelotypia non afficiantur, uel quod eos uxores tanquam hircosos auersentur. Vnde & Catullus, solis licere quicquid est puellarum cōtingere, & putare cæteros hircos: qua dere & supra dictum est. Potest & legi, Tu tibi tūc urtica places. nam & alibi idem autor Satyra xi. Acres, inquit, diuitis urtica: eodē sensu.

**De Iure Asyli declaratæ aliquot leges: tum Vergilij, Ciceronis, Aristotelis, Quidij loca explicata, & nonnulla de gladio Delphico. CAP. VI.**

**V**etuit Iustinianus noster ius asyli hominidicis seruari: mandauitq̄ præsidib. prouinciarum, ne ἀσφάλας, id est, securitatem ex sacris locis illis concederent: neue τὸς κελσμελὸς λόγος, id est, quod uocant saluum conductum, facile darent. Cui sententiæ illud Exodi cap. xxxi. conuenit: Si quis ἐπιθῆται, id est, dedita opera occiderit proximū suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum, ut moriatur. At hodie aliud iuris Pontificij obseruāt, & omnibus facinorosis immunitatem ecclesiæ saluam esse iubent, publicis latronibus, aut nocturnis depopulatoribus exceptis: legemq̄ Exodi nō in simplici homicidio intel-

h. in auth. de m. dat. princ.

g l. ex cōducto. §. i. loca.

h in auth. de m. dat. princ.

i cap. j. extra de homicid.

k c. inter alia. de immun. eccles.

a Pract. Pap. tit. inquisitionis. coll. viij.

ligunt, sed quod alio crimine adgrauet: qua interpretationem sunt ex nostratibus Doctores quibus non probent, & aduersus Pontificios canones inuehantur, qui ansam quandam delinquendi prestare uideantur, tam facili, tam parata ad euadendum uia. Veteres certe Graeci uidentur pontificijs concordare, quorum fabulis traditum est, Orestem cum matrem occidisset, & a tribus Furijs infestaret, in templum Apollinis confugisse, nec ingredi ausas Eumenides, sed expectasse dum exiret. hinc Vergilius IIII.

—Vltricesq; sedent in limine dirae.

Euripides in Oreste ex persona Apollinis praedicat uenturum eum Athenas, & ibi in Areopago fore ut diuina ope absolueretur, Furiaeque amplius eum non infestarent: aduersus eas enim deos uictoria daturus. M. Cicero oratione pro Milone: Non sine causa doctissimi homines memoriae prodiderunt, eum qui patris ulciscendi causa matrem necauisset, uariatis hominum sententijs, non solum diuina, sed etiam deae sapientissimae sententia liberatum. Aristot. libro Rhetoricorum ad Theodecten II. Autocles dixit in Mixidemide: *επι τωσδε σεμωσδε θεωσδε* &c. id est, si Furijs satis fuit in Areopago ferri iudicium, cur non & Mixidemide? alludit autem ad id Orestem. Subijcit in eadem Euripidis fabula Apollo:

*Θεωσδε γαρ αυτωσ μοιρα δελεωσδε εστι, Διωσδε ακηλεωσ πατροσ δευατ' αντη με. Fatale Pyrrho est Delphico gladio mori, Poenas Achilles patris ut pendat mihi.*

Vt recte Vergilius IIII.

—Patriasq; obruncat ad aras.

Etenim Achilles pater eodem modo ante aram Apollinis ceciderat, quod & Pausanias tradit lib. I. Illud non omiserim, gladium Delphicum simpliciter accipi, quia ad aram Apollinis Delphici Pyrrhus sit occisus: & nihil pertinere ad Delphicam machaeram, cuius Aristot. lib. I. Politicorum mentionem facit: quis aliter *παροιμιωσδε* usum sit. Erat illa machaera in suppellectile, & prima tantum parte ferrea, ut pro ense esset: caetera lignea, ut alijs quoque usibus accommodaretur, quod Grammatici ueteres tradiderunt. Delphicus uero gladius ad eos referri potest, qui eodem fato, eodemque uindice pereunt. Ceterum Aemilius Probus autor est, Pausaniam Lacedaemoniorum ducem cum prodicionis accusaretur, in templum Palladis Chalcoecae confugisse, quod inuiolabile ad eam diem fuerat, & iure Asyli se defendisse, donec obstructa pariete templi ianua, a matre coactus est fame mori. quod & Graeci uotore tradiderunt, ut ad eum alluissse suspicer P. Ouidium in Ibin:

*Obstructoq; necem patiaris limine templi, Ut legem poenae cui dedit ipsa parens.*

Licet interpretes aliud ibi comminiscantur.

Quomodo Homo communis uox sit: & Bartoli sententia non sat approbata. CAP. VII.

Vetus fuit disputatio, quomodo masculina uoce etiam de foeminis actum uidea-

tur: id est an per uerborum proprietatem indutum sit, an sola legis interpretatione. Et Bartolus etiam ex proprietate dictionis id contingere existimat, quoties uerbo communi concepta clausula proponit, ut homo. Vnde his uerbis: Si quis homo dixerit, fecerit &c. intel ligetur etiam mulier. Idem etiam cum simpliciter scriptum est, Si quis fecerit: subaudit enim homo. Quam sententiam non satis scio quantum Grammatici *επι σκηπησδε χει παυδωσδε βασιλιωσδε* probaturi sint: nec enim usquam lectum est, Titia homo bona est: & merito Fl. Solispater Charisius, Nemo, inquit, aut secundam haeredem, aut Malam hominem dicit: sed masculinam, tamen et de foemina sermo habeatur. Seruius tamen Sulpitius in epistola ad M. Tullium scripsit, Quonia homo nata fuerat. Sed haec locutionis ratio nihil ad genus pertinet, cum Nata, orationi supponatur, Homo uero apponatur: perinde ac si dixisset, Cum Tulliola nata sit homo: cum Titius sit scelus ipsum: cum Cesar sit mera liberalitas: & si qua similia.

Pronomen substantiae & similitudinis quantum differant: dissolutaque antinomia sane alioquin difficilis. CAP. VIII.

Scriserat testator, Ex parte qua L. Titium institui, ex ea Sempronius haeres esto. Dubitatum fuit, an reuocasse Titij institutionem uideretur? Et Iulianus respondit, non cense ri reuocasse, sed in unam eandemque partem utrunque uocasse: nihil enim impedit, quin eiusdem partis duo sint haeredes, aut duo legatarij. Qua ratione idem ego respondendum censerem, si scriptum proponeretur, Quod Titio legauij, idem Seio do, lego: ut ambo ad idem legatum admittantur, & dictio Idem, relatione propriam faciat, ut ambo ad unam rem, non ut quilibet ad similem rem uocentur: etenim tunc impropria esset relatio. Non ita est si testator dixerit, Quod Titio legauij, id Seio do, lego: tali enim casu constat, Titij legatum reuocari, & omne Seio deberi. Pronomen enim substantiae efficit, ut adempta res primo uideatur: & cum ad totum referatur, non patitur ut ambo concurrant. At pronomen Idem, aliam habet significationem, cum inclusam habeat, ut Valla libro II. cap. XII. ait, copulam, quae auget, & ad genus potius, quam ad substantiae speciem refertur. Qua tamen in re Doctores nostri in uarias sententias distrahuntur, & grammaticam hanc subtilitatem nolunt agnoscere.

Verbis coniunctum, praeferrere re coniuncto: hacque in re instituiam in tenui uersari. CAP. IX.

Cum iuris accrescendi materiam pertractarem, in eam iui sententiam, ut existimarem, Verbis coniunctum re coniuncto praeferrere: id est ex Hug. & quorundam aliorum interpretatione: Bartolum uero & caeteros, qui aequaliter admitti eos contendunt, tunc uera sentire, cum uerbali coniunctio imminuta imper-

b l. hominis. de uerb. sig.

c l. j. de uerb. signif. ubi Bart.

d l. Iulianus. de haered. instit. triplici. de uerborum signif.

e §. si eadem. in sit. de lega.

f l. si dominus. C. de iniur. l. iij. C. de neg. gest. in gl. g l. sicut. de admen. leg.

h l. re coniuncta. de lega. iij.

l. si ita quis. de haered. instit. l. Meuius. de lega. iij.

imperfecta est: ut quia lex celeritatem potius praesumat, uel in quotas partes hi separatim sint uocati: non enim hoc casu aut re aut uerbis proprie coniunguntur, sed propter unitatem sermonis commisit coniunctionum capitibus, ceu aequali in causa sint, cum re coniuncto admittuntur. Caeterum dixerit aliquis, durum esse, ut secundum regulam coniunctus uerbis, praeratur re coniuncto, cum minimum ab eo intersit: unitasque clausulae haud sane efficax usque adeo esse debet, ut tantum momenti hac in re faciat. Cui ego responderim, inter duos, qui saltu contendunt, controuersiae cardinem in extremis duntaxat quatuor digitis esse. ad quod pertinere fortasse potest & graecum adagium, quo traditur, in modicis uersari iustitiam, *δωδεκαδικα ομοιωσδε φασι μικροσδε ειναι*, inquit Aristoteles libro Rhetorices i. licet alio sensu interpretentur.

Quid sit Missa, & unde dicta. CAP. X.

Haec Pontificij tractatum atque rubricam, de celebratione Missarum: siue quae in ore omnium est Missae uocabulum, etiam ab his, qui eleganter & latine Theologiae studia attigerunt, usurpatum: nec tamen satis constat, quae sit eius uocis origo. Ego autem saepe hac de re interrogatus, ita respondi: Potest qui dem uideri hanc uocem a Graecis emanasse, qui cum sacris operati essent, missum populum faciebant, nec abeundi potestas prius cuiquam erat, quam sacrificulus pronunciaisset, *λαοισδε αφεισδε*, id est, populis missio, quod Latini uno uerbo, licet, dicebant: quod est, ire licet. Vnde & sub eius sacri finem, etiamnum solet sacerdos dicere, Ite missa est: Missam, ut uidetur, pro missione accipiens, quo exemplo & diuus Cyprianus Remissam peccatorum, pro remissione scripsit. Apuleius enim libro ultimo: Vnus, quem cuncti Grammaticae dicebant, renunciat sermone, ritumque Graecis, *λαοισδε αφεισδε*, quam uocem feliciter cunctis euenire, signauit populi clamor insequutus. Videtur ergo a parte totum sacrificium Missa appellatum, probabilisque haec est sententia. Alij tamen, fortasse uerore iudicio, totum hoc non a Graecis, sed a Iudaeis acceptum credent: nec enim uerisimile est, a recedendi facultate nomen sacrificio huic inditum fuisse: Graeci ipsi non *αφεισδε*, sed *λειτοργιασδε* id appellant, quod nomen proprie id exprimit, quod hebraice missa sonat. Est enim Mus apud Hebraeos, unde Missa formatur, munus personale, tributum, censusque offerendi: & Missa ipsa, oblatio quae domino suo fit propter debitum personale, ut in Deuteronomio cap. xvi. habetur: Et celebrabis diem festum hebdomadarum domino Deo tuo missa, id est, oblationem spontaneam manus tuae. Credendum itaque priscos Christianos, qui origine Iudaei erant, sua uoce id sacrum appellasse, quem deinde Latini receperunt, sicut & Pascha: nec enim *εσπεροσδε πασχασδε*, quod pati graece significat, est ductum, cum antequam Christus pateretur, id

nomen in usu esset: sed ab Hebraeorum sermone, quo transitus significatur. Quod ergo in fine sacri pronunciat, Ite missa est: perinde est ac si ediceretur, licet, oblatum est. quo sensu haud male loquitur uulgus, cum se uidisse missam ait: tamen si qui castigatius loqui se putant, audiuisse dicant. Vnde & non inelegans carmen:

*Hic audit missam, est alius missam facit illam.*

*Quanto audire minus est bona, quam facere?*

Tectorium quid sit, nec a nostratibus Doctoribus recte interpretatum. CAP. XI.

Vetus fuit quaestio, an interdictum Vti possidetis, aduersus eum competat, qui cum possidere se non contendat, alterius tamen possessionem inquietat. Et Accurs. Bartolusque competere crediderunt: eius legis uerbis adducti, quibus proditum est, si uicinus meus in pariete meo tectoria habeat, ut in suo pariete, Vti possidetis interdictum efficax esse, ut ea tollere compellatur: interpretaturque Tectorium esse tectum ipsum supra aedes, siue aedibus ipsis innitatur & incumbat, siue non. At ego quoad didici longe aliam esse tectorij significationem, quam isti existimant: siquidem incrustatio, & tegumentum quoddam est quo parietes rudes gypso, uel calce, uel arena to, marmoratoque opere operiuntur, atque colorantur, Vitruuius libro VII, architectonices. Finge ergo, cum domum edificassem, quod pulchrior, ornatioque esset, secundum uiam parietes ornaui, picturisque decorauit: & quidem non solum partem meam, sed & proximam uicini: certe hoc ipso uideor re illius tanquam mea usus, possessionemque aduersus me competat: loquiturque Iurisconsultus cum iam tectorium, seu picturam factam habui: alioquin inter facendum posset uicinus propria autoritate merejicere: opinor & incontinenti post rem factam, id iuris ei in re sua non denegandum.

Quid sit, quod omnia iudicia absolutoria sint: & Plauti locus in Pseudulo. CAP. XII.

Si quis reus post litem contestatam obtulerit actori quod petisset, ei uel satisfecerit, absoluendum esse Iustinianus sanxit: quonia uulgo soleat dici, Omnia iudicia absolutoria esse: quod dictum uidetur prouerbialiter posse eodem trahi, ut significemus, poenitenti esse parcendum, etiam si res non sit omnino integra. Plautus in Pseud. uidetur non absimile quoddam dictum alio uertisse, apud quem haec sunt carmina:

*S I, fateret. P. S. Δικαιτωσδε ησδε αυτωσδε εσφυσγιασδε. S I, fateretur. dixi Callipho dudum tibi.*

Qua sic nos restituimus ex apicibus, qui in antiquis codicibus coniecturae locum nobis fecerant, cum interpretes eius poetae alia quadam prorsus a proposito aliena reposuissent. Significant illa uerba, Iudicetur, ut & idem absoluatur: uideturque prouerbiale esse carmen de his, qui securi, accusationis iudicium sub-

c gl. Bart. l. j. §. uti possidet.

d l. si duo. §. si uicinus.

e l. si uicinus. §. qui ad ianuarum. ff. quod ui aut clam.

f l. iij. §. cum igitur. de ui et ui arma.

g §. si. Instit. de perpe. & tenu. po. act.



eunt: non ab simile illi quod etiamnum inter Græcicas sententias extat, κατηγορισην εν εστ εν κεινεν ομα. nisi quod hoc potest simpliciter accipi, eundem accusatorem & iudicem esse non oportere.

Imperare uerbum, cur ad fideicommissa pertineat, iube ad legata: quodq; mitius sit, & quandoq; passiuâ significatione accipiatur: tum Ciceronis & Sallustij loca explicata. CAP. XIII.

Imperare uerbum aliquanto ciuilius, mitiusq; esse quam sit iube, ex eo cognoscitur, quod Paulus Iuriscōsul. Sententiarum lib. IIII. precariū esse, & ad fideicommissa pertinere scripsit: cum tamen iubeo directum sit, & ad legatum damnationis spectet, quod Caius tradidit. Nam & Cornel. Tacitus & Dion autores sunt, C. Octauium Augustum rempub. titulo Imperatoris occupasse, quod modestius æquabiliusq; esset id nomē, quam Regis, aut Domini. Tribuitur certē id uerbum egrotis quoq; ut medico imperare dicantur. Alfenu<sup>s</sup>: Medicus patronus quod putaret si liberti sui medicinā non facerent, multo piures imperantes sibi habiturū. Ego tamen more ueterū dixisse Alfenu, imperantes, pro parente arbitror. Cicero epist. lib. IX. epistola penul. Nunc ades ad imperandum, uel ad parandum potius. sic enim antiqui loquebant. Sallustius in Iugurth. Iugurtha ubi armis, uirisq; & pecunia spoliatus est, dum ipse ad imperandum Tisdrum uocaretur, rursus coepit flectere animū suum. Passiue dixit, ad imperandum, id est, imperium accipiendū. Norica editio apud Alfenum non imperantes, sed implorantes, habet, aduersus cum ueterum, tum ceterorū codicū fidem. Est & Imperare apud Plaut. Capt. pro parare: Remissum quē dixit imperare exercitū. Terentius maiorem imperantis auctoritatem, quam iubentis uideatur sensisse, cum inquit: iubeo, cogo, atq; impero. Alibi tamen legitur, Populus iussit, imperauit Princeps.

Modestini, Pauliq; antinomia conciliata. CAP. XIII.

Si dñs fundi debitori succedat, qui eū fundum pignoraerat, quæsitum est, an confirmetur pignus: & Modestinus<sup>b</sup> directō nō confirmari censuit, utilem tamen pignoratiam dari. Cui sententiæ sunt qui Paulū contradicere existimant, dissoluiturq; antinomia hæc à Doctoribus nostris uarijs modis. Ego concordare utrunq; Iuriscōsul. magis crediderim: si tamen apud Paulum<sup>d</sup> dicitur Non, in Num, quæ dubitatio coniunctio est, mutetur. Num est idem, inquit, dicendū, si ego Titio, &c. argumentaturq; primū in partem negatiuam, quod nō sit concedenda: deinde contrarium concludit: Sed si, inquit, conuenisset de pignore, &c. Subest enim semper illa ratio, quod autor meus de pignore conuenit, cuius mendacium mihi heredi allegare fas non est: arbitrorq; ego, probabilem esse

hanc sententiam, tametsi alij aliter.

Violenter, aduerbium passiuâ significatione accipi, sicut & Libenter Vergilio in Iuuenilibus: & defensa Bartoli sententia à Criticis. CAP. XV.

Ad diu quandoq; nō uulgaris nominis Grammaticū aduersus Bartolum & nostrates interpretes acriter differentem, quod non recte eam quæstionem finierit, quæ tali specie uertitur: Accusatus est Titius, quod Seiam uiolenter cognouerit, idq; & testibus probatum est: censuerunt illi, Titium absolendum, quia aduerbium uiolenter, ambiguum est, & utraq; significatione, tam actiua quam passiuâ potest accipi. Cum ergo potuerit contingere, uim ipsi Titio illatam fuisse, qua uī compulsus crimen illud comiserit: nō fuit ratio cur cōdemnari deberet. Atqui, aiebat ille Grammaticus, falsum est, Violenter intelligi posse de ui ipsi Titio illata: sed de ea potius, quam ipse adhibuerit, est intelligendum. Cui homini in quā ego: Dic magister, quo sensu Vergilianū carmen in ludicro Iuuenili sit accipiendum,

O non candidior puella Mauro, Mantes hic licet, ut libenter ires.

Cum hæreret, nec se expediret, subieci, Mantare Plauti ueterumq; poëtarum uerbum esse, qd expectare significat: inquit ergo poëta, Quamuis tu puella turpis hic expectes, tamē cuperem ut discederes: & aduerbium Libenter, passiuâ habet significationē, id est, me libente, & id desiderante: non autem Libente, pro uolente puella.

P. Antonius Auitus legendum apud Labolenum: de Antoniorum antiquitate: & Vergilij restitutum, declaratumq; carmen. CAP. XVI.

PAntonius Auitus cum in Cilicia procuraret<sup>d</sup> &c. uisum est plerisque nouum id nomen, quod Labolenus adscripsisset: mutaruntq; aliqui ueterem lectionem, & Pannonius scripserunt. Sed cum Pannonius gentile Romanorū nomen non sit, facile ego huic correctioni non assentiam: malimq; prænomen adscriptum interpretari, ut is fuerit Publius Antonius, etenim ex uetustissima Romanorū familia sunt Antonij, qui ab Herculis filio Antone originē traxisse putabantur, ut est apud Plutar. in uita M. Antonij. Vnde apud Appianū Alexandri. histor. lib. III. Octauius ad Antonium, Futurus, inquit, eras Cæsaris adoptiuus, si te ex Herculeo Aenea dem fieri malle cognouisset. Eum Antonem non filium, sed comitem Herculis P. Vergilius attestatur, nisi quod uulgō Actorem scriptum est, pro Antone, lib. X. Aeneid.

Egregium Antonem latus inter & illa figit: Hercules Antonem comitem, qui missus ab Argis Hæserat Euandro, atq; Itala confederat urbe.

Sanè græcè Antonius eum significat, qui pro uenali habitus sit. Vnde epigram. græcorum lib. II. ἀδελφον hoc extat:

ἰδὲ μὲν πολέμου κἀτῶνιον ὄντα σε πάντες,

Ἐπειὸς τρία ἐν γράμματι τῶς ἐλεγον; In bellis qui notus eras Antonius olim, Cur tria perdidideris prima elementa refer. enim uenalem significat, & captiuum.

Flauij Libertini historia: & quid sit Corni cum oculos configere Ciceroni, quid item Latinus tibicen. CAP. XVII.

a l. de ori. iur.

Proditum à Pomponio Iurecōsulto est<sup>a</sup>, quemadmodum Cn. Flauius Libertini filius formulas actionum uulgauerit: quod minus ad eō gratum populo Rom. fuit, ut Tribunus plebis, & Senator, & Aedilis curulis fieret. Cicero uerò oratione pro Muræna, tulisse eam rem grauius Pontifices, Iurisq; peritos, autor est, quod ea libri editione cornicū oculos confixisset. quo loquendi modo & in oratione pro L. Flacco utitur. Dubitauī quādoq; quid sibi uelit eo pro uerbo Cicero: & in eam sententiā facile sum adductus, ut metaphoram à cornicibus ductam existimarem, quæ è cauea oculos inspicientium rostro appetunt, & plerunq; pueris, qui naso nimis ad cancellos se applicant, eos euellunt: qui igitur cautum, oculatissimumq; uirum, quiq; alios decipere soleat, ipse decipit, cornicis oculos confixisse recte dicitur. Subijcit idem Cicero eodem loco, Transire Iuriscōsultos tibicinis Latini modō. Latij enim ciuitates, q modice erant, nō multos habebant tibicines: unde cum fabula aliqua agebatur, eundem qui tibijs dextris cecinisset, transire ad sinistras, easq; inflare oportebat: quo sensu & à Quintiliano accipitur lib. VII.

Quo sensu ueteres Arbitrium tutelæ, Arbitrium pro socio, dicebant: & Cicer. locus in oratione pro P. Quintio. CAP. XVIII.

Habemus in Iustiniani Codice rubricā, quæ inscripta est, Arbitrium tutelæ. alibi Paulus: Aggeres, inquit, arbitrium aquæ pluuiæ arcendæ ueniunt. est & Arbitriū pro socio, plerunq; lectum apud autores. Accursius hoc loquendi modo subaudiri existimat, quale esse debeat: ut rubrica indicet, quid ab arbitro tutelæ, pro socio, aquæ arcendæ, faciendum sit. Ego ex ueterū more sumptū id nomen arbitror, qui Arbitriū genitiuo plurali casu, pro Arbitrorū dicebant: etenim in supra scriptis iudicij plurimum arbitrio iudicis tributum fuit. Cicero in oratione pro P. Quintio: Qua in re ita diligens erat, quasi hi qui magna fide societate gererent, arbitrium pro socio cōdemnari solerent. Quem locum eius interpretes fatentur se non intelligere, & corruptū existimant, cum tamen omni mendacareat. Compilabat societate Neuius, perinde ac fures præmio, non autem pœna afficerentur. Id est, arbitrio iudicis cōmuni diuidendo ille socius, qui recte se gessisset, cōdemnaretur: qui uerò furatus de cōmuni esset, ablueretur. quo loquendi modo Demosthenes quoq; κατ' ἀπορίων utitur: ὃ γὰρ ἐστι πῶποτε μὴ ἴδ' ὅδ' νόμος ἐπὶ ἀρχῆν, οὐ δὲ ὅδ' ἰμμήσο, b xcvj. distin. e. Constantinus. ubi Card.

ἴδ' ὅδ' ἀρρύγοις ἀδ' δικάως ἀλλὰ τὸναντίον, &c. Nec nouum est, patrium casum arbitrorum, pro ablatiuo poni. Horatius: Desine curarū, pro à curis. Plinius VII. Omnium triumphorum lauream ad epte maiorem: pro omnibus triumphis, ἢ τὸν ἐπιλωισμὸν, ἢ τὸν ἀρχαϊσμὸν. In actione autem Pro socio, item Tutelæ, quia rationes excutiendæ sunt, & aliqua nomina probanda, aliqua dispungēda, id eoq; sæpius arbitrari contingit, merito plurali numero utitur legislator: an quia eius actionis formula sic inscripta esset?

De donatione Constantini, quæ ecclesiæ Ro. facta Laur. Valla negat, quid sentiendū. CAP. XIX.

Disputant plerunq; & ferè in librorū auspicijs, nostrates Doctores, an donatio, quæ Imperator Constantinus Syluestro pontifici Rom. fecisse creditur, à quo lepra liberatus, sacraq; baptismatis unda ablutus fuerit, iure atq; secundum leges ualuerit. Estq; cōmuni opinione hominum receptum, factam à Constantino eam donationem. At Laurentius Valla integro libro aduersus hanc sententiam declamauit, idq; nunquam factum fuisse contendit: & quæ uulgō circumferatur eius formula<sup>b</sup>, falsam, cōmentitiam, ab imperito aliquo confictam esse disputat. Cuius deinde argumentis fuere ex nostratibus qui respondere uoluerint. Et certè apud probæ fidei auctores res hæc nō satis liquet. Eusebius, Theodoritus, Casiodorus, qui omnia diligenter Cōstantini tempore gesta, quod ad ecclesiasticam historiā attinet, descripserunt, nullam eius mentionē faciūt: proculdubio nō omisuri, si sciuissent esse factā. Ammianus Marcellinus lib. xv. Constantium Romæ urbis habuisse omnem iurisdictionem, & Leontiū præfectum ibi constituisse: & ipsum quidem Pontificem Liberū in exilium misisse est autor, quod aduersus sententiam suam Athanasio Episcopo fauisset. Sic reliquos Imperatores Romæ mansisse ad usq; Augustulum ultimum, omnes historici satis ostendūt. Sub Gothorum regibus omne ius Imperij ab ipsis usurpatum, Casiodori Epistolæ indicant: plurimèq; eorum ad senatum extant aduclitæ, in quibus de Pontificis principatu nullum profus est uerbum. Longobardis Italianam tenentibus, mittebant Constantinopolitani Exarchos, qui Rauennæ quidem plurimum morabantur, sed tamen & Romam regabant: extantq; aliquorum exempla, qui tyrannicè, & inciuiliter sanctā sedem tractauerint. Primū Arripertum, deinde Lintprandum Longobardorū reges, urbes quasdā & oppida Rom. ecclesiæ dedisse, Paulus Diaconus, & alij, qui eius temporis res gestas memoriæ cōmendarunt, sunt autores. Post eos deinde Pipinus, Carolusq; Magnus, mox & Germani Cæsares, tandem & Mathildis non pauca contulere: populis ipsis, mitioris imperij spe, libenter annuentibus. Quod si ita est (nec enim negare id Valla ullo modo po-

a l. medicus. de oper. liber.

b l. Titio. ff. de pignor.

c l. rem alienā. de pig. act.

d l. Pantonium. de acq. her.

test) quid refert, à Constantino facta sit ea do-  
natio, an à posteriorib. ijsce principibus, qui  
manu sibi quæstos agros, atque urbes sacro-  
sancto concilio sint largiti? Atqui longè sub-  
tilius hanc rem uidet mihi intellexisse Boni-  
facius huius nominis VII. Pontifex, idem &  
Iurisconsultus acutissimus, qui lege euange-  
lica utrunq; gladium ad Pontificem pertine-  
re docuit: spiritalem sua, temporalem regum  
manu exercendū. Sanè Constantinū ipsum  
non Romæ à Syluestro, sed Nicomediæ ab  
Eusebio Episcopo, & quidē Arriano, Iustri-  
cis sacris ablutū, paucis anteq̃ moreretur die-  
bus, autor est Hieronymus in chronicis, atq;  
alij eius etatis Scriptorum. Lepra uerò nunquā  
laborasse eum, apud idoneos autores nusquā  
legi: sed eius nominis Constantinū Quintū,  
cognomēto Copronymū: unde fortasse equi-  
uocatione nominis, error inductus: nam quæ  
nomine Constantini circumfertur confelsio,  
eodem uitio laborat.

extranag. unā  
sanctam.

**Aduerbiū Partim, quandoq; non iterari:**  
et ab interpolatoribus uetus lectio defensa, in l. ij.  
de orig. iur. CAP. XX.

l. ij. de ori. iur.

**D**ecemuirī, inquit Pomponius<sup>b</sup>, populi  
consensu partim in carcere necati sunt,  
ita respublica suum statum recepit. Existima-  
runt aliqui, deesse aliquot uerba, qualia sunt,  
Partim in exiliū acti: nunq̃ enim hanc dictio-  
nem Partim, nō iteratam reperiri. sicq; hunc  
locū correxit Budæus, quē recentiores dein-  
de librarij sunt sequuti. Ego quamuis pluri-  
mum eruditioni Budæi tribuam, non tamen  
tam facile ab antiquorū codicum lectione re-  
cedendum arbitror: ideoq; nil putauerim im-  
mutandū. Hircius cōmentario IIII. Alexan-  
drini belli: Quod nisi locorum notitia reliqui  
se texissent, partimq; in naues, quibus flumē  
transierāt, recepissent, funditus deleti essent.  
Quo loquendi modo & ipse Cæsar primo cō-  
mentario belli ciuilibis utit, Cicero contra Rul-  
lū: Sacella, quæ maiores in urbe partim per-  
fugia periculi esse uoluerunt, multisq; præte-  
rea alijs locis. Vnde, partim illorū, partim ho-  
minū, A. Gellius pro Quidam homines, seu  
Aliqui ex illis, simpliciter interpretatur: idq;  
Catonis, & Q. Claudij autoritate: qua de re  
diffusius Grammatici scripsere.

**Præpositiōis A, duplex significatio saneq;  
inuenturara: et declaratus Plinius in Præfatione  
naturalis historie. CAP. XXI.**

**C**um de Grammaticorū studijs loquuti  
sumus, uenit mihi in mentem ut præpo-  
sitiōis A, duas significaciones referrē, haud-  
quaquam uulgatas, aut ab eis animaduersas:  
qui cum plurimas, & quidem uulgatissimas,  
in libros suos retulerint, uidentur has per in-  
curiam omisisse. Prima est apud Neratiū Pri-  
scam<sup>c</sup>: is, Cum uir, inquit, uxori legat, si à li-  
beris non nupserit, &c. id est, si donec filios  
habuerit, eos non deseruerit, & non nupserit.  
cuius locutionis non arbitror multa reperiri

l. sed si hoc, de  
cond. et dem.

exempla. Ratio autem ex ui separationis su-  
mitur, quam uox hæc naturaliter habet. Plau-  
tus: A morbo bene ualuit, ab animo æger fuit:  
id est, quantum ad morbum, uel quantum ad  
animū pertinet. ut fortè & hic, Si à liberis non  
nupserit, intelligendum sit, Si quantū ad libe-  
ros pertinet, nō nupserit: quo exēplo & Græ-  
ci πρὸς τὴν θεῶν dicunt, id est, quantum ad deos  
attinet. Altera est apud C. Plinium in proœ-  
mio Naturalis historie: quem locum non ui-  
dentur eius interpretes satis intellexisse, aut  
rectè emēdasse. Namq; tu solebas putare esse  
aliquid meas nugas, ut obice moliar Catullū  
cōterraneū meum. agnoscis & hoc castrense  
uerbū. ille enim, ut scis, permutatis prioribus  
setabis duriusculū se fecit, quæ uolebat æsti-  
mari à Veraniolis suis & Fabullis, &c. Aesti-  
mari, inq̃t, à Veraniolis, id est, ex amore quo  
Veraniolos prosequeretur, qui muneri sibi  
ea dederant. Alludit autem ad illa carmina:

Nam sudaria setaba ex Hiberis  
Miserunt mihi muneri Fabullus  
Et Veranius, hoc amem necesse est  
Ut Veraniolum meum & Fabullum. Et rursus:  
Quod me non mouet æstimatione,  
Sed quod munusculorum mei est sodalis.

Et rursus:

Quod ergo ait, Permutatis, intellige sublati  
& suppositis uisioribus: alludit enim ad illud,  
Tollis lintea negligentiorū. Et quod dixerat,  
Obice moliar, uerbū est castrense, id est, pro-  
scuto opponam, & me defendam. conuenitq;  
hæc interpretatio sensui Pliniano, qui dica-  
rat lucubrationes suas Tito Vespasiano: quas  
non iusta æstimatione, sed secundum Cæsa-  
ris ipsius, cui donatæ fuerant, animum, & be-  
neuentiā cupiebat expendi: appellatq; Ca-  
tullum duriusculum, quod id epitheton ma-  
ximè exactoribus conueniat. Horatius: Du-  
rusq; exactor, ut Alfius olim.

**Quomodo ueteribus Bidelli uocarentur: et  
uaria significatio huius nominis Episcopus.  
CAP. XXII.**

**E**piscopi in iure Pontificio notam habent  
dignitatis significacionē, qua antistites  
designantur, quasi inspectores: id enim græ-  
cè ea uox significat. In iure ciuili sic eorū mu-  
nus describit Arcadius Iurisconsultus. <sup>a</sup> Episco-  
pi, inquit, qui præsumt panī & cæteris uenali-  
bus rebus, quæ ciuitatum populis ad quoti-  
dianū uictum usui sunt, personalib. muneri-  
bus fungunt. Ego & gymnasiorū custodes,  
quos uulgò Bidellos appellabamus, hoc no-  
mine significari posse arbitror, idq; ex Lucil-  
lij poëtę epigram. qui Mercuriū gymnasiorū  
Episcopum dicit eleganti carmine lib. II.

Τὸν ἡλιώδη ἐπιπέδον, τὸν θεῶν ἀνεπίτλω  
ἐσθλα τῶν δὲ γυμνασίων ἐπισκοπῶν,  
ὁ νεκρὸς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιπέδον ἐστὶν  
πολλοὶ μαθητῶν κρείττωνος διδασκαλῶν.

Alas ferentem Hermem deorum nuncium,  
Qui gymnasijs inspector extat omnibus,  
Fur noctis Aulus cum abstulisset, reuulit,  
Frequens magistro doctior scholasticus.

Pote-

d. l. si. de mun.

Poterunt ergo isti nouo se dignitatis nomine  
insignire, gymnasiorūq; Episcopos appella-  
re. Valerius tamen Maximus gymnasiar-  
chas uidetur eos dixisse libro I X. Pindarus  
cū in gymnasio quieti se dedisset, nō prius  
decessisse cognitus est q̃ gymnasiarcha clau-  
dere eum locū uolente nequicq; excitaretur.

**Iure nostro eurationis pœnam reprobari:  
nec in iudicis quidem exercendam. CAP. XXIII.**

**C**oncubuerat Iudæus cum Christiana:  
Quæsitum fuit, quo supplicio esset affi-  
ciendus. Et si sub prætextu matrimonij conij-  
set, tanquam adulterum puniri debere consti-  
tutum est<sup>a</sup>, nam etsi prouinciali mulieri Gen-  
tilis uir tali colore se cōmiscuerit, capitali sen-  
tentia puniri debere, in Theodosiano Code-  
ce cautum legitur<sup>b</sup>. Cuius legis mentio apud  
Agathium poëtam est epigram. lib. VII.

a. l. ne quis Chri-  
stianam. C. de  
iud. eis.  
b. l. i. C. de nupt.  
Gentil.

Εἰ δὲ εἰς ὀβνέην τὴν τοῦ νόμου αἰχρῶ ἀνέλθῃ,  
ἴδεν ἀνυπόστατον ἄμαρτον ἀλλοτρίως,  
Gentilem subigas, alieni corporis in te  
Vestigans labe, actio legis erit.

Oldr. cons. ult.

Cæterū Oldradus hæc uera esse censuit, cū  
prætextu matrimonij uelatur crimen<sup>c</sup>: alio-  
quin arbitrio iudicis extraordinem punien-  
dum, ex facto respōdit: relatumq; apud eum  
extat iussisse latruncultores uirilia ei ampu-  
tari. Verū huiusmodi iudicium ego nō Iu-  
risconsultis hominibus, sed Cynicis potius  
conuenire existimauerim, Si quidem prodit-  
um est Diogenem cū audisset Didymonē  
quendam in stupro depræsum, ita pronun-  
ciasse, ἀξίον ἐκ τῶν ὀνόματός κρεμᾶσθαι: Dignus ex  
nomine suspendi. Sunt autē didymi Græcis  
testiculi. In iure sanè nostro prohibitum om-  
nino est hoc pœnæ genus: nec aliqua ratio-  
ne castrari homines constitutiones sinunt: si-  
ue quod fiat hoc modo iniuriā naturæ, siue  
quod id aduersus publicam utilitatē est, quæ  
in suscipiendis liberis uersatur: siue quia pau-  
cissimi sic affecti sanantur, sed ferè omnes pe-  
reunt: quod Iustinianus Cæsar nouella con-  
stitutione CXLII. scripsit, Extat apud Lint-  
prandum Diaconum libro IIII. non illepida  
historia. Theobaldus Vmbrorū Dux aduer-  
sus Græcos, qui Beneuentum tenebant, bel-  
lum gerebat: is quoscunq; ex hostium exerci-  
tu captiuos facere poterat, amputatis uirili-  
bus dimittebat: donec quædam mulier ante  
eum gemebunda, hominum deūmq; fidem  
implorans constitit: Quid, inquires, Theo-  
balde scemina egimus ut bellum nobis indi-  
ceres? haudquaq; nos Amazones sumus, sed  
Mineræ operibus deditæ, armorum usum  
nullum tenemus. Quid ergo uirorū nostro-  
rum testes amputas, nosq; nostris uoluptati-  
bus priuas? Sunt illis oculi, sunt nares, sunt  
manus, quid ad ea quæ nostro usui natura cō-  
cessit, belli iura producis? Quo sermone de-  
lectatus Theobaldus, ei pœnæ modum im-  
posuit. Superiorum certè temporum licen-  
tia cū fidiculis testibus admotis cōgisset  
miles quidem rusticum captiuum, ut certæ

pecuniæ redemptionis nomine apocham fa-  
ceret: responsum fuit, haudquaquā legitimè  
impositam ἀπλύτως.

**De ueterum sacerdotum probitate, perpen-  
sus in Decretis locus. CAP. XXIII.**

**B**onifacius martyr interrogatus, an lice-  
ret ligneis calicibus in sacris operari: re-  
pondisse fertur, Olim aureos sacerdotes li-  
gneis uasis litasse, nunc è contrario, ligneos  
aureis uti. Quod dictum referre libuit, quo-  
niam eius quoq; in canonicis Decretis extat  
mentio<sup>d</sup>, sed in uersis uerbis, & non rectè ex-  
pressa sententia. Videtur calix ligneus Sym-  
puii fuisse apud ueteres, Iuuenal. Saty. VI.  
Sympuuium ridere Numæ, nigrumq; catinum.  
Tamet si & capeduncula fictilis sic appellatur  
Plinio lib. XXV. in sacris, fictilibus proli-  
batur sympullis, ἑποικευσικῶς.

d. de consecr. di-  
stin. i. c. uasa.

**Pauli responsum ex moralibus Aristoteli  
cis declaratum. CAP. XXV.**

**P**aulus Iuriscōf. Qui abortionis, inquit,  
pautamatoriū poculum dant, etsi dolo nō  
faciūt, tamē quia mali exempli res est, in me-  
tallum damnantur &c. Dubitatum fuit, cur  
eam rationem potissimū Paulus adduxerit?  
Respondi id ab eo factū, ut Aristotelis quæ-  
dam argumenta dilueret, cuius libro Magno  
rum moralium primo, cap. XVI. in hunc sen-  
sum sunt uerba: Ferūt olim quandam mulie-  
rem poculum cuidam amatorū dedisse, qua  
potione mortuus ille fuerit, eamq; mulierem  
hoc crimine in Areopagum pertractam, iu-  
dicum sententijs absolutam fuisse, ea ratione,  
quod id minime futurum præuiderat: amoris  
siquidem cupidine occæcata id fecerat, non  
ea mente ut hominē perderet, sed ut sibi soli  
feruaret. Vbi ergo animus delinquēdi nō est,  
ibi nec pœnā aut suppliciū esse debere: cū  
ea duntaxat crimina puniant, quæ uoluntaria  
sint. hæc ille, nō fat, ut apparet, rectè. Extat hu-  
ius rei exemplū in Lucretio poëta, quē Lucil-  
lia uxor amatorio poculo in furorē traxit, un-  
de & mortuus est, ut est apud Hieronymum.

e. l. si quis ali-  
quid. de po.

**Ius constitutū id dici, quod singulare, uel ex-  
traordinarium est: multaq; responsa declarata.  
CAP. XXVI.**

**Q**uæ sint constitutiones Principū, quid  
à mandatis differant, quid item à legi-  
bus, aut fenatusconsultis, docuere locis suis<sup>f</sup>  
nostri Doctores: una duntaxat est significa-  
tio à me animaduersa, haud sanè uulgaris, ne-  
que ipsis cognita. Paulus<sup>g</sup>: Rerum amotarū  
iudicium singulare introductum est, quia mu-  
lier furtum quidem facit, sed furti actio non  
est constituto iure. Idem<sup>h</sup> Iulianus ait, fauore  
libertatis constituto iure hunc ad libertatem  
peruenturum: idq; constituto iure potius,  
quàm ex testamento. Quibus uerbis apparet,  
id constituto iure induci, quod non secun-  
dum regulas cōmunes iuris inducitur, sed sin-  
gulari aliqua ratione, quam usus prudentum

f. rubr. extra de  
constit.

g. l. rer. amot.

h. l. si peculium.  
§. is cui. de sta-  
tulib.



a l.ij. C. de insti. & subtit. b l. iusto. §. non-dum. de usucapio. c l. coeptam. co. tit. d l. si is qui pro emptore. cod. tit. e gl. l. fin. §. fin. cod. tit.

f xliij. q. iij. c. pleriq.

approbaverit, & simul statuerit. Vnde & alibi dicitur Ius extraordinariū. Papin. Non-dum aditē hæreditatis tempus usucapioni datum est, si defunctus usucapere cœperat, qd iure singulari receptum est. Alibi Neratius id iure cōstituto inductum dicit: Cœptā usucapionem à defuncto posse & ante aditā hæreditatem impleri constitutū est. Paulus hoc approbandum putat favorabilius accepta legis Cornelie interpretatione: licet secundū regulas cōmunes iuris secus esset: quæ Vlpiani fuit sententiā.

Ambrosij canon in decretis explicatus quid sit Absinthiacum, quid Theriacum, quid Hilla. CAP. XXVII.

SI quis instaurandū conuiuīū putat, inquit Ambrosius, ad negociatorem mittit, ut absinthiaci Cupellam deferat: ad cauponem, ut uinum Tyriacū: ad lanium, ut Hilla sibi procuret &c. Interrogatus plerunq; à studiosis uiris sui, ut quid sibi uellet Ambrosius explicarē: quib. hunc ferē in modū respondebā. Videmus hodie in conuiujs, cum nimīū saburrati homines esurire desierūt, afferri radicem illam consueuisse, quam non uulgus tantum, sed & ueteres Armoraciā uocant, ut stomachi fastidia eius gustu discutiant, oreximque restituat. at olim uinū absinthite hunc in usum cōuiuæ accipiebant: quod eius peculiaris uis hæc esset, ut cibum auersantibus stomachis prodesset, famemq; instauraret: qd Dioscorides lib. v. tradidit ῥησίμιος ἀνορέκτους κακὰ μὲν οὖν σόμασιν. Tyriacū uerò uinū quale esset, haud facile dixerim: nisi intelligas Theriacū, quod ex Theriaca uite cōfectum esset: cuius rationē tradit Palladius lib. III. cap. XXVIII. & Florentinus in collectaneis Græcis rei rusticæ, quæ Cōstantino Cæsari dicata sunt, lib. III. cap. VIII. quo exēplo hodie sunt, qui ex ligno Indico Guaiaco (siue hebenus sit, ut ego arbitror, siue alia arbor) uinum conficiant, ijs qui morbo Gallico laborāt utilissimū. Potuit etiam forte Ambrosius Syriacum uinum scripsisse, quod Possidonius in Damasco Syriæ nasci prodidit, Persarū regum cura fatum, ut est apud Strab. Hilla uerò notam habet significationē ex Festo & Nonio: intestina uitulorum, seu bouum hoc nomine appellantur, & præsertim illud, quod ieiunum uocant.

DN. AND. ALCIATI IURISCONS. PARERGON seu obiter dictorum, liber octauus.

Quæ sint Indictiones annorum: & emendatus locus in Authent. ut præpo. nomen Imperatoris. CAP. I.



NON mediocris est hæsitatio circa annorū indictiones, quando cœperint, cur ita dictæ sint. & Accursius etiam ante natiuitatē Christi ex indictionibus cōputa-

g gl. l. j. §. si. c. de iusti. Cod. consir. ubi doctores.

h auth. de colla. in prin.

tionem à Romanis inuentā tradidit: cum enim Græci ab Olympiadibus, Hebræi à diluuiō annos numerarent, Romanos tria lustra, id est, annos quindecim, Indictionē dixisse: quod tali tempore indicerentur tributa, pro primo lustro auri, pro secūdo argenti, pro tertio ferri. Quoniā autem Christus quarto anno primæ indictionis natus est, quod etiam Dionysius scribit, calculum ita ineundū censef, ut annis Christi addatur triennium, omnisq; numerus per xv. diuidatur, ut qui inde excurrit, Indictionis tempora denotet, quæ ultra quintamdecimam non progreditur, sed deinde reuertitur ad primā. Cum igitur nunc agatur annus à Christo nato 1542. additis tribus erit annus 1545. si diuidatur per quintū decimū numerum, inuenietur ter & centies inesse, nihilq; excrescet: unde consequens erit, ut hæc quintadecima sit indictio. Incipit autem à Caleñ. Septembribus, quod cōstet, eo mense exactores publicorum tributorum munus suum auspiciari: quod Iustiniani constitutione h satis ostenditur. Scribit Dion lib. L I. Actiā uictoriam secundo Septembris die Augusto contigisse, ideoq; ab eo tempore annos Imperij numerari cœptos. Psellus philosophus indictionem græcē ἀνωτέριος dici existimat: ortū uerò habuisse ab ipso mundi exordio, & cum Olympiade græca conuenire, ut quæ tres Olympiadas contineat, ideo per xv. annos diuidi, quod ætas hominū tali tempore magnam mutationem faciat: quod primus quinus denarius hic numerus ad pupillarem ætatem pertineat, sequens ad iuuentutem, tertius ad uirilitem, quartus ad mediam ætatem, quintus ad caniciem, sextus ad senectutem: qui uerò adhuc superstites sunt, hi præcipitis senī decrepitiū, tum & longæuī dicantur. Idem autor est, fuisse qui crederent Indictionem à quodam Imperatore institutam, qui Indictus diceretur: quod sanè ridiculum est, nec ab ipso quidem probatum. Beda lib. de natura rerum, cap. XLVII. cōsentanea Accursio scribit, nisi quod mutationem illam de auro in argentum, deinde in ferrum, non agnoscit, sed parem censum fuisse singulis lustris sentit: quod & mihi probabilis uidetur. Idem incipere Indictiones tradit VIII. Caleñ. Octobres: & quia in ueteri republica post lustrum quinto quoq; anno peractum urbs Roma lustrabatur, ad indicium ternæ lustrationis, & census, indictiones esse cōditas. Addit & aliorū sententiam, ideo inuentas, ut certior esset numerus, qui quandoque confundebatur succedente nouo Imperatore, ei qui medio anni decesserat. Isidorus lib. etymolog. v. cap. XX XVI. Aera, inquit, singulorū annorum constituta est ab Augusto Cæsare, cum primū censu excogitato Romanū orbem descripsit. dicta autem est Aera ex eo, quod omnis orbis æs reddere professus est reipub. Est autē Aera temporis exordiū Theoni, & astrologis. Ego apud bonos autores nusquam legi, solitos ab indictionibus annos computari, uel

a In authent. ut præpo. nomen Imp.

b C. de lustr. col. Theodos. l. neque. C. de uecti gal.

c §. si qua uerò. ad fin.

uel in republica uetere, uel etiam ante translatum Constantinopolim imperium: opinorq; hunc morem paulo antè cœptum ex Iustiniani constitutione deinde inualuisse, & secundum annos urbis calculum ductum fuisse: siquidem cum ipse anno imperij sui undecimo scribat primam esse indictionem, cōstetq; ex factis quartū ante Iustinianum annum fuisse 1278. in Boethij & Symmachi cōsulatu, apparet octogesimamquintam indictionis iterationē ab urbe condita tum fuisse. Satis tamen arbitror, originem ab indictione tributorum traxisse: quādoquidē & Dion Cocceus lib. LV. autor est C. Antistio, Lelio Balbo cōs. uotis x l. diuum Augustum indictionē exegisse, ut à rebus publicis solidum aureum acciperet ualoris drachmarum xxv. à priuatis uerò drachmam unam, id est, denarium seu x. asses, qualiter hodie expenditur Iulius numus. Fuit autem ille annus ante natū CHRISTVM quartus, qui est primus Olympiadis CXCIII. Idem lib. LVIII. autor est, argenti oblationes, quas Augustus indixerat, Claudij edicto sublatas fuisse. Credibile igitur est quod aliqui tradiderunt, in quinos annos diuisam indictionem, quod primis quinque in Asia census ageretur, alijs sequentibus in Africa, demum ultimis in Europa: sicq; singulis quindecim annis censuales libros reformari consueuisse. Illud non omittendum, supra scripta Iustiniani constitutione præcipi, ut consul indictio, atq; mensis & dies instrumentis adscribantur, inseraturq; deinde τὸ πῶλεως πᾶσι πρόποις ἴδος, id est, quod in urbe cōsuetum est. At qui eam ante Accursiū translulit, uidetur τὸς legisse, scripsitq; inseratur ciuitatis modis omnibus annus: ut necessarium sit, annos quoq; ciuitatis cum condita fuit addere: quod certè durum, & plerunq; impossibile esset. Non itaq; de anno, sed de consuetudine intelligendum. Rursus idem Iustinianus constit. CLXVII. reliquorū gratiam subiectis fecit, & id quidem generaliter eorum quæ à tertia indictione elapsa sunt: id est, quæ sexdecim antè annis extitit. quamuis uulgati codices πρῶτους, id est, à prima scriptū habeant, pro πρώτους.

Ex iureiurando uerbis obligationem cōtrahit: & sensisse Basilium nunquam iurandum esse: & in nouellis νόμοις, non pro iuramento, sed fide publica accipi. CAP. II.

Obligationum quæ uerbis cōtrahuntur, unam duntaxat speciem ponunt nostri Doctores, illam scilicet quæ ex stipulatione oritur. At Caius lib. Institutionū II. aliam adducit, quæ dictio dotis uocatur, quæ hodie uidetur abolita. Afferit & tertiam, quæ ex iureiurando oritur, quod libertus patrono præstat, cum donum, munus, operā daturum se iurat: quā tamen subiicit non tam uerborū solennitate, quā religione cōfirmari. Et cum hæc obligatio uerbis inducat, potest per acce-

d l. et per uis. de accept.

e gl. xxij. q. j. in summs.

f xxij. q. v. humane. g in c. est Christus. de iureiu.

h in auth. de mēda. princip. §. sed neq.

i l. i. c. de dot. prom.

k l. in commoda. to. §. sicut. ff. commoda.

ptilationem extingui, quod Vlpianus censuit. Hincq; argumentantur aliqui, in iuramento necessaria esse uerba: nisi tamen is qui iurat, loqui non possit, ut mutus: quæ receptior uidetur nostratum sententiā. Nam & Aristoteles Rhetoricorum ad Alexandrum libro I. iusiurandum diffinit esse cum diuina ueneratione dictionem probationis expectem: cui & ueteres aliqui adstipulati sunt. Facet uerò Laberius in Mīmo Alexandria, ut est apud Gellium lib. xvi. Quid est iusiurandum? emplastrum æris alieni. Cæterum Pontificij aliter sentiunt, & absq; uerborū solennitate consistere iuramentū existimant: quoniam Deo præstetur, qui solius mentis inspector est. Idem Pontificij Euangelicum præceptum Matthæi v. Ne iuretis omnino, sed sit sermo uester, est, est: non, non: uarijs interpretationibus restringunt. At non ita diuus Basiliius, cuius in libello, quomodo ex libris gentiliū proficere possimus, in hunc sensum sunt uerba: Illud Clinie Pythagorici creditū difficile est, quod casu, non dedita opera nostros imitatur: nam ille, dum per iuramentum multam trium talentorum uitare liceret, iniuriam pati maluit, quā iurare: qui hoc seruans, illud de iuramento nobis interdico præceptum audiuisse uidetur. Addunt nostri interpretes, ex Iustiniani quoq; nouella h constitutione probari, in iuramento necessaria esse uerba, dum prohibet præsidibus, ne uerbum, id est, iusiurandū temerè cuiquā indulgeant. Sed certè corrupti circumferuntur uulgati codices: nec enim ulla mentio iusiurandi in autographo est, sed ne cuiquam cōcedant τὸ κατὰ λαμβανὸν λόγον, id est, quod uulgò dicitur uerbū: hoc nomine intelligens Iustinianus fidem publicam, seu securitatis promissionem, uel, ut imperiti aiunt, saluum conductum.

An dotem dare pater filie diuiti teneatur: quid sit officium, & officiosi qui dicti sunt. CAP. III.

TRitissima hodie est nostratibus quæstio, tan teneatur paterfamilias filiam aduentitio suo peculio diuitem nihilominus dotare. & quamuis Accursius Bartolusq; negauerint teneri eum de suo quicquam dotis nomine dare, tamen alij adhuc quoq; de bonis paternis dotandam affirmarūt: quoniā id ad officium paternū pertinere lex ait. At ego hoc ipso dicto facile adducor, ut credam cōtrariā sententiā ueriores esse: cum quæ officij sint, minimè ad obligationis necessitatem pertineāt. Paulus, uolūtatis & officij magis, q̄ necessitatis est, cōmodare. Ann. Seneca lib. de clamat. IIII. Memini Atheriū, cum libertinū reum defenderet, cui obijciēbatur, quod patroni concubinus fuisset, dixisse, Impudicitia in ingenuo crimen est, in seruo necessitas, in liberto officium. Res in iocos abiit, Non facis mihi officium: multum ille & hic in officijs uersat: & ex eo impudici & obscœni aliquandiu Officiosi uocitati sunt.

Quid sit Colum niuarium: quid aquae minarum, lex Pomponij explicata, & Martialis carmen declaratum. CAP. IIII.

a l. in argento. de aur. & argen. leg.

Pomponius legato argento potorio, etiam id, quod ad preparationem bibendi paratum est, venire ait: ut columnarium, ut urceoli. Accursius Columnarium interpretatur engasteria, quae collum simile columnae habet: sed huiusmodi uas potius ad bibendum, quam ad preparationem bibendi pertinet. Antiqui codices Colum niuarium habent, ut putocastigatius. Solebant ueteres cribella argentea habere foraminulenta, unde niue colare possent, quam aestatis tempore diligenter seruata refrigerandis uinis cum potaturi erant immitterent. Plinius: Hi niuem, illi glaciem potant: seruatur aliorum aestibus, excogitaturque ut alienis mensibus nix algeat: id uasculum Colum niuarium appellatur. Pauperiores uero non argento ad hanc rem, sed lineo sacco utebantur. Martialis de Colo niuario:

Setinos moneo nostra niue frange trientes, Pauperiore mero tingere lina potes.

Rursus de sacco niuario:

Attenuare niues norunt & lintea nostra, Sed tu morosa ludere parce siti.

Subiicit idem autor de urceolis:

Frigida non desit, non desit calda petenti, Sed tu morosa ludere parce siti.

Quibus uerbis apparet, urceolorum usum fuisse in diluendis aqua niuis: seu frigida, id est, ex niue sit: siue alia uulgaris, quam calidam uocat, ut merito & hi ad preparationem pertineant. Subiicit eodem loco Pomponius: Vn guentis legatis comagena, gleucina, crinina, rhodina, ex myrrha quoque, tum nardinum purum contineri. quae dictiones corrupte apud eum in uulgatis exemplaribus leguntur. Sunt autem unguenti siue olei nomina ab herba, a musto, a lilio, a rosa deducta, quorum meminit etiam Athenaeus, & conficiendi rationem docet Dioscorides & Plin. Addit idem, Aquinimarium legato escario potius, quam potorio cedere. Vnde apparet scutellae certam speciem fuisse potioni quidem aptam, sed quae tamen magis cibo capiendo usui esset. Paul. Sententiarum lib. III. tit. de usufr. aquinimalia uocat, aitque, instructa domo legata contineri, sicut & delphicas, & pelues. Nonius Marc. aquamanalem uocat urceolum, quo aqua in trulleum effundit: sed uidetur hoc diuersum ab aquinimario fuisse. Arbitror autem dictum, quasi aquae heminarium. Est hemina semifistarius, & continet sex cyathos, quandoque secundum mensuram, quandoque secundum pondus, ut alibi declarauit.

b l. & st. st. cui. cod. tit.

Panes, seu Annonae civiles, quae sint: & tales P. Vergilio ab Augusto Caesare datos fuisse, itaque Vitruuius Pellionem de Celei uxore, Ouidij carmen in Fastis emendatum in Metamorph. V. Fabula Stellionis declarata. CAP. V.

Non uno loco a me declaratum est, quid sit in iure nostro Militia, quae graeca uo-

ce Iustinianus *σπέρτων* appellat: utque non admodum differat ab his, quae Officia in Pontificia aula Romae dicuntur, uenunquam eunt, ut certum redditum emptores inde percipiant: quod ut facilius fieret, datum est privilegium praelationis ijs, qui ob eam causam mutuauerint, ut quis militet, & inter eos qui Statuti uocabantur, posset referri. Rursus concessum est, ut si argenti distractores filijs uel cognatis huiusmodi militias emerint, id praesumatur ex pecunia creditorum factum esse. Caeterum non admodum a militijs differebant etiam hi redditus, qui in iure nostro Panes civiles uocabantur: quandoque & Annonae civiles dicuntur: quandoque Salaria in diuersis speciebus de publico ministrata. Horum origo uidetur emanasse ex liberalitatibus principum, atque congiarijs, quae plebi Rom. dabant: quae postea incertum redditum transferunt. Prohibet nouella constitutione Iustinianus, ciuiliu panum sequestrationem fieri, quo minus qui publicas erogant annonas *πρωχορηγίων* praestet. Scribit L. Vitruuius Pellio commendatione Octauiae sibi a Caesare Augusto recognitionem comodorum indultam, ut amplius paupertatem timere non posset. Opinor, panes illi ciuiles donec uideret concessos: quod & indulsisse eundem Imperatorem P. Vergilio certum est. Aelius Donatus, qui eius poetae uitam descripsit, existimauit redditus hosce Panes fuisse: & ideo comminiscitur obiectum ipsi Imperatori a Vergilio fuisse, quod pistoris filius esset, ut qui solos panes erogaret. Quod mihi non sit uerisimile: arbitrorque tribuisse hoc auribus studio fori, quisquis fuit, hunc grammaticum, non ueritati: sicut & alia quaedam, quae apud eum leguntur. Sanè quod Vitruuium appellauit Pellionem, cum uulgati codices habeant Pollionem, non absque causa a me factum est. Extat adhuc Veronae antiquissimus lapis hac inscriptione:

L. VITRUVIUS L. L. CERDO ARCHITECTVS.

Idem autem est Cerdo, quod Pellio. Plautus Menæh.

Quasi suppellex pellionis palus palo proximi st. Sic enim habent antiqui codices, non Celionis, ut censuit Erasmus in proverbio, Celei supellex. Sanè huius Celei uxor fuit nomine Metanira, quod Pausanias in Attica scribit, ut corrigendum sit Ouidij in Fastis carmen:

Matre salutata mater Menalina uocatur. Legendum enim Metanira: nam & Nicanter sic appellat:

— Ὅτ' ἦν κελαιο βόρ' ἄπνοιας Ἀρχαίη μεταύδρα. ubi eius interpretes refert, Abantem ipsius Metanirae filium cum Cererem uictimam immolantem irrideret, libamine quod in cratere remanserat perfusum, & in stellionem uersum fuisse: quam fabulam perstringit Ouidius libro Metamorph. v.

— Duri puer oris & audax, & c. ubi Polenta appellat, quod ille *κράσιμα*. Iuuenalis Satyr. x. de populo Rom.

c §. his consequens. in Athen. de equalit. dot. d l. si. C. de pig. in auth. cxxxvi. e l. fin. §. fin. C. de iur. dot. auth. lxxxviiij. f §. haec ergo. in auth. de non alien. g l. privilegia. C. de sacrosanc. eccles. h Nouell. lxxxviij.

Duas, inquit, res anxius optat, Panem & Circenses.

Sic enim legendum ex antiquis codicibus: intelligendumque de copia rei frumentariae, quam Imperatores procurabant, ut est apud Tranqu. in Claudio. Eam singulis annis constituisse reipub. supra M C C L. talenta, autor est Plutarch. Censetur autem talentum aureis nostratibus sexcentis. Vulgo tamen apud Iuuenalem legitur Panum: qua lectione non duas res, sed unam duntaxat curasset populus.

Modestini responsum, quomodo fisco fauendum sit, declaratum. CAP. VI.

Non puto, inquit Modestinus, delinquere eum, qui in dubijs quaestionibus contra fiscum facile responderit. Visum est id nostratibus Doctoribus ualde nouum: cum enim plurimum fisco faueamus, sintque non pauca illi aduersus communes regulas indulta, non conuenire uidetur, ut in dubijs causis succubatur. Qua ratione moti plerique, uarijs commentis apertissimae legis uerba restringunt, & sub interpretationis nomine corrigunt, atque abolent. Ego autem simpliciter ea uerba accipienda arbitror, Plin. Caecil. in Panegyrico ad Traianum Imperatorem: Quae praecipua tua gloria est, saepe uincitur fiscus: cuius mala causa nunquam est, nisi sub bono principe. Iul. Capitol. in uita M. Antonini: Fisco in causis compendij nunquam iudicans fauit. Eutropius & Sextus Aurelius, in Constantij, seu Iuliani uita: Pompeia Plotina, incredibile dictum est, quantum auxerit gloriam Traiani: cuius procuratores cum calumnijs prouincias agerent, adeo ut unus ex ijs diceretur locupletum quorundam ita conuenire, Quae habes? Vnde habes? Tertium, Pone quod habes: illa coniugem corripuit, atque increpans, quod laudis suae esset incuriosus, talem reddidit postea, ut exactioes improbas detestans, fiscum licentiae uocaret, quod eo crescente, reliqui artus tabescunt. Et haec quidem bonorum Principum exempla sunt, secundum quae Modestini responsum uidetur accipiendum. At alij potius Augusti factum imitantur, quod Dion Coccaeus lib. Historiae LIII. in hunc sensum tradit: C. Iulius Licinius origine quidem Gallus erat, sed a Caesare bello captus, deinde & manumissus: quod Augusti libertus esset, procurandae Galliae praepositus fuit: quo in munere barbara quadam auaritia, sed magnificentiae Romanae specie agebat: digniores quoque ad officium suum pertinebant, exigebat: plerumque in rem suam priuatam uertebat: quaedam & amicis largiebatur: & cum singulis mensibus tributum penderetur, rationem commentus est, qua quatuordecim in anno essent menses, duosque Augustales Decembri, qui uere decimus mensis esset, addendos contendebat. Accusatus itaque a prouincialibus, repetundarum fuit: quo nomine plurimum erubuit Augustus, quod huiusmodi moribus hominem ueriti

a l. non puto. de iure fisci.

galibus suis praefecisset, eratque de eo sumpturus supplicium. Quod cum ueretur Licinius, rationem inuenit, qua & accusatores suos irideret, & ipse incolumis euaderet. Igitur Augusto in domum suam uocato, thesauros omnes, auri & argenti magnam copiam ostendit: hasque, inquit, Auguste diuitias tibi omnes parauit, quas a Gallis abstuli, quod homines illi animo turbidi, atque inquieti, a populo Rom. fiducia opum defecturi uiderent: quibus sublati, & paci illorum consului, & tibi successoribusque tuis has opes adiunxi. Accepit Augustus haec in bona parte, nec ulterius de liberto suo conquerentes Gallos audiuit.

Intellectus ad l. i. §. eum. de edendo. a recentiorum argumentis defensus. CAP. VII.

Esu edere Labeo ait, qui aduersarium suum ad albiu producit, & demonstrat, quid diciturus sit, uel id dicendo, quo uti uelit. Ita legendum Iurisperiti responsum iam diu admonui, aduersariumque pro notula, seu, ut uulgo uocant, quinterneto intelligendum disputationum lib. II. cap. xxxix. meamque sententiam inde sequutus est Erasmus in proverbio, Non eras in hoc albo. Fuere tamen qui hac in re contradicerent: quorum argumentationis summa duabus rationibus consistit. Primum, quod aiunt, non posse Labeonem ita intelligi, quoniam in iure quidem constat, codices rationum atque tabellas edi debere. At huiusmodi aduersaria nemo edere compellitur: etenim receptissimum est, schedulas, quas domi & secreto quis pro sua instructione retinet, exhibendas non esse, quod diferte a Pontificijs traditum, & ego sapissimè approbauit. Sed hoc argumentum difficile non habet dissolutionem. Vt enim uerum sit, neminem ad aduersaria edenda cogi: non ideo consequens est, si ipse ea in iudicio proferat, quin edere dicatur. tamen etiam putauerim eum cogi ad ea edenda posse, cum adhuc in codice rationum ea non retulit: ut declaret, quomodo sit relaturus. Nec enim quicquam referre arbitror, an codicem suum edat, an ei etiam ephemeridas haec adiungat: dum tamen declaret quomodo codici singula capita sit adscripturus. Alterum quod hi adducunt, est, posse Labeonis dictum de aduersario (id est, reo) intelligi, quem actor ad album deducat: idque ex Asconij Padiani autoritate, qui Siculos priusquam Verrem repetundarum crimine accusarent, a M. Cicerone ad senatum perductos scribit, & Senatusconsultum factum, ut praetor ad se delatum Verrem in albo suo palam legendum proponeret: ut inde cognosceret decretam esse pro Siculis in eum accusationem. Verum hoc exemplum parum ad rem facere uidetur: nec enim Siculi edere quicquam Verri ideo dicti sunt: & non in actionibus ciuilibus, sed in accusationibus. loquitur Padianus: quia non licebat praetori de capite ciuis Romani ad prouincialium querelam iudicare, nisi ex autoritate Senatus: quod ipsemet tradit, & non

b l. §. eum. ff. de edendo.

c Abb. & Mod. c. j. de probat. l. j. C. de eden.



uno in loco scriptum apud Ciceronē extat, & nos alibi docuimus. Ouidius: Nec mea decreto damnaſti facta ſenatus.

Magnus patruus quis ſit, Magnus dies, Magni nauis Val. Flacco: & eius primum carmen declaratum aliter quā uulgō conſueuerit. CAP. VIII.

Quid dictio Magnus ſignificet, etſi uulgatiſſimū eſt, quandoq; tamen ſenſu accipitur haudquaſ; adeo trīuiali: ut cūm Iuriſconſulti Patrum magnum dicunt, Amitam magnā: eſt enim mihi Patruus magnus, qui patris mei eſt patruus: ſicut Patruus maior, qui auī: Maximus, qui proauī patruus eſt: qd Feſtus quoq; Pompeius ſcribit. Sed & Magnum diem appellamus, qui lōgis periculoſiſq; laboribus ſinem imponit: quōd celebris ualde & in hominū memoria uerſetur. Corn. Tacitus in uita Agricola: Trāſigite cum expeditionibus, imponite quinquaginta annis magnum diem. Vergilius:

—Et incipient magni procedere meſes.

Qua ratione & Magnos nauas uideſ dixiſſe Valer. Flaccus ipſos, qui primi nauigare cōeperunt:

Prima deūm magnis canimus freta peruia nauis.

Quo in carmine, Prima deūm, uidetur & λλωισμορ dixiſſe: Græci enim neutro nomine utuntur aduerbiij loco πρῶτον, quōd ſcilicet maria, quæ primū ſoli dīj poterant traſcere, cōeperunt hominibus quoq; eſſe peruia. Nō abſimili quoq; ſenſu Ouidius,

—Quiq; æthera carpere poſſent, Credit eſſe deos.

Sic Pedit apud Senecam de Oceano ad eam diem non nauigato:

Quid ſacrus uiolamus aquas, diuūmq; quietas Turbamus ſedes?

Sicq; carmē Flacci eſt intelligendū: nam qui Natos, corrigunt, non uidentur rectē aures conſulere, quarum iudiciū ſuperbiſſimū eſſe Cicero cenſuit. Sic Græci πρῶτον θεός μετέπειτα λόγος. & Vergil. Flos ad prima tenax, pro apprimē. Solent & philoſophi uulgō dicere, aliquid factum magno Platonis anno: cuius dicti ratio ab iſtis expoſcenda eſt.

Qui parricidii ſciens nō reuelauerit, an pari poena cum faciente teneatur. CAP. IX.

Bart. Lutrum de parricid.

Utm ex ſola ſcientia nemo teneatur, cenſuit tamen Bart. ſi quis ſciat in perſonā principis cædem parari, & non reuelauerit, perinde teneri, ac ſi ipſe conſpiraret: quoniā lex Pompeia talem ceu conſciū puniri iubet. Sic apud Q. Curtium lapidibus obrutus fuit Philotas, qui cōiurationem Alexandro Magno nō reuelauerat, quia fidem iudici nō habuerat. Sic Leone x. Pontifice aliquot proceſſes de medio ſublatis ſunt, ſic Mediolani, ſic alibi obſeruatum uidi: quōd tali tempore omnibus nouitate facinoris territis, etiam innociij corripiantur, nemine pro eis patrocinari audente: latrūculatoribus, ut ſalutem Princi-

pis procurariſſe uideantur, citra delectum ſauientibus. At Baldus religioſus uir, hoc nomine torqueri Bartolum eiusq; ſectatores apud inferos ſcripſit. Sed nos hanc quæſtionem alibi diſputauimus. Illud hīc tantūm admonendum duximus, cūm hæc ſpecies in caput Iuſtiniani Cæſaris incidiffet, aliter eum obſeruafſe: hīſtoria extat apud Procopiū lib. III. Conſpirauerat Artabanes cum Arſace & Charafange, ut Iuſtinianum de medio tollerent, Germanūq; illi ſufficerent: cuius rei iudicium ad Marcellum regiæ aulae præfectum peruenerat. At ipſe, quōd iudici fidem nō haberet, & nō niſi diligenter exploratas res deferre uolebat, diē de die ducebat, diutiſſimeq; procraftinatus eſt: quōd ſibi non poenæ, ſed honori fuit, ereptusq; tandem & Germanus eſt, quāuis illi ualde Iuſtinianus iraceretur, cūm qui in cōſilio erant, partim eius iram incenderent, ex aliena calamitate gratiam ſibi apud dominū aucupantes: partim pauentes, formidineq; cōtra cūi muſſarent. Sed Marcellus ipſe imperterritus, & uitæ ſuæ innocētiae fidens, Imperatoris iram permulſit, & Germano ſaluti fuit.

c in l. bonaſides, depof.

Modus creandorum Doctorum unde indutus: & ratio graduum, itemq; inſignium, quæ illis conferuntur: & Lucretij lib. j. carmen explicatū: itemq; an Birretorum uſus apud ueteres fuiſſet. CAP. X.

Quomodo apud ueteres crearentur Doctores, haudquaſ; ſatis compertum eſt. Iulianus Imp. ſimpliciter conſtituit, iudicio curialium atq; decreto, optimorū conſpirante conſenſu, magiſtros ſtudiorum prouehendos eſſe. Alibi traditur, oportere eos primis qui in ordine reperientur ſeptem, uel eo amplius, iudicantib; ceu idoneos approbari. Ho die uerō alia ſolēnitas obſeruari ſolet: & quia athletæ tribus coronis in ſacris certaminibus ornari debent, ut uacationem mereantur, ita & tres gradus habere doctorem oportet. Primus eſt, quē à bacca laurea, qua coronari ſolebant, Baccalaureum dicunt: confertur illi, qui quadrienniū ſtudijs operam dederit, & iam ſoluere legum nodos incipiat. Iuſtinianus huiusmodi Lyras, id eſt, ſolutores uidentur appellafſe. Alter eſt, qui Licentiorū dicitur, Iuſtinianus Prolytas appellat: etenim hi propter conſummationem doctrinæ licentiam habent doctoralia inſignia ſuſcipiendi, unde & Licentiati dicuntur, ſolo inſigniuū honore à magiſtris differentes. Vnde frequens eſt queſtio à noſtris tractata, an licentiatō eadem quæ doctōri priuilegia cōpetant. Summus gradus eſt eorum, qui inſignia ipſa ſunt adepti, hi ἐμφολιωτορος Doctores ſeu Magiſtri dicuntur: ſeruantq; propriē id nomen ſi doceant, fruūturq; priuilegijs amplioribus. Videntur hi Iuſtiniano eſſe Anteceſſores, quōd ſcilicet præeant ſcholafſticis, eos docendo. Ea inſignia ſunt in primis Liber clauſus, deinde & apertus: etenim legū ſcita, ceu myſtica quædam, non omnibus promulganda ſunt.

d l. magiſtros. C. de profefſor. lib. x.

e l. pen. cod. lib.

f l. j. c. de abſol. lib. x.

g in proemio Diſgeſtorū. §. ſed quia.

h Bart. l. magiſtros. C. co. lib.

ſunt. Vnde tali ceu ſymbolo admonentur, ut indignis eos libros claudant, & doctis duntaxat atq; probis uiris myſteria illa aperiāt. An quōd ea quaſi quædam poſſeſſio eſt profiten di, quæ librorum appræhentione accipit: quod fit nō aperiendo ſolum, ſed & claudendo: An quōd eam poteſtatem eo facto accipiunt, quam uetufiſſimus, idemq; circunſpectiſſimus deorum Ianus habet: qui ut eſt apud Ouidium,

Numine clauſa aperit, claudit aperta ſuo.

Alterum inſigne eſt annulus, cuius rationē explicat Aul. Gellius lib. x. cap. x. quōd à digito manus ſiniſtræ, qui minimo proximus eſt, repertū per anatomicos ſit, neruū quendam tenuiſſimū ad cor hominis pergere, atq; pertinere: propterea non inſcitum uifum eſt eum potiſſimū digito tali honore decorari, qui cōtinens, & quaſi cōnexus eſſe cum principatu cordis uideretur. Ego potius annulum digito qualicunq; inferi arbitror, quōd ordinis equeſtris id ſignum eſt, & bellicæ uirtutis inſigne, ut Plin. lib. xx. cap. i. tradit: ſicut Tunica ordinis ſenatorij: tanquam Doctōratus ad equeſtrem dignitatem pertineat. An uerius eſt, annulum eis dari, quōd ſignandorū reſponſorū ius acquirant: Pomponius: Qui fiducia, inquit, ſtudiorū ſuorum habebant, conſulentiſſimis reſpondebant, neq; reſponſa utiq; ſignata dabant &c. Tertium eſt inſigne, impoſitū capiti tegmen, qd Birrum uocamus. Celebrat Fl. Vopifcus in Carini uita Atrebatice birros, itemq; Canuſinos. Videtur fuiſſe militaris uestis: unde & color uulgō Birretinus, quem alij quaſi Venetinum dictum contendunt: eſt enim & Venetus color: qua de re ſuprà. Igitur id tegmen imponitur tanquam tiara quædam, aut cidaris, aut cauſia, quæ pileorum, aut petaforum ſunt ſpecies, quibus honoris cauſa regum capita ornantur. Traditū eſt, pilei umbella Hipocratis imaginem tegi ſolere. ut inde admonerentur homines, eam partem maxime curandam, cuſtodiendamq; in qua tanquā certa ſede animus conqueſceret, & mentis pontificium eſſet reſpoſitū: etiam ſi nobilitatis id quoq; eſſe argumentum quidam ſcripſerint. Cælius Sabinus (ut eſt apud Gellium) ſeruos eos pileatos uanire autor eſt, quorum nomine uenditor nihil præſtabat: quōd huius conditionis mancipia inſignia eſſe in uendendo deberent. Sanē non uidentur ueteres uulgare hoc, quo nos utimur, tegmen, & birretū uocamus, habuiſſe. Suet. Tranq. in Julio Cæſ. Caluitij deformitatem iniquiſſimē ferre, ideoq; deficientē capillum reuocare à uertice aſſueuerat: & ex omnibus decretis ſibi à ſenatu populoq; honoribus non aliud aut recepit, aut uſurpauit libentius, quā ius Laureæ coronæ perpetuò geſtandæ. hæc ille. Quod minime expediſſet, ſi birrum in capite ferendi uſum uigiſſet. Nec me mouet Plinij, Plutarchi in Proble. & uita Pomponij aliorumq; autoritas, qui uiris dignitate præditis, & ho-

xxx. q. v. ſcemi. n. in ſin.

a l. j. c. de equ. dig. lib. xij.

b l. j. de orig. iur.

c xxx. diſt. c. ſi quis uirorum.

nore dignis, ſi quo caſu occurrerent, obuios caput aperire conſueuiſſe prodiderunt. Reſpondeo, de his intelligi hoc poteſt, qui opero capite aliqua ex cauſa incederēt, ut milites caſide, ſacerdotes flamine, ſerui pileo, & omnes pluuio tempore galero, aut ſub ſole petafō, & umbella: alioqui ſi rem ipſam ueteres habuiſſent, ueriſimile eſt & uocabulū habitu ros. conſtat autē Birretū dictiōnē latinam nō eſſe. Quartū eſt inſigne Oſculum, quod pacis ſignum uulgō appellamus, quōd ſtudia legalia pace & cōcordia conſiſtant, iurgia & rixas abominentur. An quōd patrociniū eos ſuſpicere clientum ſuorū oporteat, à quibus oſcula accipiant: etenim togati clientes ſolebant mane oſculo patronos uiſitare: cuius moris nō uno in loco meminit Martialis. qd ſi patronus aliqua ex cauſa ſui copiam facere non poterat, pro ualuis ſtatuam ſuam æream apponebat, quam clientes ueneraban. Vnde Lucretius poëta lib. i.

—Tum portas propter abena

Signa manus dextras oſtendunt attenuari

Sæpe ſalutantum tactu, præterq; meantum.

An uerius eſt ratio, quōd Anteceſſor, qui doctōri tyroni ornamenta conſert, tanquam filium oſculo excipit: etenim ſic ſolebant patres erga filios. Ariſtoph. in Nubib. λυοον με, κει: τλω χειρα δος τλω δεξια. Me me oſculator, & manum da dextram. Caterū, quōd ſæpiſſimē mihi cōtingat, ut egregios iuuenes de manu mea ad eum gradum producā, ſoleo quādoq; ea ornamenta etiam carmine conferre: unde libuit ex multis unum exempli cauſa hīc adſcribere:

In primis capias doctrine inſignia librum,

Qui clauſus nutu ſlet pateatq; tuo.

Anulus in digito puri tibi ponitur auri,

Hoc quia ſit factō partus equeſtris honos.

Stet capiti ſublimis apex, tegmenq; uerendum,

Vt Sophiæ ſedem digna corona tegat.

Oſcula patronis præſtent quōd mane togati,

Hoc tibi ſeu pacis ſiue clientis habe.

Reſtat ut æternus genitor tua uota ſecundet,

Atq; hæc felici ſydere facta uelit.

An obſtrepentes de uicinia expelli poſſint: quid de immodicis campani æris pulſatoribus. CAP. XI.

Vlgaris eſt quæſtio, An faber, qui iuxta ſcholas aut Doctōris domū malleo operetur, poſſit de uicinia exigi, uel compelli, ne arte ſua utatur: qua de re non ſum nunc uerba facturus, ſed duas non abſimiles cōtrouerſias relaturus. Cōueniant tenuiores quidam artiſices in ædes laſoniano prætorio proximas, ibi & canendo, & ſe flagris cædendo, magnum ſtrepitum concitabant: exiſtimauit laſon, poſſe exemplo fabri eos expelli: quoniam hi batuuti (ſic enim eos appellat à uerbo antiquo batuere) religioſi non dicuntur, nec eorum locus creditur pius eſſe. At ego uereor, ne iuſtior ſit horum cauſa: nec enim dubium eſt, religionis ergo eos ibi conuenire: at huiusmodi cauſa ſtudijs ipſis legalibus fauorabilior eſt, idq; Bartolus ſentit. Dubita-

d c. celeres. xxxj. diſtinct.

e c. pacē. de conſec. diſt. ij.

f non oſculatus. v. q. v.

g l. j. ſol. matr.

h laſ. conſil. cc. xvij. ſecundo.

i l. omnibus. ad Trebell.

k l. j. ff. de coll. illic.

bilior est alia quaestio, an immodici, importu-  
 niq; campanarū, peluūm pulsatores, officio  
 iudicis compelli possint, ut cessent. Et sciend-  
 um, ueteribus non fuisse hunc morē: sed in-  
 star peluū fabricata haec uasa Campanas ap-  
 pelli coeptas, quod ex campano aere confla-  
 ta essent: unde prouerbū in loquaces & ob-  
 streperos, Dodonaeum aēs: quod in Dodona  
 duae essent columnae, in altera peluis aera, in  
 altera puer cum flagro peluūm uento impel-  
 lente percutiens: unde tinnitus in multas ho-  
 ras perdurabat. Iuuenalis:

Tot pariter pelucs, tot tintinabula credas.

Igitur olim solis parochis sacerdotibus per-  
 missum fuit eas habere, ut populū congrega-  
 re possent: deinde familijs mendicantium  
 fratrum concessum ut unum haberent: at ho-  
 die tot habent quot uolūt, summamq; religio-  
 nem in ea constituūt, si uicinos tanq; Nili ca-  
 raris proximos populos, cogant absurde  
 scire: quod quodam loco Iouianus Pōtanus  
 conquerit. Cū in Biturigibus aegrotarem,  
 parū abfuit quin me ad orcū, impedito som-  
 no, qui tum maximē necessarius mihi erat, de-  
 mitterent: ut meritō Pennensis & Cepolla  
 officio iudicis coercendos tali casu hosce pul-  
 satores tradiderint: quod respectu aegrotan-  
 tium omnes probāt. Quod uerō ad sanos, be-  
 neq; ualentes attinet, censuit Oldrad. nō esse  
 ferendos qui aduersentur, ceu nimis delica-  
 tos: nam & Demosthenes spōtē procurabat,  
 ut strepitu assuesceret, ut est apud Plutar-  
 chum: damnatq; a ueteribus Sybarite, ceu ni-  
 mis molles, quod artifices omnes obstrepe-  
 ros ciuitate excluderint, tanq; eorum quietem  
 turbantes. Sed certē, ut in uetere est oracu-  
 lo, modus in rebus optimus est. Extat apud  
 Strabonem lib. XIII. nō iniucunda historia.  
 cūm citharædus quidam apud Iasios artem  
 ostentaret, interimq; κώλωψ, id est, peluis cam-  
 pana uendendorum piscium signum incre-  
 puisset, eō derelicto omnes abierūt, excepto  
 tamen uno, qui surdaster erat. Accedens ita-  
 que ad eum citharædus, Gratias tibi ago, in-  
 quit, qui & mihi, & mulices studijs hunc ho-  
 norem habueris, ut sicut cæteri audito tintina-  
 bulo me non deserueris. Tum ille: Nunquid  
 tintinabulum sonuit: uale ergo præceptor, &  
 bene sit tibi, sicq; abijt.

Opinatores in iure qui sint: qui dicantur Opi-  
 nati: declaratus Ennij locus, & a Gellij accusatione  
 defensus. CAP. XII.

Opinatores, militaris annonæ exactores  
 dici in cōstitutionibus satis constat. hi  
 ex numeris militum erant, & ad officiū pro-  
 uinciale mittebantur, ut exactæ ab eis species  
 deinde ad milites deportarētur. sic uidentur  
 appellati, quod opinarentur, id est, existima-  
 rent quanti eas species adarandæ, id est, aesti-  
 mandæ essent. Siquidem habebant milites id  
 cōmodum, ut minore precio sibi annona ip-  
 sa imputaret, quod Stellatura dicebat, ut a-  
 liās docuit. Fuere qui non intelligentes cur-  
 tegro,

Opinatores hi dicerentur, lectionem immu-  
 tauerint, & optiones reposuerint, contra an-  
 tiquorū codicū, quos ego uiderim, fidem. Sa-  
 nē nota est significatio uerbi Opinari: uete-  
 res uidentur Opinātū accepisse pro existima-  
 to, seu magnæ autoritatis homine. Vnde Opi-  
 natissimi autores Gellio pro his, qui maiores  
 omni exceptione sunt: qua uoce Ianus Par-  
 rhasius præceptor meus sapissimē utebatur.  
 Q. Ennius Opinatos interpretatus apud Eu-  
 ripidem uidetur, quos ille δὲ κενώτης dixit:

λόγος γὰρ ἐκ τῆς ἀδελφότητος ἰών,  
 ἢ αὐτῶν δὲ κενώτων, αὐτῶν δὲ τρωτῶν δόγῃ.

Nam cū opinati loquuntur pariter atq; ignobiles,  
 Eadem dicta, eademq; oratio æqua, non æquē ualeat.

Aul. Gellius lib. XI. cap. IIII. apud Ennium  
 legit Opulenti, eiusq; interpretationem dam-  
 nat: sed ratio trochaici septenarij carminis,  
 quo utitur Ennius, satis indicat eum Opina-  
 ti scripsisse, non Opulenti, ideoq; immeritō a  
 Gellio reprimi.

Intellectus l. qui filiabus, de legat. i. Qui sint  
 Posthumi: Vergilij locus, itemq; Ciceronis expli-  
 catus. CAP. XIII.

Qui filiabus legauit, inquit Vlpianus, si  
 mentionē aliqua parte testamenti post-  
 humorum fecit, uidetur in filiarum legato &  
 de posthuma sensisse. Dubitat Iason, cur Iu-  
 risconsultus ubiq; id exemplum in fœminis  
 refert, nunq; masculinē loquitur. Ego magis  
 dubito, quid ita uenit in mentem Iurisconsul-  
 to, ut necessarium putet aliqua in parte testa-  
 menti factam posthumæ mentionem: cū e-  
 nim & ea propriē filia sit, non uidetur id esse  
 necessariū: sicut & cū tutores filijs dantur,  
 censentur enim & posthumis dati. Sed forte  
 responderi potest, secundum sua tempora lo-  
 quutum esse Vlpianum, cū patri nihil ne-  
 cesse erat fœminini sexus personas nomina-  
 tim exhæredare: sed uel inter cæteros exhære-  
 datio sufficiebat, dum tamen aliquid eis lega-  
 retur, ne uiderentur præteritæ esse per obli-  
 uionem. Meritō igitur nisi posthumæ facta  
 fuisset mentio aliqua testamēti parte, suberat  
 obliuionis coniectura: ideo requirit hoc casu  
 hanc expreſsionem Iurisconsultus, & de fœ-  
 minis loquitur. Sanē posthumus in iure no-  
 stro, propriē accipitur pro eo, qui post huma-  
 tionē patris sit natus: quod & Plautus in Au-  
 lularia sentit:

Qui post mediam ætatem ducit uxorem domum,  
 Si eam senex intra annum prægnantem fortuitō fecerit,  
 Quid dubitas, quin flet paratū nomen puero posthumus?

Sic & Vergilius lib. VI.  
 Syluius Albanum nomen tua posthuma proles  
 Quem tibi longæuo serum Lauiua mater  
 Educet syluis.

Cessellius, ut est apud Gellium lib. II. capite  
 XVI. Posthumū appellat eum, qui postremo  
 loco natus est. Sed hoc aduersus historiam fidē  
 est, & nullū idoneum, ut Gellius ait, habet au-  
 torem. Seruius interpretatur longæuo, id est,  
 immortalis: adducto etiam Ennij carmine in-  
 tegro,

tegro, quod alioqui imperfectum citat Cice-  
 ro in Tusculana prima: id est huiusmodi,  
 Romulus in caelo cum dijs genitalibus eum  
 Degit. Que sententia & Sulpitij Apol-  
 linaris fuit, nō satis ipsi Gellio probata. Ego  
 distinctione pūcti explicandā rem arbitror,  
 ut dicamus, Serum tibi longæuo, id est, tardū  
 tibi seni: quia propter senectutē prius ē uiuis  
 migrabis, q̄ eum uidere possis, id est, quā  
 sit natus. Nō tamen negauerim eum posthu-  
 mum dici, qui postremo loco natus est, post  
 conditum tamen patris testamentū: & hic e-  
 nim agnatione testamentū rumpit. Vnde ex-  
 heredato posthumo, talis quoq; exheredatus  
 censetur. Et si pater testamēto tutores post-  
 humo dederit, tali quoq; dedisse uidebitur.  
 Sed quæ est ratio? & Accurs. quia & hic saltē  
 impropriē posthumus est. Ego figurato quo-  
 dam loquendi modo induci arbitror, per id  
 schematis genus, quod Hieronymus κατὰ τὴν  
 ἡρώδου uocat, Grammatici ab effectu di-  
 cunt: a principio enim seu inspecta origine  
 credidit testator fore, ut post mortem suam  
 nasceretur, & de eo in eum casum disposuit:  
 unde si præoccupauit nasci, nihil ideo mutat,  
 & ex sententia testatoris remanet uel exhære-  
 datus, uel sub tutore positus. Illud nō omit-  
 tendum, in editione Norica non Posthumis,  
 sed Posteris legi. Sed aduersus hanc lectionē  
 stat omnium antiquorum codicum fides, quos  
 ego uiderim: quin & Theophilus ipse in Insti-  
 tutionibus Posthumis legit.

Iunctura legata, quid ueniat: quid sit interiu-  
 gere, explicatum Martialis carmen, itemq; Plau-  
 tinum. CAP. XIII.

Paulus lib. sententiarū III. Carruca cum  
 iunctura legata, mulæ quoq; legatæ, nec  
 non & mulio uidetur, propter quotidianam  
 loquendi cōsuetudinem. Apparet ijs uerbis,  
 Iuncturam dici mulas ipsas quæ iunguntur  
 una cum mulione. compræditur autem mu-  
 lio, non ui uerborum, sed ex consuetudine lo-  
 quendi. Ouidius:

Iungere equos Titan uelocibus imperat horis.

Vnde contrario sensu Iuuenalis,  
 O Libye disjunge boues.

Uidetur & Martialis hoc sensu uti uerbo In-  
 teriungere. carmen eius est lib. II.

Et cum currere debes, bouillas  
 Interiungere queris ad camœnas. Idem lib. III.  
 Exarsitq; dies, & hora lassos  
 Interiungit equos meridia.

Vt appareat haudquaquē legendum esse, iter  
 iungere: quod faciunt interpretes contra ra-  
 tionē carminis: nec enim solet Martialis iam-  
 bum in prima sede Phalæcij ponere: quam li-  
 centiam solus sibi usurpauit Catullus, rarissi-  
 mo apud alios autores exemplo. Erit ergo In-  
 teriungere, separare equos a curru. Vergilius  
 lib. VII. Curru iungit Halesus equos. Sic Ci-  
 cero: Filium uita interfecerat. id est, a uita se-  
 parauerat. Plaut. Capt.  
 Qui per uirtutem perijt, is non interit.

id est, nō separatur profus a uiuis, sed rema-  
 net in fama hominum: habet enim dictio In-  
 ter, uim separationis.

An filius primogeniti excludat a successione  
 patrum: & quædam non uulgaria in ea questione  
 adducta. CAP. XV.

Solet in plerisq; provincijs ex consuetudi-  
 ne id obseruari, ut defuncto rege primige-  
 nius filius succedat. quod si contingat, uiuo  
 parte filium ipsum primigeniū decedere reli-  
 cta sobole uirilis sexus, deinceps pater & ipse  
 decedat relicto filio, controuersia non modica  
 est, uter sit admittendus, nepos ne regis ex  
 primigenio, an filius? Et receptior est senten-  
 tia, ut aduersus patrum filius fratris obti-  
 neat, quod scilicet ex persona patris sui is ne-  
 pos sit admittendus. In annalibus Germano-  
 rum scriptum est: Othone imperate cū hic  
 casus contigisset, & propter uarias Iurisperi-  
 torū opiniones rem singulari certamine cō-  
 mittendam Imperator censuisset, bis a fratris  
 filio uictum fuisse patruū. Vitichindus quo-  
 que in Henrici primi historia sub eo non ab-  
 similem speciem cōtigisse refert, & tum quo-  
 que uictum, ceu diuino iudicio, patruū. Sunt  
 tamen aliqui casus quib. potior uidet̄ patruū  
 causa: & extat exēpla, quib. propter pruden-  
 tiam patruū, iuuenilemq; nimis nepotis æta-  
 tem, prælatus est patruus: ut cū rex Rober-  
 tus aduersus Hungarū Apuliæ regnum ec-  
 clesiæ Romanæ iudicio obtinuit: quod Ca-  
 strensis prudentiæ Roberti tributum fuisse  
 scripsit. Sic Ludouicus Sfortia Ioannis Ga-  
 leacij filio prælatus est, quod tumultuosiora,  
 propter imminētes Italiæ Gallos, essent tem-  
 pora, quā ut cōmodē administrari res Me-  
 diolanenses a puero possent: Iasone Mayno  
 hoc longa oratione proceribus persuadente.  
 Etenim imperia nō eō cōstituta sunt, ut unus  
 super alios locupletior fieret, sed ut commo-  
 dius respublica per unum administraret: qd  
 lib. XLIII. Dion diffuse disputat. Quāuis  
 ergo in patris locū nepos, quod ad hæredita-  
 tes attinet, succedat: nō tamen idem est in Im-  
 perijs, in quibus magis ad prudentiam atten-  
 dimus, quā is, qui natu maior est, maiorem  
 quoq; habere præsumitur. Et licet in alijs fi-  
 ducijs illud sit: in Imperijs tamen hoc obser-  
 uandum uidetur, quod Nicol. Matar. Barto-  
 lusq; senserunt, itemq; nō pauci alij. Certior  
 est casus, cū in ipsa cōcessione dictum est,  
 ut semper maior natu succedat: tunc enim  
 si patruus sit ætate maior, præferetur. Quod  
 obseruatū fuisse ex testamēto Gizerichi Van-  
 dalorum regis, autor est Procopius lib. III. de  
 bello Vandalico. Excluit enim Honoricus  
 Gundabundum Genzonis primigenij filij:  
 & rursus Gundabundum Hildericū Honori-  
 ci filium: quia uerba testamēti erant, ut regni  
 successio propinquiori ex genere uirilis se-  
 xus, & ex ijs, qui ætate præcederent, tradere-  
 tur: quam legem testamēti cū Gilimer ne-  
 glexisset, arma Iustiniani in se prouocauit.

a c. petrib. ubi  
 Hosli. de pæ.

b Lucas, l. j. de  
 profess. urb. li  
 bro xj.

c Cepoll. tract.  
 serui. de ære.

d Old. cccxxvij.  
 col. fin.

e l. opinatorib.  
 l. excellentia.  
 C. de erog. mi-  
 li. anno. l. j. tit.  
 seq. l. pe. C. de  
 exact. trib.

f in l. septem. C.  
 de eroga. mil.  
 ann. lib. xij.

a l. iij. l. posthu-  
 mus. de iniust.  
 rupt.

b d. l. iij. §. nomi-  
 natim.

c l. si quis ita. de  
 testa. tut.

d l. fugitiuus. de  
 uerb. sig.

e l. quo loco. §.  
 si. de her. inst.  
 f §. fin. inst. qui  
 dar. tut.

g l. qui filiabus. l.  
 qui quarta. in  
 fin. de legat. j.

h l. nomen. de  
 uerb. sig. l. si  
 quis filiabus.  
 de testa. tut.

i §. sed fœmini-  
 ni. Inst. de ex-  
 hered. libero.

g Inst. is potest.  
 de acquir. hæ-  
 re. Præpo. c. j.  
 de feud. marc.

h de. pastoralis.  
 de re iud.

i Castr. l. maxi-  
 mum. C. de lib.  
 præter. consil.  
 clxxix.

k l. j. ff. de offic.  
 præf. præf.

l Lutru. in fi. de  
 assig. liber.

m Bar. Authen.  
 post fratres.  
 C. de leg. hæ-  
 re.

n Alex. cōf. iij.  
 in iij. Decius  
 cccclxij. in fi.



Subtiliter tamē aduertendū est, quemadmodum cōcepta uerba sint: an prerogatiua ætatis modū succedēdi respiciat, quo casu supra scripta procedūt: an uerō ordinē inter ipsos à primigenio descendentes, quod Castrensis<sup>2</sup> atq; aliq; responderūt. Illud quoq; traditū est, licet nequeat cliens de fiduciario castro aduersus concessionē sibi factam in damnū filiorū disponere<sup>b</sup>, ei tamen permissum esse, ut ius prætoris designandi, & arcium custodiendarum maiori natu concedat, tanquam prudentius gesturo: salua tamen unicuiq; filiorū in re ditibus & pecuniarijs emolumētis rata portione: quod aliqui responderunt<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Castr. clxiiij. Abbas lxxxv. Barb. xj. in secundo.

<sup>b</sup> c. j. de suc. seu.

<sup>c</sup> Paulus. consil. clxxxix. Fel. c. prudentia. col. iij. de off. dele.

*De ludis nostri temporis: & an ex ludo quæ sita retineri licite possint, Iasonis decisio consultata: & quid significet Magis, apud Paulum. CAP. XVI.*

**I**nterrogatus sæpissimē fui, an ueteres Iusum chartularum haberent, quo tranligere tempora ociofi maximē solent. Respondi, nusquam me hoc legisse: habuisse quidem alios Iusum, quos Iul. Pollux lib. IX. recenset: hunc uerō, quod equidem sciam, nemo prodidit: tamen ille, qui uulgō Tarochorum dicitur, græcum etymum habeat, possunt enim *ἱερογράφοι* hi sodales dici, qui cibi causa ad Iusum conueniunt, & chartulis hoc ferē ordine Iusulant:

*Mundus habet primas, croceis dein Angelus alis:  
Tum Phœbus, luna, & stellæ, cum fulmine demon:  
Fama necem, Crux ante fenem, fortuna quadrigas:  
Cedit amor forti & iusto: regemq; sacerdos,  
Flaminicam regina præit, queis caupo propinat  
Omnibus: extremo stultus discernitur actu.*

Prohibuit autem hosce ludos noua cōstitutio ne Iustinianus<sup>d</sup>, & amissorū repetitionē concessit. At Theologi, Pontificiq; consuetudine abrogatam eam legem cōtendunt, liciteq; retineri Iusum ex ludo facta arbitratur, dum absq; blasphemijs, id est, impijs in deos cōiurjs certatum sit. Etenim potissima ratio, cur Iustinianus eam legem sanxerit, ea fuit, quod Iusores in deos maledici sint. Dum itē is, qui Iudit, sui iuris sit, habeatq; rerum suarum administrationem. Qua ratione filijfamilias, & monachi, & uxores quæ in manu uiri sunt<sup>e</sup>, submouebūtur: sic & famuli, & obsonatores, qui dominicā pecuniam auferunt in casum dare. Dum rursus is, qui uicit, nulla fraude usus fuerit, nec collusorē ad hoc attraxerit. Etenim qui alium allicit, præsumitur hoc ipso non carere fraude. Sed ego in conscientia foro non esse præsumptionib; locū didici<sup>f</sup>. Addiderim igitur, dummodo is qui Iudit sacerdos nō sit: tum quod Ius specialiter nō solum ludere, sed uel ludentes spectare sit uetitum<sup>g</sup>: tum quod res ecclesie pauperū sint, quorū ipsi sunt procuratores<sup>h</sup>. Supra autē dixi, procuratoribus hoc concedendū nō esse<sup>i</sup>. Prohibet autem illis cōstitutio *ἱερογραφία*, quod uerbum à Latinis acceptum est Tablissare, id est, ad tabulas ludere. Vnde & Palladis poëta eleganti disticho in scholasticum aleatorem:

<sup>d</sup> Auth. alcarū. C. de alca. Ius.

<sup>e</sup> Bal. l. fin. C. de cond. ob caus. Alex. rub. C. de cod. ob tur.

<sup>f</sup> Cald. c. cleri. ci. de uita & ho. de.

<sup>g</sup> Auth. interdictum. C. de episc. & cler. c. si xvi. q. i. <sup>h</sup> c. si xvi. q. i. <sup>i</sup> constit. cxxiiij. §. in super.

*Ἐάντων μισοπόλων ἡ καλλιόπη θεὰ δὲ Ἰων, σέο δὲ καλλιόπη ταβλίση λέγεται. Calliope studijs dea præsidet, atq; poëtis: Sed tua quam celebras Tabliope est potius.*

Scriptit<sup>k</sup> Iason, si quis in ludo dicat, depono istos centū aureos, & uincat, si ea summa centum aureorū nō est, sed minor, nihil perdere: tanq; conditionalis sit sponsio, si centum aurei essent: quam sententiā periti Iusores ridiculo habent. Accursius Magidem apud Paulum interpretat tabellā, super qua tabulis uel latrunculis luditur<sup>l</sup>: nam & apud Græcos *μαγίς* aleatorij iactus appellatio est: *μαγίς* uerō mazam, buccellam, scutū, cultrū coquinatorium, significat. Plinio uerō libro xxxiii. cap. xi. etiam lancem, seu scutellam: quæ interpretatio Paulinæ sententiæ magis quadrat, de mazzanomo argēteo interpretentur, quod feruus iniussu domini cōmodauerat.

<sup>k</sup> l. si ita stipulatus sum hanc summā, de uerborum oblig.

<sup>l</sup> l. feruus, de cōdict. indeb.

*Cauta, recauta, apochæ, in iure nostro quid significant. CAP. XVII.*

**N**emo, inquit Theodosius<sup>m</sup>, supra numerum qui in cautis breuib; continetur, quolibet se patrocinio, uel adsumpta potētia excuset. Declarauit aliās, breuia<sup>n</sup> simpliciter dici pyciatia & notulas: nunc uidentur quæ sint Cauta, & hic significant chartulæ, in quibus eorum descripta sunt nomina, qui excusationem iure officij sui habēt: sic dicta, quod ideo scribant, ut eis magis cautum sit. Recauta uerō in iure nostro uocant, quæ aliās Apochæ dici possunt: nempe cōfessiones, quibus creditor sibi satisfactum affirmat. Iustinianus nouella cxxxix. Options, inq; qui à provincialibus species receperint, solita faciant collatorib; recauta periculo eorum, qui cum ipsis sunt, &c. Augustinus libello singulari de cura pro mortuis gerenda: Mediolani audiui, cum quidam à filio defuncti patris cautione prolata debitū peteret, apparuit eidem pater in somnis, & ubi esset recautū, quod illa cautio euacuata fuerat, indicauit.

<sup>m</sup> l. j. de colleg. lib. xj.

<sup>n</sup> l. fin. C. de conueni. sif. debi.

*Emendata Iustiniani nouella cōstitutio, quid sit ἀνρηκτος πόλεμος, id est, detestabile, seu absq; denunciatione bellum. CAP. XVIII.*

**E**xtat cōstitutio Iustiniani nouella XLII. qua Anthimum, quosdamq; alios hereticos ecclesiastico gradu deijci imperat, qui cōmuni sententia Agapeti ipsius sanctæ memoriæ uiri primū, deinde etiam sacræ synodi hic celebratæ cōdemnatus & depositus fuit, eò quod à rectis dogmatibus recessit, & quæ prius multis nominibus exofculari uideret, uarijs postmodū cōmentis refugit &c. Qui locus ita restituendus in Haloandri editione est, & supplenda inanis lacuna. Subijcitur eodem loco, Seuerum Theopolitanā sedem occupasse, & omnia conturbasse: adeo ut generale quoddam, *καὶ ἀνρηκτον πόλεμον* ecclesijs inferre uideretur. Haloander *ἀνρηκτον*, absq; fecialium interuentu, nō malē interpretatus est, in Constantinopolitano tamen concilio, ubi

<sup>a</sup> Doct. l. ex hoc iure. de iust. & iur. lo. And. c. j. de homic. vi.

<sup>b</sup> l. Thais. §. sif. doforus. de fideicom. liber.

ubi ea cōstitutio etiamnum legitur, translatum est, Abominabile. Sed sciendū est, communem esse Doctorū sententiā, nullum bellum esse licitum, nisi denunciatio, seu prouocatio præcesserit<sup>a</sup>. Vnde bellum non indictū dicitur prouerbialiter de re, in qua tāto odio agatur, ut nihil legitimū aut iustū fiat: ut cum etiam denunciatio ipsa omittitur: quo sensu Herodotus & Thucydides ea uoce utuntur. Aeschines quoq; in oratione de corrupta legatione, *ἢ ἐλέως πόλεμος ἀνρηκτος*, ex pace bellum asperrimum. Et rursus in eadem: Si causæ bellandi oratoribus impudentur, dona uerò ducum sint, efficientis *ὅν ἀσπόνδους ἢ ἀκέρυκτους πόλεμος*, irreconciliabilia & detestabilia bella. Sic enim interpretamur *ἀσπόνδους*. Vnde nomen Liberti apud Scauolam<sup>b</sup> Spondophorus, id est, pacifer, non Splendorus, ut habent uulgares codices. Basilus in epistola quadam ad Athanasium: Psalmi, inquit, & cantica causæ sunt *τῶ ἀκέρυκτος τῶ ἢ ἀσπόνδους πόλεμος*. quo sensu & Chrysostomus utitur sermone in Mattheum XLVII. uisur pauit & Plato non uno in loco, *ὁ πόλεμος ἀγγέλως*, non denunciatus bellum, contrario sensu: constat enim habuisse ueteres quos uocant Feciales, seu præcones, Græci *κέρυκτες*, quorū opera in denunciandis bellis uterent: quod apud Homerum frequenter occurrit. Hodie barbara uoce Araldos uocamus. Suntq; sacrosancti & inuiolabiles: unde *ἀκέρυκτον* uidetur posse dici bellum, in quo nec tutus quidem fecialibus sit accessus: quale superiorib; annis cum Imp. Maximiliano Rhæti gesserunt.

*Notariorū, seu Tabellionū usum ueteribus non fuisse: & iure nostro sola eorum documenta fidem nō facere, nisi insinuata sint, uel ab eis recognita: & Iustiniani nouella cōstitutio declarata. CAP. XIX.*

**N**otarios, ueteres eos Scribas appellabant qui per notas scriberet: inductōs, que primū ferunt à M. Cicerone, ut Catonis orationē, quam habebat in Senatu aduersus Catilinam, describerent, uocisq; cursum celeritate manus æquarent. Aufonius: *Puer notarum præpetum solers minister aduola, Bipatens pugillar expedi &c.*

Hodie sic uulgō appellamus eos, qui instrumenta seu priuata, seu publica conficiunt: qd munus apud ueteres nō uidetur fuisse: nec enim ulla est eorum mentio Ciceroni, Liiuo, cæteris. Et quod apud eos est scriptum facere, seu scripturam, alio sensu accipitur. Fuit tamen non absimilis argentariorum usus, qui codicibus suis rationes scribebant, quas ex dicto prætoris edere plerunq; coguntur. Videtur deinde id munus ad magistratus municipales pertinere cœpisse: & ideo decuriones exercuisse Tabellionatū aliquādo legitur, donec constitutione noua iussi sunt abstinere<sup>c</sup>. Sed & in municipalib; officijs uidentur fuisse Tabularij publice scribendis documentis instituti, quos quandoq; Iurisconsulti simpliciter Librarios uocant<sup>d</sup>, Iustinianus<sup>e</sup> nouella

<sup>c</sup> l. si quis decurio. C. de fals. <sup>d</sup> l. j. C. de tabular. lib. x. l. si libarius. de reg. iur. <sup>e</sup> in Auth. de inforu. caut.

cōstitutione iubet instrumenta *ἀγοράια*, id est, forensia, quæ in uulgata translatione appellantur publica, à Tabellione confici, quæ ipse græcè appellat *συμβολαιογράφος*. Huic ministerium, seu discipulum attribuit, quem *ὑπογράφον*, quasi Subadiuū dicas, appellat. Adijcit, si instrumenta *ἀριθμητικῶν*, id est, numeratorum habeat, & hunc quoq; testimonium pro documento ferre. Interpretatur Accursius, pro xenetam contractus hunc esse. Ego nihil certū adferri posse arbitror: quod si diuinare licet, nihil impedit, quin eum intelligamus, qui pecuniam numerauerit: solet enim plerunq; in contractibus per tertium aliquem numerari pecunia: sicq; eum locum Iulianus Patricius intellexit, qui primus Nouellas in Latinum sermonem transtulit. Potuit fortē & sic appellari qui communi marsupio totius stationis præerat, ut singulis deinde partē suam lucri numeraret. Subijcit demum, in instrumentis quæ inter illiteratos conficiuntur, adhibendos esse *ταβλιους*, id est, tabularios omnino duos. Verum apparet Iulianum Patricium legisse *ἑξ ὡαντες*, id est, semper: ideoq; sufficere uel unum: quod & Accursius tradidit, & utraq; translatio habet. Hincq; cōstat, alium fuisse Tabellarium à Tabellione, quem supra *συμβολαιογράφος* appellauerat: & ex omni illa cōstitutione ostenditur, instrumentū solum fidei faciendæ non sufficere, sed Tabellionis, testiumq; recognitionem necessariam esse: quandoq; & ad comparationem literarū deueniri<sup>f</sup>: nisi tamen tale documentum actis insinuatum sit: quo casu nō simpliciter forense, sed publicum dicitur: nihil enim impedit Tabellionem publicam personam censerē, & tamen nō omnia eius documenta publica esse<sup>g</sup>. Oportet, inquit Iustinianus<sup>h</sup>, arrogatorē cauere personæ publicæ, hoc est, Tabellioni, &c. Quo loco Theophilus græcè scripsit *ταβλιους*: quod enim ad illam materiā attinet, nihil refert Tabellio, an tabularius sit, an & seruus publicus: nam alibi quoq; dicitur eo casu seruo publico cauendum esse<sup>i</sup>.

*Quæ sint Prouinciæ eiusdē nominis Iurifconsulto: & Abrutium regio Italiae cur ita uulgō appellatur. CAP. XX.*

**P**rohibitus à præside pro alio postulare, in ea prouincia nō rectē postulat, in qua præses fuit, qui sententiam dixit: in alia uerō non prohibetur, licet eiusdem sit nominis<sup>k</sup>. Quæsitum à me fuit, quid senserit Iurisconsultus, Dixi, prouincias, in quas præsides mittebantur, aliquas eiusdem nominis esse, quæ solo ordine distinguunt: ut, Rhetia prima, Rhetia secunda: Germania prima, Germania secunda, tertia: sic Pannonia, sic Belgica, & aliæ plures, quarum mentio in Breuiario Imperij Romani, quod aliās libro de magistratib; sub iunxi. Sic in Italia duplex est apud eum autorem Picenum, Annonarium & Urbicum, seu Suburbicanum. Qui ergo sententia præsidis Germaniæ primæ uetitus est postulare,

<sup>f</sup> d. §. in his uerō. uerf. de quibus licebit.

<sup>g</sup> l. comparationes. C. de iure inst. d. l. si quis §. cū autē. in sif. de adop.

<sup>i</sup> l. j. C. de adop. l. non aliter. sif. cod. tit.

<sup>k</sup> l. ex ea. de postulan.

poterit in Germania secunda hoc ipsum face- re: id est quod sensit Iuriscōsultus. Sic pro- hibitus postulare sententiā legati Piceni an- nonarij, poterit in Urbicio audiri. uulgò hanc regionē nos appellamus Abrutiū. Blondus, Pontanus, Sabellicus, à Præcutinis populis sic dici corrupta à uulgo uoce censuerunt: ego potius, quia sub Theodosio & posterioribus Cæsaribus Urbicium Picenū tanquam Ro- mæ suburbanum diceretur, & sub dispositio- ne v. s. P. Vicarij urbis Romæ esset, qui con- sularem ad eam regendam destinabat.

*Humanitatis significationem latè patere, & ad largitiones quoq; trahi, tū & lappā significari: explica- tumq; Plauti in Casina carmine de rubo: et quid sit Laci- nia tenere Ciceroni. CAP. XXI.*

a l. j. c. de eden.

CVm ad rescripta Principum profiterer, & disputare me eum articulum cōtigisset, An reo edenda sit indiciorū copia, si alia ratione quàm torture ea purgare uelit: in eam sententiā transij, quæ ab omnibus approba- ta est, ut omnino faciendam illi copiam dice- rem: nec excusari iudicē, quamuis libera po- testate munitū: id est etiam si reus nominatim nō prædixerit, qua defensionis specie uti uel- let, quod And. Sicul. ex facto aduersus Alex- andrum respondit. Subieci tamen, ut quo- quo modo possem, Alexandri rationē habe- rem (qui dubio procul excellentissimus inter omnes recentiores fuit) eius sententiā magis humanitati, quàm iustitiæ cōuenire. Cū ecce symmystæ mei, atq; etiam (si dijs placet) riuales, Quid, inquit, potuit hic absurdus dice- re? quasi pugnet cum humanitate iustitia. Atqui humanitas non est, quæ iustitia caret. Sed certè & illi, & pleriq; alij eorum similes, rectius facerent, si ad ueritatē maximè atten- derent, eiusq; professores se dici uellent: non autem id solum agerent, auditoresq; suos do- cerent, quemadmodum ueritati quis contra- dicere possit: quod uitium maximè aduersus prudentiam est. Cū legissem apud Vlpia- num, *Ὁλιωπρωπία*, id est, humanitatem dici etiam pecuniam, quam quis spontē remune- rationis cuiusdam causa donat: uisus est non absurdus iocus, si id factum per humanitatē dicamus, quod accepto aliquo donatio fa- ctum sit. Quinimò longè remotior est trans- latio, qua Græci herbarij utuntur, qui Apari- nen herbam, ut autor est Plinius & Dioscori- des, *Ὁλιωπρωπία* dixerūt, quod uestibus præ- tereuntium leniter adhæreat: sicut hospitales uiri ex quadam humanitate solent, cū ami- cos inuitant, & pallio apprensio comiter reti- nent, ut secum in prandio sint: id Cicero de oratore lib. III. appellat Lacinia tenere: sicut alibi, Non scindere penulam, ad Attic. libro XIII. quod contra est in rubo, atq; sentibus: hi enim non adhærent uestibus, sed rapiunt, atq; immodestè lacerant: unde & rubus quan- doq; Græcis *ἄμετρος* dicitur. Plautus ad co- quos, ceu fures, transtulit in Casina:  
*Vide fur ut sentes sub signum ducas. CO. qui uero sentes*

b Barb. consi. xlvij. in prin. Alex. consil. lxxv. j.

c l. j. ff. de pro- xen.

SER. Quia qd tetigere, rapiūt: si eas ereptū, illico scindūt. Duci aut sub signo, est res obliquare, ne fur- tum fiat, quod solebant ueteres. Vnde annu- lorum usus frequentissimus, ut est apud Pla- nium: & iocus Neronis in seruum, cui nihil sit domi occlusum, nihil obliquare.

*De Lamias seu Strigibus scitu nō indigna: & declaratū Horatij carmen in arte poetica. Item emen- datus Festus Pompeius. CAP. XXII.*

CVm primū Doctōrijs insignibus orna- tus domum me cōtuli, prima in qua mi- hi de iure respōdendū fuit, hæc oblata est cau- sa: Venerat quidā hæreticæ prauitatis, ut uo- cant, inquisitor in subalpinas ualles, ut aduer- sus hæreticas mulieres, quas ueteres Lamias, nos Striges uocamus, inquireret: is iam plu- rimas, & quidem supra centum, flammis con- sumperat, quotidieq; ceu noua holocausta, alias super alias Vulcano offerebat, è quibus nō pauca helleboro potius, q̄ igne purgādæ uidebant: donec rustici arreptis armis uim il- lam inhiherent, & negociū ad Episcopi iudi- cium deferret. Is misit ad me actis, petijt uti consilij mei copiam hac in re ei facerē. Non una erat earum species: aliquæ in crucem im- minerāt, Christū Deum abnegauerāt, præ- sentes ipsæ & uigilantes ueneficis atq; deuo- tionibus infantes extinxerant. Respondi, in- has suo munere fungeret Quæstor. Aliquæ cū interdū matribus minatae essent, noctu ad earum filios, quamuis obseratis, clausisq; ualuīs, irrepserant, fascinauerantq;: constabatq; eos repentino morbo & medicis nō co- gnito decessisse. Et de his respondi idem dici posse: etenim etiam si demus personaliter eas nō accessisse, tamen id Lemuribus suis man- dasse uideri possunt: hoc enim casu extra so- mnia peccatū fuit. Aliquæ nil ultra egisse ar- guebantur, nisi quod sub arbore Tellina cho- reas duxisse, & ad ludū illū accessisse diceban- tur, id est aliquot ex socijs attestabantur, cū tamen ipsæ hoc negarent. Has dicebat Quæ- stor esse subijciendas tormentis, quoniam in fauorem fidei constitutū sit, consciorum con- sceleratorumq; testimoniū admitti. Respon- debam id uerum de his, quæ uigilantes uidis- sent, nō quæ dormientes, & in somnis. Car- do igitur dubitationis in eo uertebatur, an ad eum ludum personaliter accederent: an uerò falsa persuasione, quod in somnis uiderant, pro certo haberent. Et uidentur recentiores Theologi magna asseueratione contendere, personaliter eas illuc accedere, id est diaboli o- pera, qui eas gestat: nam & in Euangelio legi- tur, in tantum eum posse, ut uel Christum ip- sum super pinnaculo tēplī statuerit. Et quāuis aliqui ex maritis magnæ fidei homines asse- ueraret, eo potissimū tempore, quo illæ in eo ludo fuisse dicebant, se exploratū habere, in lecto potius secum fuisse: tamen respondeba- tur, non illas, sed cacodæmonē potius uxoris forma assumpta marito illulisse. Atqui ego replicabam, Cur non potius cacodæmonem

d Clem. j. de ha- reticis.

e c. episcopi. xxvi. q. v.

e c. in fidei. de her. in vj.

f Thom. xxij. q. xcvi. art. v. Bo- na. iij. sent. di- stin. xix. q. iij. Sylue. tract. de strig. Picus dia- logo Strix.

cū suis dæmonibus, illam uerò cum marito fuisse præsumis? cur uerum corpus in ficto lu- fu, phantasticum in uero lecto cōmiseris? quid hic est opus usque adeo augere miracu- la, & non tam Theologum, quàm *παραλόγος* agere, sauiorēq; partē in pœnis eligere? Con- stabat ex illis actis semel eo in ludicro, per quādam mulierculā nomine Iesu appellato, omnē illum apparatū, omnes saltatrices, cum amafis suis repente euauisse: quī fieri id po- uit, si uera fuissent corpora, & nō phantasma- ta, & Tantalī hortī? quod apud Philostratū li- bro IIII. etiam Apollonius Tyaneus censuit, & apud Plutarchum in Brutī uita C. Cæsarius: nam & Medici maximos effectus corruptæ menti imaginariæq; ludificationi tribuūt: un- de Ephialtici, afflati, superstitiosi, incubitati, amore furentes, imaginosi, Lycaones, Cynan- thropi, qui tamen medicamentis curantur: ui- denturq; hæc esse, quæ Plinius & alij ueteres Faunorū ludibria appellant, Pæoniaq; herba emendari censuerunt, ut etiam harū plerasq; curari posse sit uerisimile: nisi quod paupe- res, & foemellæ omnes sunt, quibus talis facul- tas nō suppetit. Ego certè magis iuri Pontifi- cio, cōmuniq; nostratium Doctōrum inter- pretationi hac in quæstione, quàm Theolo- gis istis tribuerim, maximè in re à synodo de- cisa in concilio Anquirensi, cap. i. ubi talia phantasmata mentibus à maligno spiritu irro- gari ait. & rursus: Infidelis, inquit, nō animo, sed in corpore euenire opinatur: quis enim in somnijs, & nocturnis imaginibus non extra se ipsum deducitur? quæ etiam fuisse uidetur Augustini libro de ciuitate Dei xviii. cap. xviii. sententia: ubi, Verum, inquit, corpus nulla arte dæmonū conuerti potest, sed phan- tasticū: quod etiam cogitando, siue somnian- do, per rerum innumerabilium genera uariatur: & cū corpus non sit, corporū tamen for- mā capit, sopitis aut oppressis corporeis sen- sibus, ita ut uera corpora alibi iaceant, sensibus obseratis. Nec refert, quod ibi Herodiadi aut Dianæ honor exhibetur, hæc uerò ipsi dæ- moni se addicunt: idem enim est spectrum. Et Diana dicitur ex Vergil. carmine:

*Exercet Diana choros &c.*

uel Herodias, quia Matthæi XIII. scriptum est, Saltabat filia Herodiadis &c. Conantur tamen aliqui recentiores textui illi responde- re, sed ita, ut nec cœlū, nec terram attingant. Nec me mouet Euangelij locus: quia spontē, & quidem spiritu sancto ducente, super pin- naculum ascendisse Christum, ueteres tradi- derunt, ut periculū sui aduersus tentatorē fa- ceret: nō autē à diabolo latū: id enim incredi- bile est, inquit Origenes homilia xxxi. in Lucam, quem & sanctus Hieronymus sequi- tur III. Matth. Cur autem dicantur Lamia, indicat Duris Libycorū lib. II. mulierem pul- chram fuisse Lamiam Beli & Libyes filiam, quam Iupiter adamarit, ex eaq; filium susce- perit: at lunonē zelotypia infensam, eum in- fantem perdidisse, ipsamq; in feram mutasse,

quæ nunc sui desiderio alienos filios rapiat, perdatq;: unde Horatius,

*Nec pransæ Lamie uiuum puerum extrahat aluo.*

De quo plura apud interpretem Aristopha- nis. Striges uerò dicte sunt mulieres malefi- cæ, & uolaticæ, ut inquit Festus Pomp. ab aue huius nominis inauspicata, quæ similis est bu- boni, & infantū corpora noctu inuadit, exu- gitq; sanguinem, & suffocat: unde à stringen- do nomen habet. Sed Ouid. lib. vi. Fast. à stri- dendo dici mauult, & tamen corripit primā:

*Est illis strigibus nomen.*

Plautus uerò in Pseud. producit hoc senario: *Non condimentis condiunt, sed strigibus.* Addit idem Festus græco carmine auerti eas solere:

*Συρμία πομπύλην νυκτινομα, σρίγγα δ' ὀλαὸν ὄρνυ ἀδωνύμου ὠκυπόρου τε πυνύα. Noctiuagus laruas, diram & traducere strigem Infamem uolucrem faucipremantq; uelim.*

Dicitur autē græcè *συρμίον ὑπονοετικὸς*, quia *συρμός* gestamen, quod in tragœdijs persona- ti trahēbāt, significat: tamen si hac in dictione corrupta sit apud Festum lectio uulgaris.

*Qui sint Exorcistæ, quid ὄρκος, quid Ven- triloqui, seu ὑγασπίμβος, quid Energumini, Deceptorū loca explicata, etiam aduersus recentiorum in- terpretationem. CAP. XXIII.*

SI quis, inquit Vlpianus, incantauit, uel si Simprecatus est, uel, ut uulgari uerbo in po- sterum utar, si exorcizauit, non sunt ista me- dicinæ genera, tamen si sint qui hos sibi pro- fuisse cum prædicatione asserunt. Opinor scripsisse Vlpianum, uulgari uerbo impostu- rum utar. Existimauit enim uir gentilis, exor- cismū quandam imposturā esse: nam etiam- num sunt, qui hoc nomine confictis terrori- bus multos decipiant. Verum arbitror Iustini- niani Consiliarios dictionem illam mutasse, & in posterum, scripsisse: apud ueteres enim Christianos ea ars ad eò approbata fuit, ut in sacris muneribus constitueretur, qui Exorci- stes dicitur, id est, adiurator: de quo in cōcilio Carthaginensi IIII. scriptū est: Exorcista cū ordinatur, accipiat de manu episcopi libel- lum, in quo scripti sint exorcismi, dicente epi- scopo, Accipe, & cōmenda memoriæ, & ha- beto potestātē imponendi manus super ener- guminum &c. Et rursus: Omni die exorci- stæ energuminis manus imponūt. *ὄρκος* enim est iuramentū: unde Iustin. Siue iuramentum interposuerit, cū & hoc nobis audietibus uentilatum est, testatore quidem dicente, *ὄρκος*, partibus autem huiusmodi uerbum huc atq; illuc lacerantibus. Qui autem sint Ener- gumini, Scholiastes ipse interpretatur luna- ticos significare, quia laborent ex luna: ete- nim *μην* lunam significat, *ὄργον* laborare. uel quia à dæmonibus sint obfessi & impedi- ti, quasi *ὄργυμνοι*, ἀπὸ τοῦ ὄργου, quod deti- neri claudiq; significat: unde & Ergastula di- cta. Sunt autem etiam alij, qui *ὑγασπίμβος* di- cuntur, id est, uentriloqui: sic enim Augu-

b l. j. §. medicos. ff. de uar. et ex- traord. cog.

c xxij. distin. c. exorcista. ca. vij.

d de cōsec. dist. v. c. omni die.

e l. j. c. cōmun. de leg.



a c. illud. xxvj. q. ij. stinus eos uocat<sup>2</sup>, qui uidentur in uentre dæmonion habere, & futura prædicunt. Vnde Regū i. cap. xxviii. ἰδὸν γυνὴ ἐγγαστριμύθος γινώσκουσα. & rursus: Ζήτησατέ μοι γυναικὰ ἐγγαστριμύθου. quem locum omnes interpretantur mulierē spiritū Pythonis habentē. Lucas quoq; in Actis Apostol. <sup>b</sup> πάλαι ἴδον ἡμᾶς ἐχούσαν τὸν δαίμονα. Aristoph. in Vespis: μιμησάμενος τῆς εὐρυκλῆος μαυρίειαν ἐν δαίμονι εἰς ἄλλοτριος γαστέρας σφιδῶς καί μωροδρακὰ πολλὰ χέαδου. Animum hic infani Euryclis magiamq; imitās, alienis sese uentibus insinuans, effudit comica multa. Erasmus prouerbio Eurycles, uidetur ἐγγαστριμύθου legisse, & ab astris uera prædixisse existimat: sed incidit, ut puto, in deprauatum codicem. Verū omnino peius censuit Hermolaus in Annot. Plini, qui γαστέρα pro uase accepit, & de diuinatione intelligit, quæ per uasculum fit, qualis λεκανομομντία. Sed de hoc alij.

*De præparatorijs iudiciorum: quid sit bonæ possess. gratia litis ordinandæ: quid Vindicæ, Prolusio, Diuinitio, Præiudicium, & quædam similia. CAP. XXIII.*

c rub. C. de edendo. **P**ræparatoria iudiciorū, quæ Iustinianus τὰ πρῶτα uocat<sup>c</sup>, qualia sunt, satis diffuse Doctores explicant. Verū & quædam alia iudicia ueteres habebant, quæ hodie ferè exoleuerunt, superest tamen tenuis quædam adhuc in iure nostro memoria: qualis est Agnitio honorū possessionis litis ordinandæ gratia. Ea, ut Accursius, Bart. alijq; tradiderunt, sic fiebat. cū filius emancipatus, uel posthumus alienus, uel quilibet alius cognatus, qui iure ciuili exclusus, humanitate tamen prætoriam admittebatur, accusare testamentum uolebat<sup>d</sup>: is prius quoddam signū, puta anulum, uel quamlibet rem hæreditariam petebat, ut sic à prætore recognitus, à iudice quoq; ciuili audiretur. quam sententiam ceu diuinatoriā transalpini pleriq; improbāt, aliudq; ipsi cum Fulgoscio cōminiscuntur, haud sanè probabilius, ut apud Alex. relatum extat<sup>e</sup>. Sumpsit, opinor, Accursius coniecturam illam ex Comædijs, in quibus exhibitio crepundiorū amissæ filiæ agnoscebantur: ut in Cistellaria Plauti in Rudente, alijq; poetis: fortè & ex Tragœdia Euripidis, Græcisq; autoribus, apud quos Aegeus filium Theſeum ex gladio & calceis (quos sub lapide reliquerat, filio, cū ad legitimam ætatem peruenisset, ab Aethra uxore indicandos) cœpit agnoscere: quod Ouidius metamorph. lib. vii. ostendit. Ego in Epistola M. Tullij ad Trebatij libro vii. legi, Q. Scapionem prætorem ex edicto suo bonorum Turpilie possessionē Silio dedisse, qua data deinde iudicium sponsionis subsequi debuerit, quæ fieri solebat conditionaliter, nisi bonorū Turpilie possessionē &c. cuius exemplū est & apud Plau. in Rud. Si tuas esse oportet, niue eas esse oportet liberæ &c. Vnde apparet uerbalem hanc bonorum possessionem fuisse, quam filio ex hæredato prætor dabat, ut quod ad litem spectat ei præiudi-

cium nullum ex hæredatio faceret, sed perinde esset, ac si in quasi possessione iuris sui esset: licet quod ad bona attinet, eorū possessio in eum nō censeretur translata<sup>f</sup>. Est & Vindiciarum iudiciū, cuius meminit Pompo. de orig. iur. <sup>g</sup> Seceſsit, inquit, Virginius, cū animaduertisset Appium Claudium contra id quod ipse ex ueteri iure in xii. tab. transulerat, uindicias filie suæ à se abdicasse, & secundum eum, qui in seruitutem petierat, dixisse. Appellat Vindicias quasi possessionem filie suæ, in qua donec cognoscere de statu, deberet interim pendente lite permanere. quo sensu & Vindicari uerbo Lilius utitur. Ascon. Pæd. in Verr. Lis uindicariū est, cū litigat de ea re apud Prætorē, cuius incertū est, quis debeat esse pendente lite possessor. quod alibi ab alijs diffusius traditū extat. Est & Prolusoriū iudicium, cū super articulo cognoscitur, qui grauioris causæ sit quoddam præludiū. Plin. epist. lib. vi. ad Ursulum: Tu existima, quantū nos in ipsa pugna prælij & certaminis maneat, cuius quasi prolusio atq; præcursorio has contentiones excitauit. Prolusoriū uerò iudicium simpliciter dicitur, in quo partes in necem alterius colluserunt: sicq; hæc uox accipit Vlpiano<sup>h</sup>. Suetonius Tranquill. hanc controuersiam, quæ ad litis ordinationē pertinet, simpliciter Leuē cōtentionem uocat in Claudio. Peregrinitatis reum, orta, inquit, leui contentione inter aduocatos, togatumue an palliatū dicere causam oporteret, quasi æquitatem integram ostentans, mutare habitum sapius, & prout accusaretur defendereturue, iussit. Est & Diuinitio, cū de cōstituendo accusatore queritur, & decernit iudex quis ex multis competitoribus accusatoris partes sustinere debeat: cuius rei exemplū est prima Ciceronis in Verrem actio. Cur autem ita uocetur, Asconius Pædianus & Aul. Gellius lib. ii. uarias rationes adferunt. ego illam probo, quod iudex eum eligit quem diuinitat atrociorē fore aduersarium, minimeq; præuaricaturum. Est & quod Græci πρόκριμα, seu πρὸ κριτῶν γινώσκου dicunt, nos Præiudiciū hoc est, res, quæ cum statuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum quod sequantur, licet litem non terminet, ut Ascon. diffinit. Quot modis autem id fiat, ostendit Fab. Quintil. libro v. Sed nostrates alio sensu præiudicium accipiūt: nempe pro iudicio aliquo, quod rei iudicatæ exceptionē in altero parere posset: qua de re locis suis est differendū. Huc pertinet & Censoria animaduersio: non enim rei iudicatæ auctoritatem habebat, ut Cicero pro Cluentio ait, sed solum uim præiudicij. quia qui à censoribus notati aut præteriti erant, apud subsellia iudicum postulari poterant: ubi nisi damnati fuissent, censoria animaduersio irrita efficiebatur: unde Cicero in Pisonem integrā legem accusatori iudicij seruari ait. Est & alia Præiudicij significatio apud Theophilum, qui, Præiudicium, inquit, est formula ex sola intentione constans, quæ con-

<sup>a</sup> 6. præiudicia les. Inst. de act. condemnationem in se non habet<sup>2</sup>. Exempli causa: Seruus meus, uel libertus, mihi cōtrouersiam faciebat, asserens seruum meum, uel libertum non esse: dicitur hæc actio præiudicialis, quia satis est istis dicere, Si apparet me liberū uel ingenuū esse: nec necessariò requiritur ut subiungat, condemna iudex. Accurs. tamen tres alias rationes adducit, transalpini quartam, omnes satis fragiles. Hodie duo iudicia præparatoria maximè sunt in usu. Vnū, cū petuntur expensæ litis, uel alimēta: quia quis interim propter inopiam non habere se dicat unde ius suum tueatur: quod concedi filijs, uxoribus, monachis solet, qui ex causa aduersus patrem, maritum, monasterium agere uelint<sup>b</sup>: conceditur & quandoq; ei qui super bonis litigat, quæ cōmunia cum aduersario esse præterdit, si pro se aliqua sit præsumptio. Alterū est, cū in interdico, Vti possidetis, quilibet cōtendit se possidere, & neuter uult actoris partes sustinere<sup>c</sup>, aut libellum alteri offerre, sed uterq; de facto sibi possessio nem uendicat: debet iudex summarijsima cognitione interloqui, quis actoris partes sustinere teneatur: quod ex facto Paul. Cast. <sup>d</sup> respondit, & ego alibi latius disputauī, & supra lib. vi. cap. xxiii. etiam docui.

*Quantum processus professori necessarius sit: quis fuerit Callipides Tranquillo, & Analectæ Senecæ & Martialis: quid item Satagei. CAP. XXV.*

**Q**uam professori cōueniat plurimas leges interpretari, & multa docēdo percurrere, nō uno in loco à me proditum, declamatumq; est: improbatiq; sæpissimè eorum methodū, qui tribus mensibus uix unam rubricam absoluunt: quæ studiorum corruptela, maximusq; abusus, non ita diu, sed memoria mea inoleuit, ab obliuiosis hominibus, & ingenio tardis, sed sua tamen nimī admirantibus inuecta: qui nihilominus hoc potuerūt, ut quamplurimos sectatores haberent: uerū similis ingenij, & bardī bardos. Emicant tamen aliqui, & si nō palām, saltem clanculum & secretis epistolis conqueruntur, ut nuperimè egregiè doctus iuuenis Ascanius Scotus Perusinus, datis ad me literis, Ἰδὸν καλῶ ἡμᾶς, inquit, ὡς ἀλκίστε κακῶς ποιεῖ ἡμᾶς, ὁ ἀπὸς ἐπιτῆρ καλλιπιδῆος ὄντι. qui circa quisquillas & analecta iuris magnam partem occupatus, assiduo cursu nullum cubitum processerit, & etiamnum primordia legis urgeat: quocirca scias uelim, magnam partem cohortis literariæ iamiam istuc adornare, ubi te autore methodico proficiat in summam &c. Rectè sanè dici huiusmodi homines possunt Callipidæ, idq; ex autoritate Tranquil. in Tib. Ceterum dubitatur unde origo prouerbij effluerit, nec satis id uidetur hæctenus explicatū. Ego ex Aristotele libro πρὸς τὴν ποιητικὴν à Callipide histrione ortum arbitror, qui cū indecentes & nimios motus in actione haberet, & sese in gyrum ageret, meruit simia appellari. ὡς λίαν ὑπερβάλλοντα τὴν ἰσχυρὴν καλλιπιδῆος

<sup>d</sup> ἢ ἐκείνῳ. Vnde apparet in eos quoq; quadra re prouerbij, quos Seneca epistola xcix. Satageos uocat, ea forma, qua nos Iuriconsulti Abigeos dicimus. Quintil. Afer uenuste Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientē, manus iactantē, togam deijcientem, & reponentem, non agere dixit, sed fatagere. Quid uerò sint Analecta, haudquaquā explicatu difficile est: uulgo enim Grammatici sic interpretantur reliquias, seu micæ, aut ossa quæ de mensa cadunt: unde & Analectæ, serui qui sub mensa incuruati eas asportabant: quod enim preciosiora fierent pauimenta, serui collectis manu reliquijs, non scopolis, sed spongijs ea extergebant<sup>e</sup>. Martialis: *Ocia sed scopis nunc analecta dabunt.* Est enim ἀναλέγειν dispersa colligere, sicut auiculæ faciunt, cū semina de aruis rostro excerpunt. Hinc iocus apud Senecam epistola xxvii. de Caluiscio Sabino in conuiujs seruos literatos ad pedes habēte, ut uersus quos referret illius memoriæ suggererent: Suasit, inquit, illi Satellius Quadratus stultorū diuitum arrosor, & qd sequit arrosor, ut Grammaticos haberet analectas, id est, qui sub specie colligendarū reliquiarū essent illi à memoria. Scio recentiores quosdam hæc omnia aliter interpretari: sed ut ego arbitror, non sat rectè.

**DN AND ALCIATI**  
IURISCONS. PARERGON  
seu obiter dictorum, liber nonus.

*Quis sit Posthumus alienus: & declaratus institutionum locus. CAP. I.*

**P**OSTHVMVS alienus in iure nostro uarijs accipit modis: in primis, qui extranei alicuius filius post eius mortē nascitur: ut si institutam Titium amicū, & si quis ei filius nasceret: uideturq; is omni respectu & ἐμφατικῶς sic appellari. Est & alienus posthumus testatori, qui in eius potestate futurus non est, qualis est is nepos, qui ex filia nasceret: hic enim non in auī materni, sed in patris sui familia est. Dicitur etiam Posthumus alienus, qui ex filio emancipato est natus, talemq; cœpere Prætores ad auī successionem edicto suo uocare: prius autem nec institui, nec legari ei poterat<sup>f</sup>, quia incertis personis legari non poterat: at incertis personis εἰσιν, id est, similis est hic posthumus, ut in Institutionibus græcis dicitur. Potest & Posthumus alienus dici<sup>g</sup>, qui ex filio in potestate nascit, si tempore testamēti perpenso suus hæres auo futurus non est, ut quia primū gradum pater teneat<sup>h</sup>, quæ institui certa formula posse, C. Aquilius Gallus induxit<sup>i</sup>. Videndū ergo de quo intellexerit Iustinianus, cū in Institutionibus ita scripsit: Posthumus aut alienus hæres institui & antea poterat, & nūc potest: nisi in utero eius

d l. Papinianus. §. j. de inoff. testa.

e Alex. l. fin. C. unde legit.

II f l. ij. de inoff. testa. g l. ij. de ori. iur.

b c. ex parte. de accus. ubi Doctores. Areti. c. hi qui testim. de testib.

c l. si instituta. §. pen. de inoff. testa.

d l. ut libertis. in fi. de lib. caus. Cast. consi. iij. in ij. uol.

h l. si perlusorio. de appell.

i l. fundū. de except. rei ind.

e l. quæstum. §. item spongia. de fund. instr.

f Instit. de bon. poss. in prin.

g §. posthumus. Instit. de lega.

h l. penul. de lega. j.

i l. Gallus. de liber. & posth.

quæ iure nostro uxor esse non potest. Et Accursius de eo intelligit, qui ex emancipato natus est, qui poterat iure prætorio institui, licet non ciuili: ut dictio Antea, intelligatur non iure XII. tabul. sed post Gallum Aquilium, aut Prætores. qui sensus uerba legis uiolat. Et cum dictio Autem, sit aduersatiua supra scriptorum, hoc sensu non ijs aduersaretur, quæ eiusdem generis sunt, cum supra posthumo alieno nihil antea relinqui potuisse dixerit. ut rectè aduersatiua concepta sit, oportet dictionem Antea, eodem sensu accipere, quo supra fuerit posita. Verisimiliter fortè fuerit interpretatio, si de posthumo prorsus extraneo accipiamus, qui uidetur olim potuisse institui, quod Io. Fabri censuit. Et quod sequitur, nisi in utero eius sit, quæ iure nostro uxor esse non possit, intelligendū est, non respectu testatoris, sed generaliter, quæ nubere nō possit, puta quia Vestalis seu sanctimonialis. Sed & hic sensus non caret scrupulo: & in Institutionibus græcis exceptio illa manifestè de ea loquitur, quam testator uxorem habere non potest. Et certè res omni scrupulo careret, si contextui inesset negatiua, & in græco dum dicitur, ὁ ἀλλότριος προσῆμος, scribatur ὁ ἀλλότριος. Suprà dixerat, posthumo alieno nihil olim relinqui potuisse: hic dicitur, posthumo autem non alieno, id est, suo, poterat, dum tamen ex ea natus sit, quæ uxor esse possit. Verū quia antiquus codex, quem habeo, uulgari lectio- ni consentit, nihil discernere ausim.

**Quid Oenomeli à Mulso differat, defensio**

Vlpianus: quid sit conditū Palladæ in Epigram. quid Pocula Acheloia, Vergilij locus. CAP. II.

Vlpianus lib. xxv. ad Sabinū, legato uino omne contineri dixit, quod ex uinea natum est: factitium uerò non contineri, ut Zythum, Camum, Ceruisiam: quas uoces libro Prætermissorū declarauī. Subijcit, nec hydromeli: quid si conditū sit? & respondet, nec hoc puto, nisi alia mēs sit testatoris. œnomeli planè, id est, uinum dulcissimū, continebitur. Existimāt aliqui uel mendosum hunc esse locum, uel ignorantia reum esse Vlpianum, qui cum scripsisset, legato uini mulsum non contineri, nunc œnomeli dixerit contineri: cum tamen Dioscoridi & cæteris Græcis οἰνόμελι sit, quod Plinio & Latinis mulsum. Ego duplex œnomellis genus apud Dioscoridem legi, alterum ex uino austero, & uetere, quod propriè sit mulsum: alterum ex multo dulci, quod tempore uindemiæ conficitur, sexta parte mellis addita, quod dulce permanet: & id arbitror œnomeli Vlpiano speciali uoce dictū. Qui collectanea de re rustica græcè scripsit, & Constantino Cæsari dicauit, œnomeli hoc decima tantum mellis parte multo iniecta confici tradit, ut meritò nomen uini nō perdat. Videtur Marcellus Dioscoridis interpres in deprauatum codicem incidisse, qui hoc mulsum ex sestarijs duobus multo, & uno mellis fieri ait, cum tamen Aldina editio

habeat ξυς', πῶς ξυς ἀμίλιτος μινυῦτο. Sanè unde uinum dicitur non una est opinio, & Græci ab Oeneo Aetoliæ rege οἶνον dictū ferè consentiunt. unde Nicander, οἶνος δ' οἷο ἰσίδου ἀβλήλας δεπύκου οἶνον ἐκλήθη. Sic & Menalippides Milesius, ὁ δέσποτ' οἶνον οἰνέως. Contrà Hecataeus Oeneum ipsum à uino dictum putat, seu à uitibus, quia antiqui uites οἶνας uocabāt, ut est apud Athenæū lib. II. Iulius Hyginus, Liberū patrem ab Oeneo hospitio susceptū, tradit cum eius uxore concubuisse, Oeneoq; xenij nomine uitem dedisse, & plantandi artem docuisse, utq; fructus ab eius nomine οἶνος diceretur mandasse. Idem subiicit, in Aetolia primū aqua Acheloi fluminis dilutum uinum fuisse ab eo, qui deinde Cerasus nomine dictus sit, quoniam κέρσσω significat misceo: ut meritò Verg. I. Georgicorū, ad supra scriptas fabulas alludens scripserit,

Poculaq; inuentis Acheloia miscuit uinis.

Sanè quod Vlpianus hydromeli conditum ab alio separat, uidetur inueteratum illud intelligere, sicut hydromeli simplex, qd est recens, & μελίκρα τῶν Græcis dicitur quasi mel aqua temperatum, seu ut L. Columella uocat, dulcis aqua, ἀπὸ τῆς κινυῶδ'ς, quod, ut dixi, miscere significat: non, ut quidam putant, ἀκράτος, quod est, robur. Sed de hoc plura Plinius lib. XIII. capite XVII. & XXI. cap. XXIII. qui melicraton aquam mulsum, hydromeli conditum, uidetur ex aqua & melle uinum appellare. De hoc condito arbitror intellexisse Palladā græcum poetam epigram. lib. I. εἰς ἰατρὸς, ijs carminibus:

Κονδῖτα μοι δὲ τὸ δὲ κινυῶδ' τῶν ποθῶν ἔχει  
τ' ἔνομα; τ' ἰφώνης δὲ γὰρ ἀλλότριον.  
σκληρὰ δὲ μοι εἶδος, τὸ γὰρ κατέχου μὲ νόσημα  
τὸ σομάχῳ, γῆν' αὖ τὸ δὲ λέγεται ποτ'.

Condito indigeo, conditi dic age nomen  
Vnde uenit, Græcis uox aliena modis.  
Hoc mihi amice para, stomachus me detinet ægrum:  
Utilis huic, aiunt, potio talis erit.

Dictio enim illa, ποτὸν, arguit de hydromelle hoc intelligi, quod simpliciter Conditum dicebatur, non de quocunq; cibo qui conditur, quod Grammatici aliqui crediderunt. Etenim in collectaneis rei rusticæ lib. VIII. describitur conditi confectio ex Democriti autoritate, quæ melle, uino albo, pipereq; constat, quæ uidetur mihi potius ad intinctus, quàm ad potionem pertinere.

**Oeconomia quid sit: defensi nostri Doctores,**

qui iconomū pronunciat: an maior ratio accētus quàm syllabæ sit in græcis dictionibus quas Latini usurpant. CAP. III.

Iconomus in iure Pontificio, & in Iustini nouella latinè legitur, qui Græcis est οἰνόνομος. significat autem dispensatorē, & qui curam domus habet: unde nostrates Doctores sic eum uocant, cui res ecclesiæ gubernanda mandatur, præsertim ne ea uacante fructus interim dissipentur, hinc Oeconomia rei familiaris ratio, de qua & Xenophontis & Aristotelis

stotelis liber extat. dicitur & quādoq; hoc nomine ratio ordinis, ut citra confusionem omnia rectè atq; ordine consistant: quod non solum Poëtis comicis obseruatū ostendit Donatus in Andria Terent. super illo carmine, Audiui Archillis: sed etiam Oratoribus ualde necessariū est, ut recta dispositione utant, & quidq; suo loco dicant. Fab. Quintil. lib. I. ca. XIII. Oeconomia quoq; in ijs diligētior, quàm in plerisq; nouorum erit &c. Cicero ad Att. Si οἰκονομία perturbatior est, tibi assignato, te enim sequor γὰρ δὲ λέγοντα, quæ uox eo sensu accipitur, atq; si quis diceret, Fuit quidem Aretino & Alexandro & plerisq; alijs magna interpretandi subtilitas, uerū oeconomia nulla. Vitium id ἀπεξία quocq; Græci uocāt, ualde in scriptoribus damnandum. Cæterū nostros Doctores irrident Grammatici, quod Iconomos dicant, & nō Oeconomus, ut ratio potius uidetur suadere. Quibus ego respōdeo, adhuc satis constitutū nō esse, Græcas dictiones quas nos Latini accepimus, secundū prononciationē græcanicam, an potius secundū rationē proferamus. Ambrosius in hymnis, Hieronymus, alij eius temporis, ubiq; Paracletum dixere, & media correpta pronunciauerunt, nō Paracletum, id est, consolatorē: quæ ratione & syllabas ad prononciationis rationem uitauerunt, unde Idolum Sedulius & Prudentius corripunt, Trigonū Aufonius, Heraclitum Sidonius, Axioma Martianus Cappella, Serapin quādoq; Martialis. sic uulgò Iacobum, Agapitum, Theodorum, Isidorū, idq; genus similia corripimus, nō secundum rationem, sed secundum accentum, atq; prononciationis usum. sic è contrario Sidonius & Politianus penultimā in Euripide producerunt: idemq; Sidonius & Maximianus in Socrate, maiorem prononciationis quàm syllabæ rationē ducentes. Itaq; æquo animo uiti litigatores isti Iurecōsultos hac in uoce græcissantes ferant, uel suos damnent autores, qui aliquantò grauius, etiam aduersus syllabarum rationem deliquerunt.

**Quata ueterū licentia sit in corripiendis uocibus productis, alicuius literæ elisione: Plauti carmina explicata, aliorumq; poetarum, maxime Ennij apud Ciceronem lib. I. de Offic. CAP. IIII.**

Svpellectilem dici, ex Labeonis & Celsi sententia aliàs docui, quod olim ijs qui in legationem proficiscerentur, locari solent quæ sub pellibus usui forent. Sed hanc etymologiam nuperrimè aliquis tali ratione improbauit. Si uerum, inquit, esset quod suppellex, quasi subpellex diceretur, primam syllabam producere deberemus, cum tamen constat grauisimis autoribus corripī. Perlius: Tecum habita, ut noris quā sit tibi curta suppellex. Sed certè id argumentū haud tam efficax est, ut grauisimorū Iurisconsultorum autoritas magis me non moueat: etenim certū est, præpositionē hanc Sub, naturaliter corripī, quæ adiecta alteri dictioni, b litera sumnota, fer-

uat nihilominus naturam suam, sicut & Obmitto: quo exemplo Horatius in eo primam corripuit,

—Et præsens in tempus omittat.  
Sic Curule, sic grabatum primam corripuit. Sic Ennius in carmine quod M. Cicero libro I. Officiorum adducit:

O domus Anci quā dispari domino dominaris.  
Sublato enim sibilo, primam in Dispari corripuit. Sic Plautus in Trinum. quadratū hoc brachycatale ceticum posuit carmen:

Atq; erit si nactus proinde ut corde amantes sunt cati.  
Posuit Cati, pro Capti: ut sublato p, syllaba efficeret breuis, qd ratio carminis exposcebat: quam licentiā in suo quoq; tumulto, quod tribus longis uersibus fecit, uidet usurpasse:

Postquam est morte catus Plautus, comœdia luget,  
Et scena est deserta: dein risusq; iocisq;  
Et numeri innumeri simul omnes collachymarunt.

Idem in Persa:  
Qui sibi parentes fuerint, unde subruta est.

pro subrupta, est enim trimeter uersus. Græcis uerò poëtis fitid frequentius, quorum exemplo Martialis secundam in Smaragdo corripuit. Sic & daphne, progne, cygnus, zacynthus, quādoq; primam corripere credi possunt. Homerus uel in primo carmine πηληϊάδεω Ἀχιλῆϊ, sublato λάμβδα secundam in Achille breuē fecit. Idem ἄλλ' ἂν δὲ λέκτρον ἰὼν ἄκρον δέκτρον κρεττάκην, primā in dactylo corripuit, exempto in prononciatione κάππα, & alibi ἀδρόστητα, pro ἀδρόστητα dixit. sic Oppianus μάλοσος pro μάλοσος. Hesiodus in scuto Herculis ubique de Electryone literam abiicit, eadem ratione:

Ἄντ' ἂν γὰρ νυκτὶ ταυνοσφύρα ἠλεκτρῶν.

Latini parcius uidentur hac licentiā usi, quod quædam barbarissimi species sit: nisi quod uetustissimi, præsertim Comici poetæ frequentius usurparunt, maxime ubi duæ uocales concurrunt. unde Mei, & Tui, apud Plaut. monosyllaba sunt: Mei te rogādi, et Tui respōdendi mihi. Sic Horatius, Plus aptaq; remis, pro palus: etem us, productū naturaliter. sic Praxilla:

Ἄλλὰ τὸν ἔποτε θυμὸν γνὴ σήθεος ἔπειθον.  
Theocritus in epigrammatis,

καὶ σὲ τὸν ἠδιστον θεῶν μακάρων ἀναθείς.

Utrobique τὸν θεῶν monosyllaba esse ratio carminis indicat, & Eustathius attestatur. Sic & in elegidio Solonis,  
Ὀλέω μοι πῶς θεῶν μακάρων δέτε, ἢ πῶς ἀπαύτων. Plenæ sunt Plautinæ fabulæ huiusmodi concisis, atq; synæresibus, syncopatisq; uocibus, quod & in prononciatione obseruatū ostendit Aul. Gellius lib. II. cap. xvii. Sed quod ad defensionem Labeonis & Celsi attinet, hæc satis sunt & super.

**Defensio Caius I. C. in etymo arrogationis,** & Erasmi in dictionibus Diogenis Cynici. CAP. V.

Fuit id iuris receptissimū, ut qui ciuis Romanus sui iuris esset, nō nisi lege lata, aut ciuitate priuari, aut in alterius potestati trāsi re posset: quod supra libro primo à nobis la-

a I. mariti. §. fi. de adult.

b arg. l. extraneū. c. de hæred.

c l. si quis uinū. de tritic. uino c. oleo leg.

d Laz. Bayfius.

e cap. cxix. c. lxxxiij.

f Calepin.

g Pius in Pont. Plaut.

a I. Labeo. de suppellex.

h Liubemus nulli. c. de sacrosanct. eccles. i. c. cum uos. de offi. ord.



a l. ij. ff. de adoptionibus.

rius traditū est: hincq; qui sui iuris fuisset, ab altero adoptari nō poterat, nisi per populi rogationem id factum esset, unde adoptionis illud genus arrogationis nomen meruit, cuius rei autor est Aul. Gellius lib. v. cap. XIX. Caius uerō Iuriscōsultus aliter sensisse uidetur: qui idcirco sic dictam scripsit, quia is, qui adoptat, rogatur, an uelit illum sibi iustū filium: & adoptiuus, an uelit eum sibi patrē esse: quę sententia non adeo probabilis, sicut Gelliana est, suntq; qui hac in re errasse Caium asseuerent. Ego arbitror hanc etymologiam Caium excogitasse, quę temporari suo conueniebat, quod uetus ille mos rogationū tandem ab usq; Tiberij Imperatoris tempore exoleuerat. Solent autē prudentes uiri etiam a pręscriptis, certisq; formulis recedere, ut se temporari accommodent, quod Gręci uocāt *καίρω διαλέγουσιν*. Sic uidemus Marfilium Ficinum Philosophū & doctum & grauem, cum dialogum Platonis, qui Charmides inscribitur, in latinū sermonē transferret, quędam omisisse, quę gręcę licentię & Platonis seculo utcuq; tolerari poterant, Christianis uerō auribus hodie obsceniora uidebātur, quā ut ab eo describi deberent. Sic Georgius Trapezuntius nō pauca & ipse in Eusebij lib. *περί διαγωγῆς τῶν ἁγασκόνων* reliquit intacta, quę latinis auribus irreligiosa existimari poterant. Nuperrimē Erasmus Roterodamus apophthegmata quędam Diogenis Cynici latine edidit, ex quibus aliqua obscenitas in alium sensum uertit, non imperitia, ut uidetur, sed iudicio: ut cum *χρησσο γόνυ γέροντος* simpliciter dixit, operatus in cōspectu omnium: quod audacior aliquis erratum existimabit. Sed uerissimum est Catonis oraculum, Alienam disciplinam temerē ne contemnit.

*Inuocatio diuina quomodo necessaria sit: cur absentes pro se Deum presentem habere dicantur: defensio, declaratusq; Vergilius in Georg. I. CAP. VI.*

Vetus est, atq; trita nostratibus quęstio, an Tabellionis documentū ualeat, quo diuini nominis inuocatio sit omissa: Et receptius est nihilominus ualere, licet enim nouella Iustiniani constitutione cautum sit<sup>b</sup>, ut instrumētis omnino nomen imperatoris pręponatur: nō tamen extendendum id uidetur ad diuinū: siue quia Imperatorū apponitur, ut certius quo anno gesta res sit appareat: siue quia diuinū semper tacite subintelligitur: cum quicquid agitur, Deo autore agatur: & ubi homines nō adsunt, ibi dii ipsi, utpote solitudinis amantes, adesse creduntur. unde Iustinianus<sup>d</sup>: Litigatoris, inquit, absentia, Dei presentia supplet. & Diogenes doctori qui modico theatro paucissimisq; discipulis profitebatur, Magister, inquit, cum dijs multos habes auditores, sic Papinius Statius:

—Nocte silenti  
Cum superis terrena placent, tua turba relicto  
Labetur coelo.

b rub. de oper. no. munc.

c xxxv. q. v. nō licet.

d l. propterandam. §. cū autem. C. de iud.

Veteres tamē ab inuocatione diuinū numinis auspicari in operib. solebāt: qd Plato in Legibus fecit, & M. Varro in re rustica, ut omitam Aratum *ἐκ δὲ δὸς ἀρχαίμεδα*, Vergiliū, ceteros poetas. Memini cum puer essem audire Ioānem Lascharem plurimis uerbis in Pub. Vergiliū inuehentem, quod nimia confusaq; inuocatione in Georgicis esset usus, in eumq; ludere tali disticho:

*Pascua & arma parum, multum tribuere Maroni  
Arua, quod auspicijs tot colit ille Deum.*

Atqui plures etiam inuocauit M. Varro, & cum de aruorū uitūq; cultu dicturus esset, recitē primū Liberū & Cererē inuocauit, & Liberī comites Satyros, Cereris Dryades, quę etiam primę dicunt mortales docuisse quę admodum frugibus uesci deberent, & mitioribus epulis saturari: unde nullus Cereri cultus absq; Nymphis exhibebatur, ut Mnaseas Patrensis est autor. Deinde quia de cura armentorū erat dicturus, primū propter equos Neptunum, propter boues Apollinem Nomiū, propter oues Pana aduocauit. tum quia de arboribus quoq; pręcepta erat traditurus, Mineruā, propter oleas Osyrin, propter aratra conficienda Syluanū plantantibus fauentem est precatus, & illiteneram ab radice cupressum assignauit *πυλωπρασπιδος*, stolones significans, qui ab radice arborum tam tenelli uellunt, ut transferri tutō possint: maximeq; cupressus meminit, quod illa nec taleis nec ramis plantari, nec decacuminationē ferre ualeat: quę enim Seruius & ceteri cōmīniscuntur, cum autoribus pugnant, a quibus proditum est, amatorē Cyparisi Apollinem fuisse, non Syluanum: tamen etiam suspecta mihi sit ea fabula, quam de Aristæo tradunt, ut in Cęa insula eum pastorale uitam egisse credamus, & a Vergilio ceu numē hoc loco inuocatum: mellis quidem inuentionem ei tribuunt, alborum iuuenorū numerum nō tribuunt. Colebatur autē Apollo in insula Cęa, in saltu edito inter Corisīā & Pœēessam, ut est apud Strabonē lib. x. Nam & Dion Cocceius lib. l. i. histor. scribit, P. Turulū ab Augusto occisum, quod syluam Apollini sacrā in insula Cęa nauibus faciendis deuastasset. Quod autem tercentum iuuenos ait, uidetur Theocritum imitatus Eidyllio xxxii.

*Τὰς δὲ πρηνόσοι παύροι σιωπῆ δὲ χρόνον  
κνήμαρ γοῖβ ἑλικίς τε.*

Nisi hunc numerū pro magno positum simpliciter dicamus. Catullus:

*Quos simul complexa tenet trecentos.  
Apollonius lib. Argon. IIII. de bobus Solis loquens, similes candore lacti ait:  
—Γάσαι δὲ γάλακτι  
εἰδὲ μὲλαι χυσεῖοσι κοράισι κνυδίασσοῦν.*

*Cimelium munus quid sit in iure: et emēda tus Plautus in Trucul. CAP. VII.*

Cimeliarchion quid sit in iure nostro, satis legum ipsarum uerbis deprandi potest. Reditus, inquit Iustinianus<sup>e</sup>, exigantur & deponantur

10

20

30

40

50

60

e l. litibus. C. de agric. & cens.

a l. fi. C. de bon. aut. iud.

ponantur in æde sacrosancta, uel in cimeliarchio ciuitatis, sub qua possessio sita est. Idem alibi<sup>a</sup>: Necessē est pręsentibus tabellarijs resignare, & in cimeliarchio ecclesię deponere, ut cimeliarchi tamen aliquod detrimentū nō sustineant. Sunt autē *κεφάλια* res preciosę repositę, ut uasa aurea, argentea, & similia, *καὶ τῶν κείων*. unde metaphoricę & quę corpori apponuntur sic dici possunt. Polybius uexilla *ἀκίνητα*, quę in templo Mineruę Insubres habebant, appellata, est autor: unde etiam nū ibi est cimeliarchę officium: *κεφάλια* enim uocant Gręci *ἀκίνητα*, quod inde non amouentur. In iure Pontificio<sup>b</sup> mandatur Archidiaconis, ut cimelia de diuersis ecclesijs collecta omni fide & solitudine seruent, & custodiant. Plautus in Trucul. cimelium munus uidetur accepisse pro xenijs, quę puerperis dū in lecto iacent dantur. eius carmina apponere uisum fuit, quoniam uulgō corruptissima circumferuntur:

*Non audes aliquod mihi munus dare cimelium?  
Lucrum hercle uideor facere mihi, uoluptas mea,  
Vbi quippiam me possis. PH. At ego ubi abstuli.  
Iam saxo hic aderit, seruo lulum huc mittam meum &c.*

Videntur hæc dona Gręcis *ἡμεθῆσια* quoq; appellari Leonide epigram. libro v. i. Terent. Phorm. Geta:

*Ferietur alio munere, ubi hera pepererit.*

*Pœna talionis quomodo hodie sublata sit: itemq; quid sit Rhadamantum iudicium, diuersa ab Erasmo interpretatione. CAP. VIII.*

Talionis pœnam lege XII. tab. inductā fuisse constat, quam tamen iuris pratorij equitas aliqua ex parte mitigauit: cuius rei apud Gellium lib. xx. duplicem rationē adducit Sex. Cæcilius Iuriscōf. in cōmoditatē rependendę pœnę, & retaliationis difficultatem. In lege quoq; ueteri eam constitui apparet, Exodi xxi. & Deuteronomij xix. Non misereberis eius, sed animā pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente exiges. Pythagoras adeo eam approbauit, ut eius discipuli nihil aliud ius esse diffinirēt, quā retaliationem, quod uulgō Rhadamantheū iudicium dicitur, ut est apud Aristotelem Moralium Nicomachiorum lib. v. cap. v. de quo elegans extat Heliodi poëtę carmen:

*Ἐκε πάλιοι, τὰ κ' ἐπέει, δυνάτ' ἰθεὶα γυροῖτο.  
Lex recta est, cum quis patitur quę fecerit ipse.*

Cæterum Aristoteles suprascripto loco hanc sententiā nō probat: & iure nostro calumniatores alia pœna puniuntur, siue ad Pontificū decreta<sup>c</sup>, siue ad leges ciuiles<sup>d</sup> attendamus: secundum quas hodie omnia iudicia extraordinaria sunt, ideoq; in eis arbitrio iudicis sit cōdemnatio: alioquin ordinarijs accusationib. pœnam calumnię esse similitudinē supplicij, interpretes nostri fatentur<sup>e</sup>, uerumq; ego arbitror, cum de pœna ordinaria, id est, deportatione agitur: licet subiiciat hodie esse cōsuetudine sublata<sup>f</sup>, ne propter talionis metum absterreantur accusatores, quos publicē inter-

c xliij. q. i. c. quod debet.

d l. ij. ff. ad Turpil.

e l. fin. C. de accusat.

f Bart. l. si cui. de accus.

est etiā pręmijs allici, alioquin delicta remanerent impunita<sup>g</sup>. Erasmus Rhadamantheū iudiciū de incorruptis & seueris prouerbialiter dici existimat. Sed magis specialis est interpretatio quę ex Aristot. adduxi. Plato de legib. xii. solitū finire controuersias Rhadamantheū ait, iuramento per deos delato: quod nemo sit adeo impius, qui nō putet deos esse. unde Rhadamantheum iudiciū uidetur dici nō solum quod incorruptum est, sed quod confestim & absq; mora fertur.

*De Doctoribus pecunias scholasticis mutantibus: & Simonidis, Isocratis, Zeuxidis hac in re exempla. CAP. IX.*

Damnant Pōtificij iuris interpretes eos professores, qui scholasticis pecunias mutantur ut ad se alliciant<sup>h</sup>: uidentur enim quodam modo foenerari: & tamen, ut Plautus ait, Virtute ambire oportet, non fautoribus. Atqui potius æquum fuit, ut pręceptores suos tali ope ipsi scholastici prosequerentur, quā eis auferrent. Legimus Masurium Sabinum Iuriscōfultū, quod tennes facultates haberet, ab auditorib. suis sustentatū fuisse<sup>i</sup>. Debent enim magistro suo gratiam discipuli nō uerbis tantum, sed & rebus ipsis<sup>k</sup>: receptumq; est, absq; ulla noxa licere Doctori pecuniā pro salario exigere<sup>l</sup>, uel etiam collatiua stipe se suosq; alere: nec fidē<sup>m</sup> habere scholasticis, diutiusq; protrahi, cogendus est pręceptor: siquidem uulgō dicitur,

*Dum iacet infirmus, medicus sit pignore firmus.*

Proditū est, Simonidem poëtam gratuita carmina petenti, promittentiq; gratiam se relatū, duo scrinia ostendisse, quorū alterum pręmiorum erat inscriptum, alterum gratiarum: & cum iussisset aperiri quod pręmiorum erat, plenum inuenisse: quod gratiarum, inane: quo scitē factō importunū illum efflagitatore propulsauit, ut Theocriti interpretes tradiderūt. Isocrates, ut est apud Plutarch. cum Ephorum Cumanū ceu emanforem iterum in scholam recepisset, a patre eius Demophilo duplicē mercedē exegit: & ludens, eum *διφροφ* uocabat: sic enim gręcę nō solum curus appellatur, sed etiā qui duplum fert, quasi *διφροφ*. Traditum est Zeuxin celeberrimi nominis pictorem Helenę imaginem nemini ostendere solitum, nisi qui argentū numerasset: indeq; uulgō ab Heracleotis dictum, Zeuxidis Helenam meretricari.

*Lex pręmiū primo aliquid faciēti decernēs quomodo intelligenda: quid si duo simul faciāt? quid si unus non solenniter? quid si dolo a terius tardetur? CAP. X.*

Lex Castrensis sic scripta est: Qui primus murum ascenderit, tale pręmiū habeto. duo simul ascenderunt, utri pręmiū debetur: & ex ui uerborum neutri debere Bartensuit<sup>n</sup>: alter enim alteri impedimento est<sup>o</sup>, & inter pares nulla potest esse uictoria<sup>p</sup>: quod certum est: cum constat legislatorē unū tantū

g Fel. n. c. super ijs. de accus.

h gl. c. fi. de usufr. ubi Abb.

i l. ij. in fin. de orig. iur.

k l. Aquilius. de donat.

l gl. xxxviij. distin. c. de quibusdam.

m Spec. tit. de salario. in fin.

n l. si fuerit. de reb. dub.

o l. inuicem. de hered. instit.

p l. si reus. de duob. re. Bal.

j. constit. Digestorum.

dari uoluisse ut quia pro præmio assignet talem equum, nec enim huiusmodi species multiplicationem recipit: alioquin ex sententia legis, inquit Bart. aliud est. Sed diuidetur ne, an quilibet habebit solidum? Et si præmiū diuisionem recipiat, promptius est ut diuidi dicamus: si nō recipiat, ut quilibet solidum habeat. Cæterum non ab similibus est quæstio apud Pindarum in Olympijs, Ode VII. cū Minerua de capite Iouis nata esset, prædixit Hyperionides, fore ut maximum cōmodum hi consequerentur, qui primi deæ aram illustrem condidissent, & uerendum sacrum facerent. Rhodij confestim in arce aram erexerunt, sacrificaruntq; sed nō solenniter, utpote oblitū afferre ignem: at Athenienses deinde ipsi iusta omnia peregerunt: traditum est, diuississe deos munus, & Rhodij artes mechanicas, Atheniensibus studia sapientiæ cōcessisse. Nec ab ijs disidet quod lib. I. T. Liuius scribit: Cecinere uates, cuius ciuitatis bouem magnitudine & specie mirandā ciues Dianæ immolassent, ibi fore imperiū. Id carmen per uenerat ad antistitem fanī Dianæ: Sabinus ut primū apta dies sacrificio est uisā, bouem Romam actam deducit ad fanum Dianæ, & ante aram statuit: ibi Antistes Romanus, cū eum magnitudo uictimæ celebrata fama mouisset, memor responsi Sabinum ita alloquitur: Quid nam tu hospes, inquit paras incustum sacrificium Dianæ facere? quā tu ante uiuū perfunderis flumine? infima ualle perfluit Tyberis. Religione tactus hospes, qui omnia, ut prodigio responderet euentus, cuperet ritē facta, extemplo descendit ad Tyberim: interea Romanus immolat Dianæ bouem &c. quo exemplo apparet, dijs litare etiam qui dolo faciunt, dum tamen dolus malus non sit.

*Supplicationes, quæ uulgò Litaniæ dicuntur, unde sumpserint originem: quæ sint Paleutriae aues, & seruus Paleutrio apud Plautum Milit.* CAP. XI.

**C**oncilio Aurelianensi decretum est, rogationes, id est, Litanias ante ascensionem Domini triduo celebrari, ieiuniūq; indicit: idq; hodie ubiq; receptum est: uulgōq; existimant, id aduersus pestilitatem institutū esse: alij aduersus imminentes hostes Deum implorari. Cæterum ego apud Greg. Turon. historiae libro II. cap. XXXIII. longē aliter rem se habere deprændi. Is ex Auiti homilia refert, à Mamercō Viennensi episcopo primum institutas ad expianda prodigia fuisse, cū terra mouisset, cū lupi, aliæq; feræ per urbes oberrarent, damnoq; & terrori mortalibus essent: cuius rei dispersa per prouincias fama, ceteros antistites inuitauit, ut exemplū sequerentur: adeo ut in Italia quoq; religiose celebrentur. Letaniæq; uulgò uocentur corrupta uoce, cū Litanias dici deberēt, etenim apud Græcos *λιτανίαι* est supplicare: unde Litanus seruus in Asinaria Plauti, qui in mēdosis codicibus est Libanus: sicut apud eun-

dem in Milite Palestrio, cū legendū sit Paleutrio, nomen ueteratori impostoriq; seruo cōueniens. unde & *παλευτρία*, quasi allec-trices aues Aristoteli lib. de historia animalū IX. turtures, uel columbæ, quæ aluntur ut alias alluciant, & aucupes ad cōgeneres capiendas adiuuent: quod & in coturnicibus fieri consuevit, itemq; anatibus, de quibus (est enim aucupij genus ualde iucundū) nos quādoq; sic carmine lusimus:

*Altilis allecator anas, & cerula pennas  
Assueta ad dominos ire redire suos;  
Congeneres cernens uolitare per æra turmas,  
Garrit, in illarum se recipitq; gregem,  
Incautus donec prætenfa in retia ducat.  
Obstrepitant aliæ, conscia at ipsa silet.  
Perfida fraudatrix cognati sanguinis ales,  
Officiosa alijs, insidiosa suis.*

*Confestim post primi uiri mortem nupta matre, filiū nono mense natum præsumi primi mariti, imò secundū, imò utriusq;, imò neutrius.* CAP. XII.

**A**questio, Si mulier mortuo marito ad secundas nuptias transierit, & intra nonū mensem pepererit, qui inde natus erit infans, cuius filius præsumitur? Variatumq; hac in re multis sententijs est. Aliqui enim censerī prioris mariti filium existimarunt. cū enim iure nostro nuptiæ intra annum luctus uentitæ sint propter sanguinis turbationem, capiendæ est præsumptio filio fauorabilior, ut ex nuptijs cōcessis, id est, primo matrimonio censeatur natus. Quæ ratio hodie iure canonico non procederet, quo permissum est mulieri, etiā intra annū luctus nubere. Sed fortē lex canonica ad hunc casum trahenda non est, cū suboriri ambiguitas foetus potest. Scribit lib. XLVIII. Dion, cōsultos à diuo Augusto pontifices, an Liuiā concepto, necdum edito partu, ritē sibi posset nubere? respondiisse, utique posse: cū constaret, ex primo uiro iam esse prægnantem: alioquin si id ipsum dubiū esset, non posse. Alij secundū uiri potius præsumi censuerūt, ut Bald. Imola, Cato Saccus, Lancel. in cuius domo uicinis scientibus sit natus, ideoq; in huius iuris quasi possessione constitutus: & quia huic secundo imputandum est, qui nimis properē uxorem hanc duxit. Addo ego, & qui in colendo agro diutius perseuerauit: nam & uerisimile est, eum qui adeo festinauit, uel uiuētē primo uiro aliquid delibasse. Augusto certē id uulgò obiectum fuit, ut scribit Dion: adeo ut uersiculus græcus in prouerbium transiret,

*Τοῖς θυρωχοῖσι καὶ τριμῶνα παιδία.  
Sunt diuitibus etiam trimestres liberi.*

quod & Tranq. tradit. quæ sententia adiuuari eo colore posset, si testamento primi mariti is filius præteritus esset, tanquam fauor testamenti sustinendi hoc suadeat. Angelus propter incertitudinem ad utriusq; hæreditatem admittendū existimat, tanq; utriusq; censeat filius: sicut & seruus quādoq; duorū dñorum insolidum fuisse iuris cōmento intelligitur. Quam

a l. ij. §. si duobus. de adi. leg. b l. semper. §. ne gociatores. de iur. immun.

c de conse. dist. iij. rogationes. ubi Archid.

d l. liberorū. §. i. de infam.

e Bal. l. si matre. C. de suis & legit. f c. si. extra de secund. nupt.

g l. Gallus. in prin. l. filiū. de ijs qui sunt sui.

h extr. de eo qui duxit in matr.

i l. ex facto. §. pen. ad Trib. III

k l. duo socij. de hered. instit.

a l. qui duos. de reb. dub. Albe ric. rub. C. ad Orfic.

b l. nemo. de except.

c l. Papin. §. sed nec impube ris. de inoffi. testam.

v

VI  
d l. si paterfam. de her. instit. e l. si fuerit. de reb. dub. l. iij. §. si duob. de adi. leg. gl. c. ij. de præsumptio. f l. cum enim. de stip. ser. l. qui soluendo. l. seq. de her. instit.

quam sententiam ceu somniū quoddam irridet Alexander. Ego tamen eam placuisse Azoni reperio, tanq; magna æquitate fulciat: & mihi uidetur uno casu probabilis, cū scilicet utriusq; hæreditatē filius ille possideret: potest enim aduersus diuersos actores cōtrarijs exceptionib. uti, & quod Accursius ait, mantellū uertere. quæ sententiā Aretini quoque fuit, & Lanceloti. Cæterū Ruin. & Salomonius nō utriusq; hæreditatē, sed alterius tantū ei cōcedendam crediderūt, ut eius sit electio: fauorabilior enim hæc est ipsi partui sententiā, licet iure nostro non sit probabilis sit. Sicut nec illa quorundam ueterū, qui propter tantam dubietatē diuidi hæc hæreditates, & utriusq; dimidiū huic dari censuerunt. Sed certē uerior, receptiorq;, & magis cōsentanea regulis iuris est illa sententiā, ut propter incertitudinē hic filius neutram hæreditatem habeat, quam & pleriq; ueterum approbaerunt, Io. Pyleus, Barnerius, Barth. Brix. Old. Alberic. Bal. Ang. par enim est utriusq; mariti respectu præsumptio, & inter pares nulla est uictoria. Quod intelligendum, nisi aliqua cōiecturæ in alterā partem urgeant, qualis illa quā supra dixi, cū filius possidet: etenim cōmodū possessionis magnū est, facitq; ut pro eo præsumat. Efficacior tamē mihi uidetur illa, quæ ex lineamentis oris paterni assumitur: quando quidem ut ait Phocylides,

*οὐ γὰρ τίκτηι πατρὸς ομοῖος μοιρικὰ λέκτρα.  
Non gignunt similes suprata cubilia natos.*

Nec me mouet lac. Butrig. argumentū, qui adulterinos maximē similes esse maritis autumat, quia similitudo ex cogitatione mulieris oritur, quā sollicitari de aduentu mariti eo potissimum tempore sit credendum. Horatius:

*Nec metuo ne dum coëo uir rure recurrat.*

Mihi haud fit hoc uerisimile, in ipsa titillatione ueneris de forma mariti cogitare mulierē, maximē Philosophis, Medicis, Poëtis, atque ipsa rerū experientia reclamante, ut est apud Plutarchū de placitis philosoph. lib. v. apud Galenū lib. de semine II. Scribit Pomp. Trogus lib. hist. xv. Seleucū Asiæ regem anchoram in femore habuisse, quod signū ceu naturalis nota in posteros quoq; eius perseuerauit: ad quod alluisse uidetur Aufonius poëta de Antiochia loquens,

*—Illa Seleucum  
Nuncupat, in genitis cui fuit anchora signum.*

licet carmen illud corruptū uulgò circumferatur. Est probabilis illa cōiectura, quæ ex asfertione matris prouenit, quoties aduersus eam nulla est suspicio, nō iræ, nō odij, non adulerij: alioquin lex frustra eam excusaret, duntaxat cū mariti iram atq; sæuitiam timeat. Memini cum Auenione profiterer, fuisse quandam mulierē, quæ subtilius cogitauerit quā pōtificij nostri Doctores potuerint inuenire: habebat plures liberos, quibus cū moribunda in lecto esset accerlitis, Filij, inquit, mei, priusquā hac ex uita migrem, ne animæ meæ iacturam patiar, sum uobis quid-

g l. ciii. de prob.

b l. p. de prob.

i c. officij. de pœnitent.

dam relatura: unus uestrū est mihi non ex marito cōceptus, qui rem mariti iniuste possidet: eum uobis nuncupabo, nisi uos nolueritis. Tum filij, cū quilibet de se metueret, Quin, inquit, mater ab hoc onere nos te absoluius, & mutuò nos liberamus. quā cautelam ad librū Cepollæ addendam cenfeo, unā cū græco hoc uetustissimo poëtæ disticho:

*Ὅς ἔσ' κερὶ ἐπὶ δόλια μηχανόθενται,  
αὐτὸ λείπει τὸ κερὶ ἀρχιτεκτονῶν.  
Quicumq; in alium fabricat cautos dolos,  
Sibi infcius magnum malum ille fabricat.*

*Qui fuerint Hippocentauri: tum Chiron et Eurycion, & Diogenis scōma explicatū, elegansq; Zuxidid exemplum.* CAP. XIII.

**C**elsus ait, Si ita stipulatus fuero, te sisti, & nisi steteris Hippocentaurū dari: perinde esse, ac si te sisti solummodo stipulatus essem, quia stipulatio pœnalis inutilis est: nec enim in rerum natura sunt Hippocentauri, nisi picti. unde & Cicero de natura deorū, & alij ueteres, quoties imaginarij corporis nomen adducūt, hoc potissimū exemplo utunt, quo sensu Porphyrius Chimæram Trägela-phumq; usurpat. Inuehitur Cl. Galenus lib. de usu partiū III. in Pindarū, qui finxerit ex hominibus & Magnesijs equis nasci potuisse Hippocentaurus, qui inferna parte matrī, superna uerò patri similes, ideoq; ferocissimi essent: etenim id impossibile est. Lupi, canes, uulpes quandoq; per uenerē simul cōmiscentur, & pariunt Vulpicanes & Lyciscos: sed ex homine prægnantē reddi equum impossibile est. Veritas habet, Theſſalos equites fuisse perniciosissimos bellatores, unde illis nomen, quod equos per summa montiū iuga stimulant: sicq; poëtis & pictorib. data est materia cōfingendi eos corpore equino, sed superiore parte homines fuisse, & nube genitos: quare apud Palæphatū. Celebres inter Centauros fuere Chiron & Eurycion: significat autē græcè *χέρων* deteriorē, Eurycion latē incedentem: unde iocus Diogenis apud Laërtiū, formoso adolescenti ad conuiuium accedenti dixit, Chiron, id est, deterior reuertēris: cūq; ille redijſſet, & Diogeni dixisset, reuersus qui dem sum, & non Chiron: respondit, nō Chiron, sed Eurycion. *χέρων μὲν ἐκ, θύρυνίων ἧ.* quo sensu Aristophanes in Nubibus dixit *θύρυνίων*, qui locus malē translatus uulgò legitur, quod interpretes Ambrosius & Erasmus incidisse in deprauatos codices uideant. Cæterum in græcis autoribus annotaui, à Chirone Centauro Achillem aliosq; regum filios eruditos fuisse fingi, quod soleant Doctores consultoresq; principum, natura quidem ferri esse, & promptum ad asperiora ingeniū habere, humanitatem uerò in speciem tantum præ se ferre. extat apud Lucianum, dialogo qui Zeuxis inscribitur, non iniucunda fabella. Pinxerat Zeuxis plures Hippocentaurus, matrē, infantes, maritum, idq; summa arte atque diligentia, sperabatq; maximam inde la-

k l. si ita stipulatus. de uerbo. oblig.



dem se assequitur, itaq; publice tabulam exhibuit: at spectatores imperiti solam picturam nouitatem admirabatur, praedicabantq; tum ille puero, Age o Miccion, inuolutam picturam atq; sublatam domū auferto, etenim isti minime laudanda celebrat, eorum quae summa arte fabricata sunt, nullam rationem habentes. Quod & mihi sapissimè contigit aduersus eos, qui solam dictionem in lucubrationibus meis extollebant, oconomiam, copiam, perspicacitatem non intelligentes, aut intelligere malignè dissimulantes.

*Quemadmodū numerandae sint sententiae atq; coniungendae, ut communem opinionem conficiant.* CAP. XIII.

**I**N consilijs publicis caeterisq; actionibus humanis quia naturaliter homines dissentiunt, & quot capita, tot sunt sententiae, constitutum fuit, ut quod plures statuissent, obseruaretur: & licet quandoq; ut T. Liuius scribit, maior pars meliorem uincat, tamen aliud fieri non potuit, nec aliud remedium discordijs atq; dissensionibus adhiberi. Ceterum dubitatio quoq; & perplexitas plerumq; exoritur, quemadmodum numerandae sint sententiae: & cum diuersitas in summa est, non est difficilis resolutio. Finge ex tribus iudicibus unum in quinque, alterum in decem, tertium in quindecim condemnasse, censebunt omnes in minore summa consensisse, coeturq; reus quinque praestare. a qua sententia nec Aristoteles lib. Politicon II. cap. VI. dissentit. Quod si duo in decem expressim consenserint, nihil impedit tertius, qui quinque tantum dari iusserit. Sed cum discordia est in qualitate rei, tunc huiusmodi interpretatio fieri non potest. Pone ergo, duo iudices reum infamia notant, duo in exilium mittunt, tres summo supplicio afficiendum decernunt, quae sententia obseruabitur? Et uideretur coniungi debere duas priores, quae uitam referunt. Sed extat Quintiliani rhetoris declamatio CCC. LXV. qua ostendit tertiam praualere, quandoquidem duae priores expressim non concordant: quoniam, inquit ille, si a duabus uincat hanc tertiam dicamus, iam ambae illae quae pares sunt, erunt irritae: inter pares enim nulla est uictoria: nisi dicas tunc mitiorem praualere. C. Caecilius Plin. epistolarum lib. VIII. & ipse hac de re dubitauit, Aristonemq; Iurisconsultum consuluit tali in specie: Vna sententia reum liberabat, alia relegabat, tertia gladio feriebat: quaerit, an separari relegantes ab occidentibus debeant: pluribusq; rationibus concludit, separari debere, cum alias si occidentibus coniungerentur, numero essent absoluentes superaturi. Ego illud magis quaesierim, an coniungi liberantibus aduersus occidentes possint: Et secundum communes regulas uideretur nullam istarum sententiarum coniungi debere: sicq; ipse Plin. sentit: & in rebus pecuniarijs utiq; hoc esset seruandū: uerum in publicis iudicijs humaniorem ego interpretationem acciperem, ut

fauore humanae uitae iungerentur hae sententiae, ut tertiam fauorem excluderent, & media seruaretur. Verisimileq; est, uerbis legis id agi, ut primo de maiore discrimine agatur, uiuat, uel ne: deinde concessa uita, impunitus an districtus esse debeat. quae opinio certior esset, si utraq; relegaret, sed diuersas in infulas: nec enim differentia haec substantiam rei mutare debet. Et quod supra dixi, putarim etiam obseruandum, cum Doctorem nostrorum sententias numeramus, ad discernendum quae communis crebriusq; recepta sit opinio.

*De natura Conditionalis, an in uim Causatiuae sustineatur: & de Diagora Melio quaedam non iniucunda.* CAP. XV.

**C**onditionalem pro causali poni sapissimè Doctores nostri tradiderunt, ideoq; particulam Si, quandoq; interpretantur pro Quia: quod & aliqui Grammaticorum docuerunt. Verum memini fuisse uirum doctum, qui contrarium disputauerit, huiusmodiq; Accursianas interpretationes pluribus uerbis sit infectatus. Summa rationum ipsius haec erat, ut Si, semper conditionem significet, & ideo ad casus incertos referatur, caeterum quia conditionum uariae sunt species, & quaedam praeteritum tempus indicant, quod sui natura certum est, non tamè ideo uitari conditionis uim, cum satis sit a dicente prolatam, tanquam res sibi incerta sit, etiam si alioquin esset notissima. Traditur a Graecis autoribus Diagora Melium, cum scripisset, Si deus est, oportet eum summè bonum esse, & malos punire, de ciuitate eiectione esse, quod de Deo dubitaret: quod & in Protagora statuisse Athenienses Cicero & Laertius prodiderunt. Defendissent eum nostri Doctores, si conditionalem pro causatiua accipiendam contendissent. Sanè Diogoras hic cum prius religiosus fuisset, postquam pecunias, quas fidei amici crediderat, amissas, abnegatumq; sibi fuisse depositum uidit, & nihilominus eum rem bene feliciterq; agere, dijs inimicus factus est, adeo ut deum diceretur, hominesq; sollicitaret ut dijs aduersarentur. Is cum in diuersorio esset, nullaq; adessent coquendis lenticulis ligna, Herculis simulacrum, quod tum forte aderat, igni subiecit, Tertiumdecimū, inquiens, laborē nunc perface, & Diagorae athei lentem coque. unde argumentum sumpsisse Vergilium Catalogis uerisimile est:

*Sed frigus metuo, & uereor ne ligneus ignem  
Hic deus ignaris praebet agricolis.*  
Extat & graecè aliud Palladae ijs uerbis:  
Τὸν δὲος ὃν προσέβισιν ἐθαύμασαν ἁλλήλων ὄντα  
τὸν πρὶν ὃν θυγατρὸς νύμφης ἀπὸ τοῦ μύθου.  
ὄχθησας δ' ἀρ' εἰσπομπῆς ἀλεξίαντες προσέλωες  
μυθεῖ ποδ' ἠπὸ τοῦ στήθεος ἀμείβομαι δ' ἐτάδους.  
νυκτὶ δὲ μεθ' ἰδὼν με θεὸς πρὸς ἑσπερὶ πρῶτα,  
καίρω δ' ἀλάδου καὶ θεὸς ἀμείβομαι.  
Herculis in trinito statua erea capta iacebat,  
Quae quondam ante aras, tunc erat ante fimum.  
Heu trinito stigma, propulsatorq; malorum,

d arg. l. scientia. s. cu stramen ta. ad l. Aquil. e arg. l. qui lantem. l. Titia. in fin. de aur. e arg. leg. l. nuptura. de iure dot. f l. fi. c. de ord. iud. g arg. l. ubi aut. de uerb. oblig.

a l. di. s. si plures. de arbit.

b c. j. de arb. vj.

c l. inter pares. de re iud.

*Nunquam aliis uictus, nunc male stratus agis.  
Dixi, adstans noctu & videns mihi rettulit ille,  
Hic seruire deus temporibus didici.*

Sanè libet hinc in Grammaticorum gratia ex L. Victoris obseruationum libris illud adijcere: Quatuor, inquit ille, sunt coniunctiuae, i terminatae, quibus sequente uocali, n adijci potest: Alioqui, caeteroqui, atqui, si, unde Terentius, Sin eueniat modò: pro, Si eueniat. & Cicero ad Att. Tu modò si es Romae (uix enim puero) sin es, hoc uehementer aduertat uelim.

*Quibus casibus apud ueteres mutaretur nomina: & quid sit Vespertilio in iure: tum quaedam de tribubus populi Romani, & praesertim Oufentina, quae & Vo fentina dicta est.* CAP. XVI.

**C**onstitutio extat Diocletiani & Maximiani Imp. qua unicuique permittit, ut sibi mutare arbitrato suo nomen possit, dum tamen citra alicuius fraudem id faciat, & seruillis conditionis non sit. Solebant autem ueteres uarijs ex causis nomina mutare, quarum aliquas in iure nostro expressas habemus. Et in primis illa frequentissima est, cum quis adoptione in alterius potestatem transit: assumit enim patris arrogatoris nomen, & familiam. Alia est, cum quis seruus mittitur manu: incipit enim patroni manumissoris ferre nomē: quod alibi a nobis declaratum, hinc repetendum non existimamus. Alia erat, cum quis testamento hares scriptus, nomen testatoris ferre iuebatur: si enim honestum id nomen fuisset, omnino ferre id hares debuit: alioquin si inhonestum esset, remittitur talis conditio a pretore: ut puta, si Vespertilio nis nomen ferre grauatus sit, ut Accurs. ait. sunt Vespertilionis appellati, qui metu creditorum latitant, & non nisi noctu per ciuitatem oberrant. Artemidorus lib. III. indicat & sic fures atq; adulteros appellari posse, quonia ut ait Catull. luce latent fures. Plautus in Truc. tenebricolos hosce uocat. Nonius Marc. ex M. Varronis autoritate uidetur sic eos appellasse, qui dubie sunt fidei: quia uespertilio nec inter mures sit, nec inter uolucres, auersanturq; eam aures tanquam quadrupedem, & quadrupedes tanquam uolucrum. Interpres Aristoph. in Nubibus, Charephonti Socratico inditum Nycteridis, id est, uespertilionis nomen scribit, quia atro colore esset, & tenuissimam uocem haberet. competet ergo id nomen aduersus fuscus quoque & uoculas. Basiliius Hexameron ad philosophos id trahit, qui hebetibus oculis caelestia contemplantur, caecutientes in rebus serijs: quod animal id interdum parum uideat. In stipulatione euictionis, qua iubet praetor cauere, seruū uenditum furem non esse, uespertilionē nō esse: alias censui decoctore, aut rationū conturbatorem intelligendum: etenim seruis peculium plerumque concedebatur, in quo fraudare creditores poterant: ut parū me moueant, quae alioqui aduersus hanc sententiam nuperrimè scriperunt. Videntur & mulieres, quae mere-

a l. j. c. de muta. nom.

I

II

III

b l. facta. s. si uero nominis. ad Trebell.

c l. si ita quis. de cuius.

d l. j. de instit. et instit. quod cui eo qui in alie. pot. e Erasimus.

IIII

tricum quaestum inciperent, nomen mutare consueuisse. Plautus Pœnulo:

*Namq; hodie earum mutarentur nomina,  
Facerentq; indignum genere quaestum corpore.*

Corn. Tacitus lib. II. Vestilia, inquit, praetoria familia genita, licentia stupri apud aediles uulgauerat, more inter ueteres recepto, qui satis poenarū aduersus impudicas in ipsa professione flagitij credebant. Arbitror itaq; solitas in professione atq; artis tyrociniō nomen sibi mutare: quod & forte Iuuenalis sentit cum de Messalina scripsit:

*—Titulum mentita Lyciscæ. Et Martialis XI.  
Intrasti quoties in scripta limina cellæ.*

Caeterum & peregrini, qui ad ius ciuitatis Romanæ admittebantur, nomen Romanū assumebant, & eius potissimum, in cuius clientelam se tradebant, uel cuius opera ciuitate donati essent: ut Caburus Gallus apud Caes. in comment. quia a C. Valerio Flacco ius illud habuerat, C. Valerius Caburus dictus est. sic Philoxenus est C. Auianus dictus. sic Megas est P. Cornelius appellatus, ut est apud Cic. Epistola ad Aciliū: quod & multis alijs exemplis ostendi potest, & ab alijs annotatum est. Solebant autem pleriq; horum in Oufentina tribu nomen dare, quae, ut Festus scribit, alijs diuersarum ciuitatum uiris fuit communicata. Hincq; est, quod in antiquis monumentis urbium transpadanae Galliae ubiq; haec nota legitur, o v f. quae Oufentinam tribum significat, ut in tumulo L. Caesij, quod supra lib. v. cap. xvi. retulimus. Sic Mediolani legitur C. Plinius L. F. o v f. Caecilius. sic Bergomi C. Cornelio C. F. o v f. Miniciano. Describebatur aut ante cognomen ipsa tribus. Cicero Philipp. x. Ser. Sulpitius Q. F. Lemonia Rufus: pro, ex Lemonia tribu. Idem lib. epist. Celsij: L. Iulius L. F. Pomp. Annalis: pro, ex Pomptina. & ibidem, An. Capito: pro, ex Aniensis. & rursus, Pup. Hirrius: pro, ex Pupinia. Idem in Verrem lib. III. C. Claudius C. F. Palatina. Extant huius rei multa exempla, sed haec satis.

*Hecatombœon apud Homerum non centum boues, sed centussem significare, aduersus Pauli Iuriscōsulti sententia: tum plura de Homero, Vergilij, Plautiq; quaedam carmina explicata.* CAP. XVII.

**F**uit inter Casianos & Proculianos uetus controversia, an sine numis uenditio esse possit: & utraq; pars hac in re autoritate Homeri sententiam suam tutabatur: obtinuitq; Proculi opinio, quia carmen illud, ἑκατόμβη βοῶν εἶναι τὸ μὲν ζῆνα βοῶν. Aurea pro aereis, centum boues pro nouem bobus: permutationem significare uidetur, non emptionem, ut Paulus tradit. Aut ergo numi interuenerunt, & erit emptio: aut res pro re data est, & censebitur permutatio. Argumentabor tamen ego aduersus Paulum hoc modo: Si apud Homerum centum boues accipiamus pro animalibus, utique responsio Iuriscōsulti nostri uera erit, & permutatio significabitur. si uero

f l. j. de contra. hen. empt.

numum intelligamus, cui figura bouis sit in-  
 sculpta, apparebit haudquaquam uerum esse Pau-  
 li intellectum. atqui Homeri interpretes ui-  
 dentur de pecunia intellexisse. Didymus in  
 11. Iliados super eo carmine, *καὶ τὸ μῦθος*,  
*καὶ τὸ μῦθος* & *ἐκείνος*. Veteres, inquit, plurimi  
 bouem animal faciebant, adeo ut pecuniam  
 sic signarent, ut ab una parte regis inculpe-  
 retur facies, ab alia bouis effigies: unde *ἐκα-  
 τὸ μῦθος* centulsem significat. Plutarchus in  
 Thesei uita, eum tradit nota bouis signasse pe-  
 cuniam, uel ob Marathonium taurum, uel ob Mi-  
 nois ducem, uel ut ciues ad agriculturam pro-  
 uocaret: unde Homerum Hecatombeon di-  
 xisse, quod & Iul. Pollux lib. 1. x. existimauit.  
 Melius itaque supra scripta quaestio ex legum ra-  
 tionibus, quam illa Homeri autoritate finita est: li-  
 bentissimè tamen ueteres quacumque in re eius  
 testimonio sunt usi. Verg. in Iuuenilibus:

—Hic dominum toties audire loquentem  
 Constiti, Homericas edidiciq; notas.

Sic enim est legendum, & uulgati codices e-  
 mendandi, in quibus, constitui meracas, cor-  
 ruptissimè scriptum est. dixit autem Home-  
 ricas *ἡ ἡμεῖς*, pro Homericas. sic Calli-  
 machus apud Strab. lib. XIII.

*καὶ ξυμβῶν ἰδὲ καὶ οὐκ ἐπισημασθῆναι καὶ δὲ μακ.*  
 Plautus in Trucul. militem inducit, qui Home-  
 ri poemata ad mendaces pertinere dicit:

Et Homerida poetilla de illis memorari potest.  
 Qui & conuicti & condemnati falsi de pugna sicut.

Sunt autem qui illud carmen emendent, Et  
 Homericon epos, & Ilias & c. uerum forte ser-  
 uauit Plautus *τὸ πρῶτον* militis indocti, qui  
 Homerida poetilla, pro Homericis poemata  
 te barbarè pronunciarit: sicut & alibi in Mil-  
 glorioso, cum dixit,

Quem ne ego seruauit in campis cuticulindonijs,  
 Vbi Bombomachides cluniflatides Archides  
 Erat Imperator summus Neptuni nepos.

Videntur enim uerba conficta risus causa, ut  
 frustra Hermolaus Barbarus, & eius poetæ  
 interpretes, se in eorum interpretatione tor-  
 queant. Sic & in Pcenulo:

Ita est ut occipi dicere, hæc penule  
 De illac sunt pugna captæ pentethronica,  
 Qua sexaginta hominum die uno millia  
 Euolaticorum manibus occidi meis.

Pentethronicam pugnam, hominesque euola-  
 ticos frustra requirit quisquis poetam illum  
 interpretabitur: captandi risus causa uiden-  
 tur hæc efficta esse, quod sapientissimè alijsque in  
 locis Plautus facit.

Emendatus Scauolæ locus, & dictio  
*ἀσυνάπτως* quod apud eum significet. CAP. XVIII.

a l. si sic. de uer-  
 bo. oblig.

Scauola lib. XIII. quaestionum<sup>2</sup>. Si sic stipu-  
 latus sim, inquit, neque per te, neque per hæ-  
 redem tuum uim fieri: si in persona tua omis-  
 sa sit stipulatio, poterit rursus ex persona hæ-  
 redis committi: imò & ex persona tua toties com-  
 mittitur, quoties uim feceris: alioquin si ad u-  
 nam tantum uim referretur, & ex persona tua  
 commissa esset, amplius ex hæredis persona non

committeret: quod falsum est, quia illa uerba, Ne-  
 que per te, neque per heredem, per synapheiam, id  
 est, coniunctim accipiunt, ut primo inclusio non  
 excludat secundus: non autem accipiunt *ἀσυνάπτως*,  
 id est, inconiunctim, ut commissa semel, am-  
 plius committi ex persona hæredis nequeat.  
 Verba Scauolæ sunt, ut si sic uolumus factam  
 esse stipulationem, Neque per te, neque per hære-  
 dem tuum fieri: ut ad unam uim primam per-  
 tineat: si uim fecerit, amplius ex hæredis facto  
 committi non poterit *ἀσυνάπτως*, quasi ex ipsius  
 uim tota sit consumpta: quod non est uerum. Sic  
 autem legendum esse testimonio est antiquus  
 meus codex. At Doctores nostri dictionem  
 græcam non intelligentes, latinas uoces suppo-  
 fuerunt, & pro dictione græca, quam librarij  
 effinxerant, iudicantes græcam uocem deesse,  
 scripserunt, ergo: & pro *ἀσυνάπτως*, si actum  
 sit, sanequam ridicule. Alij nec græcam qui-  
 dem uocem, nec aliquid suppositiuum loco il-  
 lius habent: sed simpliciter scriptum, ex hære-  
 dis facto committi non poterit: quasi ex ipsius  
 uim & c. quod admonet Accursius, & Norica  
 editio habet, quæ minus inemendata lectio  
 est: sed ex uestigijs antiquorum librorum ap-  
 paret uerius esse quod ego reposui. Vtitur ea  
 uoce & Aristoteles lib. III. de animalium na-  
 tura, cap. VII. cuius significationem Iustinia-  
 nus noster sic expressit in emendatis codici-  
 bus<sup>b</sup>. Aut, pro Et, accipi, ut uideatur copula-  
 tiuo modo esse prolata, & magis synapheia,  
 ut & primam personam inducat, & secundam  
 non repellat. *ἀσυνάπτως* ergo dicitio Neque acci-  
 pietur, si prima persona inducta, excludatur  
 sequens: quod falsum est, ut hinc dicitur: con-  
 iunctio enim Neque, disiunctim non accipitur,  
 & receptissima est sententia: licet diuus Au-  
 gustinus in Grammaticis suis traditionibus  
 aliter senserit, quod alibi à me relatam, confu-  
 40 tatumque est<sup>d</sup>.

Coemptiones interimendorum sacrorum causa  
 quæ sunt Ciceroni: quid Tutores qui in potestate mulie-  
 rum sint: & declaratum S. C. pro Fescennia  
 apud Liliuum. CAP. XIX.

Ne uererrimè amicus quidam meus à me  
 efflagitauerat, ut tria sibi loca explica-  
 rem, quæ à ueteribus autoribus usurpata ex  
 iure nostro uidentur. Dixi plerumque apud Cice-  
 ronem esse atque alios eius ætatis scriptores, ex  
 iure ciuili desumpta, quæ tamen intelligi ho-  
 die à nobis nequeant: lex enim XII. tabul.  
 eiusque interpretes iam diu aboliti sunt, muta-  
 taque sunt omnia post Augusti formulam: de-  
 inde postquam Saluius Iulianus edictum per-  
 petuum diuulgauit, atque interpretatus est:  
 adeo ut antiqui illius iuris tenuis quedam um-  
 bra ad nos duntaxat peruenerit, solaque nobis  
 coniectura atque diuinatione sit relicta, nihil au-  
 tem pro certo affirmare possimus. Primum  
 quod petierat, est in oratione Cicer. pro Mu-  
 ræna, ubi seruiens causæ suæ Cicero, acer-  
 bius quam par est in Iuriscōsultos inuehitur,  
 tanquam uerba legum duntaxat tenuerint:  
 aequi-

æquitatem uerò reliquerint: Sacra, inquit, in-  
 terire ueteres noluerunt: horum ingenio senes  
 ad coemptiones faciendas interimendorum sa-  
 crorum causa reperti sunt. Cuius clausule hic  
 est sensus: Verba XII. tab. erant, sacra priuata  
 perpetua manent, ut ipse lib. II. de legib. at-  
 testatur: atque ibi declarat ex Scauolæ Pontifi-  
 cis sententiâ, quinque modis adstringi sacris hæ-  
 reditatem: igitur ut fraudem legi facerent, in-  
 uenerant illi tale remediū, ut ea bona quæ sa-  
 cris obnoxia erant uenundarentur seni alicui,  
 & citò morituro, quod scilicet ea obligatio li-  
 cet in successorem particularem transiret, tamen  
 in primū duntaxat trāslibat: sicut & ple-  
 raque alia hodie sunt, quæ in primū hæredem  
 solum transeunt, ad ulteriores non extendun-  
 tur<sup>b</sup>. Alterum est quod ibidem dicitur, Mu-  
 lieres omnes propter infirmitatē consilij ma-  
 iores in tutorum potestate esse uoluerunt: hi in-  
 uenerunt genera tutorum, quæ potestate mulie-  
 rum continerent. Quale id sit, uix possim in-  
 uenire: nisi dicamus, mulieres seruos suos ac-  
 tori publico concessisse, & postquam publi-  
 ci effecti essent, procurasse uti sibi in tutores  
 darentur: etenim tales hodie quoque non pla-  
 ne serui sunt, nec magis à tutela reiſci, quam  
 ceteri tabularij possunt: & tamen nec omni-  
 no liberi uidentur, & propter reliquias prio-  
 ris dominij, aliquo modo possunt dici pote-  
 state mulierum contineri. Non absimilis frau-  
 dis mentio est & apud Cor. Tacitū libro II.  
 Negante reo, agnoscentes seruos per tormen-  
 ta interrogari placuit: & quia ueteres senatus-  
 consulto quaestio in caput domini prohibea-  
 tur, callidus, & noui iuris repertor Tiberius,  
 mancipari singulos actori publico iubet, scilicet  
 ut in Libonem ex seruis saluo senatuscon-  
 sulto quaereretur. Tertium est, quod ex T. Li-  
 uio lib. XXIX. acceptum est: quo loco scri-  
 bit, Fescennia libertinæ, quia Bacchanalium  
 indicium fecerat, senatusconsulto concessum  
 fuisse, uti sibi datio, diminutio, gētis enuptio,  
 tutoris optio ita esset, quasi ei uir testamento  
 dedisset. Et sciendum est lege XII. tab. mulie-  
 res in tutoris potestate fuisse, absque eius auto-  
 ritate quid cuiquam dare seu contrahere non po-  
 tuisset, nisi quæ capite diminuta fuissent, id est  
 in uiri manū cōuenissent, ut Boethius in To-  
 pica Cicer. declarat, ubi lo cum ab adiunctis,  
 & à consequentibus prosequitur: & cum per  
 nuptias ex gēte mariti facta esset, amplius in  
 aliam gentem transire non poterat, nisi hanc  
 ei facultatem maritus, in cuius manum, id est,  
 potestatem cōuenerat, testamento suo dedis-  
 set. Merito ergo Senatusconsulto fuit cautum,  
 ut datio, id est, dandi & contrahendi licentia:  
 diminutio, scilicet capitis, ut sui iuris censere-  
 tur, & absque autore res suas agere posset: gen-  
 tis enuptio, id est, potestas extra gentem ma-  
 riti prioris nubendi: & tutoris optio, ei mulie-  
 ri competeret, ac si uir testamento ei legasset.  
 Scio supra scriptos locos aliter ab alijs inter-  
 pretari posse: eligant ergo studiosi quod ma-  
 gis ad stomachum fecerit.

a l. fin. §. fin. de  
 contrah. empt.

b l. sciendum. de  
 uerb. sig.

c l. ff. rem pu-  
 pilli sal.

b l. penul. c.  
 de uerb. sig.

c l. si quis ita.  
 cod. tit.

d l. sepe ita. de  
 uerb. sig.

Incertitudinem & ingratitude, & Irrit-  
 tare, latina uocabula non esse, neque ueteribus usitata.  
 CAP. XX.

Conditionis incertum, inquit lex<sup>d</sup>, inter  
 fratres non iniquis rationibus conuen-  
 tione finitum est. Interpretatur Bart. conditio-  
 nis incertum, id est, fideicommissum sub con-  
 ditione factum, ut *ἡ ἀσυνάπτως* pars pro toto  
 posita censetur. quam expositionē ego non  
 soleo sequi, sed simpliciter Incertū pro incer-  
 titudine scriptum arbitrator: quia hæc uox Cer-  
 titudinis, aut Incertitudinis, non satis latina  
 est, & ueteribus autoribus inusitata: maluit le-  
 gislator neutro adiectiuo uti. Sic & alibi<sup>e</sup>,  
 Actionem ingrati aduersus liberos competere  
 ait: Ingratum appellans, quod uulgò In-  
 gratitude dicimus: nam & hæc uox non  
 fuit antiquis autorib. in usu. Dixerit aliquis,  
 cur ergo tu non semel eam lucubrationibus  
 tuis inculcasti? Respondeo primū, non adeo  
 scrupulose in legalibus cōmentarijs me age-  
 re, & huiusmodi obseruationes ijs, qui se Ci-  
 ceronianos dicunt, relinquere: deinde tribue-  
 re me non parum studijs nostrorum temporū,  
 quicquid in eis excellere scriptoribus, ex qui-  
 bus Perottus, Pontanus, Erasmus, & plerique  
 alij uidentur has uoces iure ciuitatis donasse,  
 & Romanā linguam auxisse. quod & in uer-  
 bo Irrito, pro irritum facio obseruarunt: quod  
 cum eo sensu latinum non sit, ipsi tamen ceu  
 latino sapientissimè utuntur. Sed hæc Gramma-  
 ticis relinquamus.

d l. i. c. de pact.

e l. pen. c. de li-  
 ber. & conu-  
 liberis.

De diffinitionibus. CAP. XXI.

Scriptit Mutius Scauola librum, quæ in-  
 scripsit *πρὸς ἄλλους*, id est, diffinitionum: qui si  
 extaret, auxilio fortè nostratibus interpreti-  
 bus esset, in ijs maximè altercationibus, quæ  
 circa diffinitiones sapientissimè uertuntur. Ete-  
 nim rectè scriptum est in regulis iuris<sup>f</sup>, omnē  
 diffinitionem periculosam esse: rarum enim  
 est, ut subuertit non possit, siue quia in diffini-  
 tionibus uerba sunt proprie intelligenda, siue  
 quia oportet ijs omnes casus, etiam speciales,  
 cōprandi: quod capite ultimo Paradoxorum  
 disputauit: siue quia ex proprio & differentijs  
 diffinitio consistit, in quibus discernendis ma-  
 gna subtilitate est opus, ut Cicero scripsit. Ex-  
 tat tamen M. Victorini rhetoris libellus, quo  
 uarias diffinitionum formas complectitur: un-  
 de & eiusdem argumenti alium Boethius con-  
 fecit, qui nonnulli usui etiam iuris studiosis  
 esse possit. Is primam diffinitionis formam esse  
 censuit, quæ græcè sit *ἀσυνάπτως*, id est, substan-  
 tialis, qualem sic explicuit Accursius, ut sit  
 propria & breuiter cōpransa rerum substan-  
 tiæ enunciatio, quæ genere, proprio, & diffe-  
 rentijs constat. quod & Fab. Quintil. tradidit:  
 qualis est, quæ in iure nostro de testamentis<sup>h</sup>  
 ponitur, ut Testamentum sit uoluntatis nostræ  
 iusta sententiâ de eo quod quis & c. Sic Tu-  
 tela<sup>i</sup> est ius atque potestas & c. Alia est spe-  
 cies, quæ *ἀπορροισμός* Græcè dicitur, plurimum

f l. omnis. de re  
 gul. iur.

g l. i. de testa.

h l. i. de testa. l.  
 i. de usufr. l. i.  
 de furt.  
 i. l. i. de tut.



a l. j. de dolo.

b l. j. de reg. Cat.

III

c l. v. de uerb. oblig.

d gl. rub. de uulgar. e Bar. l. j. de appell. l. j. de acquir. possess. col. ij.

IIII

f gl. xvj. q. iij. l. questio. de uerb. sig.

V

g l. j. q. ij. quod met. caus. l. j. de cap. dim. l. v. de peccul. h c. j. in quibus cau. feu. amit. i l. ij. de pe. leg.

VI

k ij. q. vj. c. omnis. c. placuit. l. fenatus. §. do natio. de don. caus. mor.

VII

m l. iij. de her. instit. n l. j. de iust. & iur.

rerum summam, & quasi ad regulam facta traditio: que etiam si simul non habeat & genus, & species & differentias, tamen sustineri potest, dum cum definito ipso conuerti possit: qualis est illa, quam dolo Antistius dedit, ut sit dolus omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. Sic Ulpiano Catonia na regula diffinitur, Quod si testamenti facti tempore &c. aiuntque nostri Doctores, & hanc diffinitionis speciem propria esse, sufficereque ut recte concepta censeatur, dummodo possit conuerti. Alia est que *προμαλάνη* dicitur, quod rei notionem quandam tradat, docentem quemadmodum qualibet res cognosci possit: ut cum Pomp. dixit, Stipulatio est uerborum conceptio, quibus is qui interrogatur &c. At qui conceptio ipsa extrinsecus contractui ipsi accedit, hocque distat a stipulatione, quod uox a re: sed satis est ijs uerbis intelligi, quid senserit Iurisconsultus. Sic Caius lib. 11. Institutio: Substitutio est secundi gradus heredis appellatio, ponit appellatio pro effectu appellationis, perinde ac si dixisset, est secundi uel ulterioris gradus heredis institutio. Et ad hanc speciem pertinent ille diffinitiones, que actum rei, uel etiam effectum, non substantiam explicant, quas ubique Bar. improbat, sed defendi per supra scripta possunt. Alia est que *ποιμαλάνη* dicitur, quia rei qualitates solum explicat: ut, Homo est qui ingenio ualet, qui artibus pollet. Prescriptio est, que ex tempore substantiam capit. Possessio est, que ab agro iuris proprietate distat, cuius proprietate ad nos non pertinet &c. quod si propria diffinitionem efficere uelis, aliter concipienda sunt uerba, & substantia rei explicanda: ut, prescriptio est exceptio ex tempore substantiam capiens: possessio est usus rei a iure seu proprietate separatus. Alia est, que *σοφροσύνη* dicitur, quali descriptionem quandam dicas, que adhibita circuitione dictionum factorumque rem declarat: ut, Luxuriosus est non necessarij uictus sumptuosus. Sic uidetur mihi Hortensius ex Senecae autoritate feudum seu beneficium finiuisset, est beneuola actio gaudium tribuens capienti. Sic Iurisconsulti nostri in legato penoris explicando uidentur fecisse, Penu legata contineri que esui potuque sunt, qua de re multa A. Gellius lib. 111. ca. 1. Sic M. Varro: Induciae, inquit, sunt belli feriae. Satisque (inquit Gell. lib. 1. cap. xxv.) uisum est eiusmodi facere demonstrationem, quod genus Graeci *τύπος* magis, & *σοφροσύνη*, quam *δουμὸς* uocant. Alia est que *κατ' ἀντιθέσιν* dicitur, quasi aduerbiu, cum uerbum uerbo diffinimus: ut, Appellare est prouocare: Donatio est doni datio: uel cum Ulpianus conditionem potestatiuam diffinit, Puto, inquit, generaliter recte diffiniri, facti potestas est &c. Alia est, que *ἡ ἀσφαλεία* dicitur, id est, per differentiam: ut, Rex est modestus, Tyrannus est impius, Ius est ars boni & aequi, iniuria quod non iure fit, & alibi: Sacerdotes iuris sunt aequi

ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu poenarum, uerum premiorum quoque exhortatione &c. Verum & haec improprie diffinitio est. Alia est que *ἡ μεταφορά*, id est, per translationem fieri quandoque solet: ut, Diuitiae sunt breuis uitae longum uaticum, sic Gallus Aquilius diffiniuit. Litus esse quo maximus fluctus eliditur, sic Legatum est delibatio hereditatis, sic Manumissio est datio libertatis, ut amplius quis manui, id est, potestati subiectus non sit. Ad hanc speciem uidetur quoque pertinere, quod supra ex M. Varrone dixi, qui Inducias diffiniuit esse ferias belli. Improbatur autem Aristoteles omnem diffinitionem que per translationem fiat, quia translatio semper aliquid obscuritatis habeat, cum diffinitio debeat esse perspicua. Est & que fit *κατ' ἀφαιρέσιν τοῦ γένους*, id est, per contrarij priuationem, ut dicamus, Bonum esse, quod malum non sit. Sic Marcellus: Iuuenis est qui adolescentiae excessit aetatem, quoad incipiat inter seniores numerari. Sic Ulpianus: Mandatum gratuitum est, quia originem ex officio atque amicitia trahit: contraria porro est officio merces. Sic alibi, Peculium est non id cuius seruus seorsum &c. & alibi: Scientiam accipimus, quae habet & uoluntatem: sed, ut puto, non uoluntatem, sed patientiam &c. Alia adducitur, que *κατ' ἐπιπέσει*, id est, per imaginationem fieri potest: ut, Aeneas est Veneris & Anchisae filius, ad hanc uidetur pertinere quod ait Ulpianus, Operae sunt diurnum officium: nec enim haec est propria diffinitio, quod alij quoque annotant. Alia est qua uocant *κατ' ἐκλήσιν ὁμογενῶς*, id est, per plenam ex eodem genere indigentiam: ut si dicas, Quid est quadrans? & respondeat, cui ad alsem dodrans deest. Est & que *ὡς τύπος* appellatur, & ad exemplum pertinet: ut, Animal est ut homo: Ius gentium est ueluti erga deum religio, ut parentibus & patriae pareamus: Compromissum est quod ad similitudinem iudiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet. His adijcitur & que *κατ' ἀναλογία* appellatur, de qua extant Marci Varronis libri: habetque & haec rationem similitudinis: ut, Homo est *μικρόσωμος*, minor mundus: Possessio est sedis positio. Est, & que *κατ' ἐπαεον* concipitur, id est, laudationis causa: ut, Lex est mens & consilium ciuitatis, & Demosthenes Chrysippusque de ea dixere. Sic alibi Iurisconsultus, Libertas est res inaequabilis. Cui contraria est alia que *ἡ ἐπιψόγος*, id est, per uituperium fit: ut, Seruus est postremum omnium malorum. & alibi: Serui sunt, qui pro nihilo in iure reputantur. Additur & alia cui *ἡ πῶς ἵ*, est nomen, quae ad aliquid relationem habet: ut, Pater est cui est filius: Dominus est, cui est seruus. nostri Doctores solent inde accipere argumentum, quod a correlatiuis appellant. Sic diffinitur Patronus, qui habet libertum. Sic Vxor, quae maritum, dum tamen non inutilis. & si qua similia. Alia est que *ἡ ἴση ὄρα* appellatur, id est,

VIII

o l. litus. de uer. sig. p l. legatij. de lega. j. q l. manumif. de iust. & iur.

IX

r l. non aliter. §. j. de leg. iij. s l. j. mand.

t l. j. de tribut.

X

u l. de oper. lib.

XI

x §. heredita. instit. de her. red. instit.

XII

y l. j. de iust. & iur. z l. j. de arbit.

XIII

a l. j. de acquir. possess.

XIIII

b l. j. de legib.

XV

c instit. quib. ex caus. ma.

XVI

d l. antepen. de reg. iur. l. iij. de stat. hom.

e l. j. c. de ind. uid. toll.

XVII

a l. j. de pos. b l. j. de commod. c Bart. d. l. de ap. pell.

XVIII

est, quae terminum, finem, effectum ipsum declarat: ut, Genus est, quod plures species complectitur. Depositum est, quod custodiendum datur, totum fidei eius commissum &c. Commodatum, quod utendum datur. Appellatio, est prioris sententiae rescissio: hoc enim ad effectum pertinet, quod & Bar. non negat. Est & que *κατ' ἀπολογία* dicitur, que secundum rei rationem inducta est: ut cum dicimus, Dies est sol super terram: Nox est umbra terrae obiectae soli: quae proprie pertinet ad Philosophos: cuius argumenti librum edidit Callimachus *ἡ ἀπὸ πῶν*, unde testimonium Seruius, Priscianus, Graecique Grammatici quandoque mutuantur. Caeterum non satis probatum fuisse opus, indicat *ἀδελφον* distichon lib. 1.

*Καλλιμάχῳ τὸ κέλευσμα τὸ πάλαιον ὁ εὐλύβιος νῆς αἰπῆ ὁ γράσειας αἰτία καλλιμάχου. Callimachus Iustri ludibrium, ab arbore sensus causa est perscribēs atia Callimachi. Vnde Mart. Si non uis Mamurra tuos cognoscere mores, Nec te scire, legas atia Callimachi.*

Quas autem causas eo libro Callimachus explicarit, non satis constat: aliqui Fastos & causas sacrorum, quod & apud nos fecit Varro: aliqui etiam causas ueterum fabularum censuerunt. Ego eo disticho *καθαρμοποπείγνιον* iunctim legendum arbitror, quasi dicas Lustrationum, seu expiationum ludibrium: & intellectum lignorum dici, quia arbores colebantur ob simulachra deorum, tum propter lucos: hinc Argo nauis fatidica Flacco, & habitae Graiis oracula quercus. Verg. & Plin. lib. XII. cap. 1. Et has quidem species Victorinus atque Boethius diffusius sunt persecuti. Habemus autem nos & aliam speciem, quae *κατ' ἐτυμολογίαν* dici potest, ut Cicero uertit, iuxta ueriloquium: ut cum dicimus, Mutuum est quod de meo fit tuum: Tutores sunt tutores, qui uim & potestatem habent: sicut Aeditui, qui aedes tuentur. Sic alibi, Affines sunt uiri & uxoris cognati, cum altera cognatio ad finem alterius accedit. Sic alibi: Statuliber est, qui statutam ad tempus habet libertatem. Est & quae *ἡ πῶς ὀνομασίαν* dicitur, nos allusionem uocamus: ut, Testamentum est testatio mentis: Taberna est, quae tabulis clauditur: Pontifex, qui potest facere: Augustus, qui auget rem publicam: & similia alibi a nobis explicata, quae nihil opus est in praesentia repetere. Est & diffinitio quae per distinctionem fit, cum singula intra suos fines rediguntur: unde apud Laertium in uita Zenonis, Antipater lib. 1. *πῶς ἀρῶν*, diffinitionem aiebat orationem esse per resolutionem perfecte enunciatam: quod & Cic. in Topicis satis ostendit: qua specie idem autor Officium diffiniuit lib. 1. de Offic. licet non sat candidè a Calcagnino hac in re accusatus fuerit.

XIX

d l. j. de tutor.

e l. non facile. de grad.

XX

f l. j. de statulib.

g l. taberne. de uerb. sig. dixi.

XXI

ut, Testamentum est testatio mentis: Taberna est, quae tabulis clauditur: Pontifex, qui potest facere: Augustus, qui auget rem publicam: & similia alibi a nobis explicata, quae nihil opus est in praesentia repetere. Est & diffinitio quae per distinctionem fit, cum singula intra suos fines rediguntur: unde apud Laertium in uita Zenonis, Antipater lib. 1. *πῶς ἀρῶν*, diffinitionem aiebat orationem esse per resolutionem perfecte enunciatam: quod & Cic. in Topicis satis ostendit: qua specie idem autor Officium diffiniuit lib. 1. de Offic. licet non sat candidè a Calcagnino hac in re accusatus fuerit.

*Publica poenitentia quomodo olim peragere tur, itemque expiantur ciuitates: Ouidij in Ibin carmen declaratum. CAP. XXII.*

Publica poenitentia, cuius frequens in iure

pontificio mentio est, & quae solis profanis conceditur, sacris uiris prohibetur. Respondi eam rem satis esse declaratam in Agathensi synodo, licet ubique hodie exoleuerit, nisi quod Saxones urbe Halberstadiensi eius imaginem etiamnum seruant: ibi singulis annis ex plebe aliquis eligitur, quem grauioribus noxiis inquinatum putant: hunc ferali habitu, & obuoluto capite cinerum die in templo statuunt, & peractis sacris eiciunt, donec XL dies per urbis circumperita uagus & mendicans errauerit: interm diuinas aedes eum ingredi fas non est. qualemcumque cibum sibi uel ab aedituis, uel aliunde oblatum, non aspernatur, neminem alloquitur, non indulget somno, nisi post concubiam noctem, idque in media uia. Die Iouis quae dominicae coenae dicata est, ad templum reducitur, ibi a sacerdote solennibus quibusdam ceremonijs absoluitur, & a conflente illic populo stipem accipit. Adamum hunc uocant, & omni crimine expiatum credunt, quem ritum mirabilem Pius Pontifex, institutum inauditum Raphael Volaterranus appellant. ego olim uulgarem, & ex ueterum decretis acceptum scio. Sic enim publica poenitentia peragi solebat, uidenturque mihi sacrosancti illi patres hac in re ueterum Graecorum sacrificia quadantenus imitati: siquidem apud interpretem Lycophronis relatum est, cum urbs aliqua pestilente, aut fame, uel maeste uis, atque calamitate affligeretur, consueuisse hominem in ea foedissimum perquiri, quem caeso cum placenta & caricis allecctum, septies uirgulis quibusdam circa pudenda uerberatum, tandem facta scrobe comburebant, eiusque cineres in mare proieciabant, sic expiari ciuitatem existimantes: unde & Catharmum, & Pharamacum eum appellabant: cuius rei & Hippoanax in Iambis, & Lycophon in Loricide meminerunt. Philostratus lib. 111. sic Ephesiorum urbem ab Apollonio Tyaneo expiatam, obruto lapidibus, quodam seniculo, est autor: huncque modum uocat *ἀρπύρα*, Suidas uero *πῶς ἴημα*, qua uoce & diuus Paulus utitur, ad Corinth. cap. 1111. Ambrosius Lustramentum transtulit. Ouidius Abderitanos ciues hominem quem deuotum uocabant, non ab simili ratione stans quibusdam diebus tracta re solitos, est autor illo in Ibin carmine:

h c. in capite. so. distinct.

*Aut te deuocat certis Abdera diebus, Saxaq; deuotum grandine plura petant. Deuotum dixit, quem Aristophanes in Plauto *καθαρμοποπ*, apud quem interpret admonet etiam Romanis in usu fuisse id immolandi hominis sacrificium, ut a fame uel alia calamitate ciuitatem expiant.*

*Cause cognitionis quae sint: declarata l. ultima. C. de plag. & l. placet. C. de pedan. CAP. XXIII.*

Cognitionis causas esse Tranquillus sentit, quae non iure ordinario, sed a Principe ipso audiuntur: quod a nobis supra lib. VI. traditum est. Cognitione uero in praesidis aut proconsulis foro non dissimili exemplo

appellari, ex Constantini constitutione apparer, cum praeses ipse causam audit, ut aliquid extra ordinem constituat. Exempli causa: lurre ordinario plagiariorum poena erat datio in metallum: quod si praeses existimasset ludo gladiatorio aptum esse reum, rem ad cognitionem suam reducebat, & poenam constituebat, ut gladio talis reus consumeretur. Plagiarij, inquit lex, metalli poena cum caeteris ante cognitionem supplicij teneantur. Sic enim in Codice Theodosiano etiamnum legitur: licet nunc apud nos uulgo, Cognitis scriptum sit: quae res non mediocre interpretibus negotium fecit, quod principium legis fini aduersari uideatur. In Diocletiani constitutione, causa ad cognitionem praesidis pertinentes, diffiniuntur esse causae maiores, quas per se audire debent, nec pedaneis decidendas permittere: quod deinde Arcadij lege declaratum est, ut de paruis criminibus, quibus inscriptio necessaria non est, non intelligatur: has enim praeses relinquere minoribus magistratibus debet. uerum Arcadij legem, quae in Theodosiano extat, antiquatam esse apparet, cum in nostro Codice nusquam sit: sed tamen adhuc utilis nobis esse potest, ut facilius legis Diocletianae intellectum assequamur, in cuius interpretatione quot capita, tot fuere sententiae.

*Furca pro cruce an latine dicatur: Ouidij in Ibin carmina quaedam explicata. CAP. XXIIII.*

VM in questione facti respondissem, erectione furcarum censeri regulum quandam iurisdictionis & meri imperij quasi possessionem retinuisse, uenditoque fundo id ius distractum non uideri: ecce mihi noua cum ad uersario controuersia: negabat ille Furcam apud Ciceronem ueteresque autores usquam reperiri eo sensu. Dixi, idem mihi contingere, quod Cassio Seuero clarissimo olim oratori, cui M. Pomponius Marcellus, sermonis latini exactor molestissimus, solocismum a cliente factum exprobare adeo perseverauit, ut necessum habuerit dilationem petere, ut Grammaticum adhibere possit, quando non putaretis cum aduersario de iure, sed sibi de solocismo controuersiam fore: ut est apud Tranquillum. Respondi tamen ex tempore, mihi multorum autorum instar esse Vlpianum, qui, Famosos, inquit, latrones ijs in locis, ubi grafsati sunt, furca figendos quampluribus placuit: sicque non uno in loco Iurisconsulti nostri loquuntur. quae uox hodie tralatita, & in usu omnium est. Veteres uero, ut est apud Plutarchum in uita Martij Coriolani, furcam uocabant lignum curriculi, cui superfigebatur temo, quod graece *σποσάτωρ*, uel *σπέρμα* uocant: id dempto temone feruorum humeris circumferendum per uiciniam imponebatur contumeliae causa, unde furciferi dicti. Si quis autem apud interpretes Hesiodi curriculum illud depictum uiderit, facile deprædet simillimum furcae esse, in qua hodie latrones suspenduntur: ut merito metaphoricus hoc quoque sensu acc

pi possit. Plaut. in Cas. carbones super ea gestari solitos indicare uidetur:

*Sine modo rus ueniat, remittam ad te uirum  
Cum furca in urbem tanquam carbonarium.*

Nisi forte legendum sit, Tam furuum in urbem &c. quod alias existimaui. Fuit autem id supplicij genus uetustissimum, quo affectum fuisse Histiaum Milesum a Sardium praefecto Artapherne, autor est lib. vi. Herodotus, ad quem allusisse uidetur in Ibin Ouid.

*More uel intercas capti suspensus Achei,  
Qui miser aurifera repte pependit aqua.*

Vocat eum Achæum, quod Miletus Graecorum Ionum Colonia esset. Auriferam uero aquam Pactolum fluum intelligit, qui proximus Sardibus allabatur, & in Tmolo monte fontem habet, ut est apud Strab. Hic uero ego celeberrimi nominis poetae Theocrito Syracusio aduersus Ouidianos interpretes succurram, qui eum tam atroci iniuria affecerunt, ut suspensio perijisse affirmarent, ex carmine illo:

*Vtq; Syracusto praestricta sauce poetae,  
Sic anime laqueo sit uia clausa tuae.*

Nemo certe ueterum autorum extat, qui hoc mortis genere perijisse Theocritum scribat. atquin & alij fuere ex ea urbe illustres carminibus facitandis uiri, ut Heraclides, Nymphodorus, Theodoridas, Bion, Moschus, Sophren, Soticles, Sosisphanes, Epicharmus, Phormus, cur soli Theocrito hanc notam inuunt: Satius ergo erit ita opinari, ut alluserit Ouidius ad eum amatorem, qui apud Theocritum Eidylio xxviii. seipsum amore dilecti pueri suspendit, hoc sibi prius condito epitaphio:

*τὸ τοῦ ὄρου ἐκτίνου, ἐδιδίχαρε μὴ τῆσδ' ὄρου.  
ἀλλὰ σῶς, τὸ δὲ λείπον, ἀπ' ἡμῶν εἴχον ἐταίρου.*

*Hunc extinxit amor: ne transgrediare uiator,  
Sed siste, & dicas, heu durum nocte sodalem.*

*De Interpretibus iuris nostri, & eorum uetustissimo Azone. CAP. XXV.*

VM ius nostrum Iustinianus in artem quandam (quod tantopere temporibus suis M. Cicero optabat) redegisset, ueterumque constitutiones in suum Codicem referre meditaretur, edicto suo prohibuit, ne quis in futurum Iurisperitus auderet Comentariorum illis applicare, & uerborum sua compendium iuris confunderet, quod antiquioribus temporibus factum fuerit: permittitque solum summas quasdam fieri quae Graecis *ῥημάτων* uocantur: obseruatumque fuit ferè per septingentos annos illud edictum. Primus mihi uidetur Azo Bononiensis legem contempnisset, & non solum Summam, quam uocant, composuisse (quod utique licuit, & ante eum Placentinus, Ioannes, alijque tentarant) sed iustis Comentariorum plerisque Digestorum leges esse interpretatus: unde plurima Accursi. in suas glossulas transtulit, cepitque tum magnum & illustre esse Azonis nomen, adeo ut fons legum, Vas electionis, Lucerna iuris, appellaretur, qui

*e l. j. §. nostram. C. de uete. iur. enuel.  
f l. ij. §. hoc aut. C. eod. tit.*

qui legum aenigmata mortalibus aperuisset, obscura retexisset, dubia declarasset. Is, ut etiamnum Bononiae durat fama, cum in disputatione ab antisophista quodam suo prouocatus cultro eum appetisset, in carcere pertractus, & capitalis criminis damnatus dicitur: cumque exclamaret, ad bestias, ad bestias (nepe huius principij legem adducens, qua propter artis excellentiam relaxari fontibus, & nouissima meritis, poenam allegabat) iudices se ab eo tanquam belluas insimulari credentes, idcircoque irati non destiterunt, donec summo supplicio afficerent. Quod si ita est (nec enim id mihi admodum sit uerisimile) quis dubitet haudquam mentitum fuisse Iuuenalem, cum, inquit,

*Nec unquam  
Sanguini cauidici maduere rostra pupilli.*

Vel Callimachum, cum *ἡ κρονίαις*, id est, Saturni legibus scriptum ait:

*Ὅσκιον ἀθανάτων ὄρα μὴ θεὸς αὐτὸς ἔλντοι  
ἀθρόον, μὲν δὲ τὸ τοῦ ἰδὲ μὲγ' ἀλω.*

*Iniussus quicumque deos aspexerit audax,  
Mercede id magna criminis exoluet.*

Etenim Azo non solum ceu alter Tiresias Paladas conspexit, sed etiam nudam & apertam omnium oculis publicauit, atque profuturum. Illud admonendus est lector, Summam quae uulgo circunferit in tres ultimos Codicis libros, scilicet & xi. itemque xii. non Azonis esse, sed Placentini, ueteris legum in Pessulano monte professoris.

**DN AND ALCIATI**  
IVRISCONS. PARERGON  
seu obiter dictorum, liber decimus.

*Verba ciuilia quae sint: et breuis resolutio in materia compendiose substitutionis: Cic. ad Att. locus perperus atque castigatus: tum de boue quem sacrificasse Pythagoras dicitur, locus à Laertij interprete non satis recte redditus. CAP. I.*



VERBIS ciuilibus, inquit Papin. substitutionem post quartumdecimum annum aetatis frustrari fieri conuenit. Quae sit est, quae sint Verba ciuilia: & censuit Bar. esse uerbum Instituo, uel Haeres esto: tanquam haec non iuris gentium, sed ciuilibus uerba sint: quod falsum est, hancque sententiam olim XII. argumentis, ceu XII. spiculis confixi. Ego arbitrator Verba ciuilia dici simpliciter uerba, quibus pupillaris substitutio confici potest: siquidem uulgaris dicta est, quod uulgo omnibus competat: at Pupillaris non nisi ciuibus Romanis, qui filios in potestate habeant: quod ius patriae potestatis proprium ciuium est, & id quidem moribus ciuitatis inductum est, id est, iure non scripto, sed prudentium interpretatione, ideoque proprie ciuili, quod Pompo. docuit. Merito ergo Papinia. uerba ciuilia ea omnia appellauit, quibus haec substitutio est inducta. Quibuscumque ergo uerbis usus sit testator, ciuilibus, directis, comunibus, nunquam potest

*ad bestias de poenis.*

*b l. ij. §. ijs legibus de ori. iur.*

ultra aetatem pubertatis filio pupillarem substitutionem facere: adeo ut si fecerit, nec in uim quidem fideicommissi sustineatur: quoniam iura fideicommissorum prorsus separata à pupillari substitutione sunt, fieretque hoc aduersus mentem testatoris, qui pupillariter substituendo, uel eius tempus prorogando, uidetur hoc in fauorem filij facere, tanquam ante certam illam aetatem eius iudicium non approbauerit, ideoque ei uoluerit consulere. Ergo non est in odium trahendum, ut uideatur uoluisse fideicommissum eum onerare. quod si non ad certam aetatem, sed simpliciter quocumque decesserit, filio haeredem dederit, apparet non ut filio, sed ut fideicommissario faueret, id eum scripsisse, merito tunc ad fideicommissum res deuoluerit, ut Diocletianus Imp. eleganter distinxit: cuius constitutionis uerba mirum est quantum Accursi. & caeteri uiolenter: qui cum praecipue constituat differentiam, quando non ad certam aetatem substitutum est, Idem, inquit ipsi, etiam si ad certam. Dicant quae, id ne est legem interpretari, an prorsus abrogare: apparetque tunc dictionem illam, Secundus haeres esto, ad fideicommissum pertinere, nec merè ciuilibus iuris esse. Videmus apud Diogenem Laertium multa esse exempla testamentorum, quae Aristoteles, Plato, Epicurus fecerunt, quae nihil commune cum lege Rom. xii. tab. habent: unde & apud Graecos uetustissimos *κληρονόμοι* sunt haeredes, & Epiclerus puella in spem hereditatis paternae educata, ut Iulius Pollux est autor: alij etiam *πατερῶν* uocant, Isaeus rhetor *ἡλικιωτῶν*, sicut & Solon legislator. quod si controuersia sit, quis eam ducat in uxorem, *ἐπίδουλος* dicitur. Sed an sicut Haeres esto, uel Instituo uerbum directum ciuile esse Bartolus censuit, ita etiam uulgare sordidumque illud Haereditare, eodem modo accipitur: &

Raph. Com. respondit idem esse. reperitur id uerbum in antiquis codicibus. Cicero lib. II. ad Atticum epist. prima: Cum in Sicilia haereditatem saepe haereditasset: Haud dubie corrupte aliqui emendarunt, Aedilitatem saepe dicitasset. uerum quid sit Dicitare aedilitatem, non satis constat: minus receditur ab exemplari, si legatur, Cum in Sicilia haereditate sese dicitasset, quaerendum ergo amplius. Qui ius de haereditatibus dicebant apud Athenienses, Lexiarchici appellabantur: *λέγειν* enim haereditatem dixerunt, *ἀρτὴ λέγειν*, id est, a desinendo, quod ab uno in alterum desinat, id est ut Galli dicunt, in mortuis uiui secessant: quare ratio ego etiam uerbum Lego in lege xii. tab. generaliter acceptum arbitrator pro quolibet deficientium uoluntate, *ἀρτὴ λέγειν*, unde & *λέγειν* Graeci scribunt: ut appareat non deduci *ἀρτὴ λέγειν*: quod & indicat syllaba, quae in legato prima producitur, cum alioquin esset corripienda. Norunt omnes quanta altercatio atque discordia inter nostrates sit in ciuiliu horum uerborum interpretatione: cumque ego supra scripta esse traditurus, ut auditores redderem attentiores, dixi debere eos ex

*e §. masculino. §. final. instit. de pupill.*

*d l. ij. §. cum Polidius. de usur. l. Scius. l. a filia. §. si. ad Trebell.*

*e l. precibus. C. de impub.*

*f Raph. Com. consil. ij. & lxxxij.*

*g l. uerbis. de uerb. sig.*

*ca. 21. §. 6.*

*a l. fi. C. de plag.*

*b l. placet. j. C. de ped. iud.*

*c l. causas. C. de iuris.*

*d l. capitalium. §. si. de poen.*



emplo Pythagoræ Musis bouem immolare, qui idipsum fecisse dicitur, cum in Geometria quiddam noui inuenisset: quod tamē apud Cic. lib. de nat. deorum ult. Cotta negat se credere: quoniam ille ne Apollini quidem Delio hostiam immolare uoluit, ne aram sanguine aspergeret. Is qui Diogenem Laërtiū transtulit, Ioui eum centū boues sacrificasse attestatur, cū inuenisset trianguli orthogoniū sub tenfam æquipollere cōtinentibus: sed certē in græco Apollodori carmine nulla Iouis mentio est, nec centū bouum. carmen sic se habet:

*Ἡνία πωθαγόρας τὸ πρῶτον εὐρατο γράμμα  
λαένος, ἐφ' ᾧ λαένω ἦγαγε βοθυσίλω.  
Concludens inuenta fuit cum linea claro  
Pythagoræ, fertur sacrificasse bouem.*

Extratautem id distichon apud Laërtium, sed corruptū: aliquanto integrius est apud Athenæum lib. x. quorum uterq; hecatomben fecisse eum ait, cum simpliciter in carmine *βοθυσίλω*, id est, immolationem bouis scriptum sit. Idem Athenæus libro i. Empedocles, inquit, Agrigentinus equorū cursu in Olympiis uictor cum Pythagoricus esset, & ab animatis abstineret, ex myrrha & thure alijsq; aromaticis bouem cōcinnauit, quem spectantibus distribuit. Suidas *μῆλιος ἠρακλῆς*, inquit, dictus est, quod rustici cum bouē nō haberent, quē Herculi immolarent, accepto pomo ei quatuor festucas uice pedum supposuerūt, tum duas pro cornibus fixerūt, traditurq; ridiculo hoc boue plurimum oblectatus Hercules. Vt ergo Cotta rationē diluamus, fecisse Musis Pythagoram existimabimus, boue saccare & ex dulciario opere confecto, quales quotidie festiuiores pueri comedunt.

*Cur pupillus rectē dici intestatus non possit, sine liberis possit: et Bartoli declarata sententia.*  
CAP. II.

**S**ubstituerat testator compendio uerborū hoc modo, Si filius meus sine liberis quādo cunque decesserit, Titius hæres esto: obijt adhuc impubes, quæsitum est de uiribus substitutionis. Accurlius omni tempore fideicommissariam esse censuit. Bar. usq; ad pubertatē directam, deinde flecti. Iac. Beluif. & Oldrad. fideicommissariam post pubertatem esse fatentur, ante uerō nec directam, nec precariā esse: quia uerba illa, Sine liberis, impuberi nō conueniunt, qui liberos habere nō potest. sic nec Intestatus dici pupillum proprie potest, cum testamenti factionē nō habeat: isq; intestatus sit, qui cum testari possit, hoc nō fecerit: sicut & eius est nolle, qui potest & uelle. Sed tamen Bart. sententiā receptior est: negantq; alii qui conditionem, Si sine liberis, ad pupillum pertinere, cum inuēti sint eius ætatis pueri, in quib. malitia annos suppleuerit: & filios susceperint: unde & uetus adagiū apud Petronium Arbitrū, Taurū tollet, qui uitulū sustulerit. Sed, ut Iuuen. ait, quis custodiat ipsos custodes: Excusat plerunq; nequitia maiorū famæ obiecto pupillo. Lex certē nostra aliud

præsumit, & ad ea minimē aptatur quæ raro cōtingūt. τὸ γὰρ ἀπαξ ἢ δις πρὸς βαίνας οἱ νομοθέται, inquit Theophrastus, possibile est per rerum naturā mulierē uterū gestare x. i. perpetuos menses, quod Aristoteles, & M. Varro tradiderūt, & tamen legislator noster id nimis insolitum, ceu impossibile respuit. Verisimile quidem est testatorē haudquaquē crediturū ex pupillo conceptum eum infantem esse, cum maximus poetarum Homerus natura incertos esse patres ostendat, Odyss. i.

*Μήτηρ μὲν τ' ἐμὲ φησὶ ἐμμελαι, αὐτὴρ ἔλαχε  
ἐκ οὐδ' α, ὃ γὰρ πῶ τις ἐὼν γόνου αὐτὸς ἀνεγνώ.  
Illius esse quidem mater me prædicat, ipse  
Nescio, nanq; suum certus scit nemo parentem.*

Qui sub Cynosura nauigant, esse quasdā insulas referūt, ubi prima causa successione sit fratrum, nō filiorum, quod fratres sint certi, filij incerti. Igitur haudquaquē ratio ista probabilis est, ut credamus pupillum ante pubertatem fieri patrem posse. Bartolus fatetur quidem pupillum nō rectē intestatū dici, Sine liberis rectē dici, sed quenam est ratio differentia: Et aiunt, quia dictio Intestatus, abnegat actum ratione potētiae: at dictio Sine liberis, actum & potētiam simul remouet. quæ ratio fat obscura est, nec aptis uerbis exposita. Voluerunt fortē id dicere, Testatus participium esse, quod à uerbo actionē assumit, & potētiam supponit: unde Intestatus actionem priuat, supposita tamē potētia. at dictio Sine liberis, nullam actionis uim habet, sed simplicis nominis, quod rem tantū designat, nullo ad potētiam habito respectu. Ego scrupulosiora hæc esse arbitror, quàm ut Iurisconsultis digna uisa sint anima dersione, cum maximē sine liberis decedat, qui etiā si uelit eos tollere non possit: sicut nō subditi in lege municipali dicunt clerici, qui etiā si uelint subesse prætori, nō possunt, ut inquit Baldus. Sic apud Platonē homo diffinit animal bipes latungue, ἀπτερον, id est, impennatū, quod idem est atq; sine pennis. Videtur autē Plato ea finitione nō tam hominem, quàm simiam designasse, nisi simiæ manus crediderit esse pedes.

*Quando dies more Rom. incipiat: et defensus Plinius à calumniatorib. lib. II. CAP. III.*

**D**uplicem fuisse ueteribus horarū rationem satis constat: qualdam enim temporarias, quæ pro dierū ratione contrahunt, uel producunt: alias æquales, quæ hodie sunt in usu, quod aliquando apud Paulum admonui. Sic & Dies naturalis apud ueteres ab exortu Solis incipiebat, ciuilibis uerō à mediā nocte. quod more Romano obseruatum fuisse Paulus ipse attestatur. Hodie tamen Galli, & Hispani, & Germani pleriq; diem à meridie auspiciantur: quod & olim in terra Umbria factum fuisse, M. Varro est autor, tamen si ceu nimis absurdum ipse improbet. at Plutarchus in Problematis rectē cōstituit ex Mathematicorū rationibus indicat: certius enim id principium, quod tunc centrum Solis hori-

c §. j. Instit. de nupt.

d In anth. dere sti. et ea que

e l. Lucius. de cond. et demost.

f Bald. l. de quibus. q. vi. de legibus.

g l. y. de uerb. signif.

h l. more. de ser.

a l. j. de suis et legit.

b c. de illis. ij. de despo. impub.

horizontem attingit. Plin. lib. II. cap. LXXI. dum non eodem tempore lucem ubiq; oriri ostendit, tale experimentū affert, quod in speculis prænunciatos ignes sexta hora accensos, compertū sit tertia noctis à tergo ultimis uisus. Error, inquiunt Mathematici, hic est euident, cum impossibile sit tantam distantiam deprændi quantumuis de excelso loco, propter terræ globositatē, & radij uisui imbecillitatem. Respondeo, si sextam horam secundum supra scripta intelligamus, relinquetur, ut distantia trium duntaxat horarum sit, non nouem, tuncq; ratio Plinij erit probabilis. Et certē eo in libro quibusdam in locis reprænditur Plinius, cum tamen nullo negotio possit defendi, si quis rem nō accusatoris animo, sed equi iudicis religione perpendat. Eodem capite exemplū Philonidis plurimis modis irident, sed maximē quod sentire uideat, tantum spaciū currendo affecūtū illum, ut Solis cursum præuerterit: & si senserit Plinius, proculdubio bardus rudisq; fuisset. At ego haudquaquam ita interpretor, sed solum id admonuisse, celerius eos qui secundum solem iter faciunt progredi, quàm qui aduerso sole. Eodem libro cap. xxv. aliud erratum esse contendunt, dum scripsit: Sed Cometes nunquā in occasura parte cœli est. Malē, inquit, uerba Aristotelis, unde acceperat, est interpretatus, πῶς δὲ τῶν ἀστέρων οἱ καὶ ἡμῶν ἀμυδρῶν αὐτὸν δύσις ἠφανίσθησαν. Ego apud Aristotelem legisse αὐτὸν δύσις, non αὐτὸν crediderim: ut quod Aristoteles ait, quotquot nostra tempestate conspecti sunt super occasum euauisse: rectē à Plinio sit dictum, nunquam in occasura parte conspici: quia, ut Aristoteles ait, confestim euanescent, adeo ut nec unius stellæ corpus, nec plurium relinquunt. Eodem libro cap. XIII. Omnibus, inquit, fieri annis utriusque syderis defectus stans diebus horisq; sub terra. Aiunt isti, Nō tenuit Plinius rationem eclipsum, nam horizontis diuersa positio nihil ad eam pertinet. Ego nō hoc sensisse Plinium arbitror, sed simpliciter, ut ijdem defectus, qui apud nos fiunt, etiā apud Antipodas fiant cōuersis temporibus. Sed hæc satis, quæ quibus extra cancellos professionis meæ sint, uolui dixisse, ut admonerē lectores, semper eam fieri interpretationem debere, secundum quam, quisquis fuerit autor, rectē locutus uideri possit. Quoties deprændi Accursium Placētini opinioniones infideliter referentem, ut eum carperet, quod & in lucubrations meis scio ab aliquibus factū fuisse, qui me ea cōminiscebant dicere, quæ nec per somnium quidem cogitarim. Sed reuertor ad Plinium: is libro III. cap. v. Italia inquit, incedit per maria cœli regione ad meridiem quidē. Sed si quis diligenti subtilitate id exigat, inter sextam horā primamq; brumalem: unde apparet horæ significationem ad cœli quoq; eas partes pertinere, unde Sol tunc nos irradiet,

*De sepulchri uiolati crimine: et Ouidij in ibin quedam carmina explicata. CAP. IIII.*

**I**n iure nostro grauissima cōstituta est poena aduersus sepulchrorū uiolatores, adeo ut lex Iulia de ui publica, eo capite quo eos plectit, qui quid fecerint quod minus quis sepeliatur, ad hos extendatur, qui faciunt quod minus quis sepultus permaneat. Nam & licet regulariter leges municipales iuri cōmuni derogent, traditum tamen est tali casu hoc non permittendum, sed principalia rescripta potius obseruanda, quia generalia sunt. Scripsit tamē Caius, sepulchra hostium religiosa nobis non esse, ideoq; lapides inde ablatos in quemlibet usum uertere licere. Sed certē non omne quod licet, honestum est. Scribit T. Lilius lib. xxxi. Philippum Atheniensium hostem, eorum tecta ad Cynosarges diruuisse, & etiā sepulchra, nec diuini humaniq; iuris quicq; præ impotentia seruasse. Hieronymus Cardianus autor est, Lysimachum bello, quod in Pyrrhum gessit, Epirotarū regum tumulos aperuisse, & ossa dispersisse: quod & Pausanias rhetor in Attica scriptum reliquit. Plutarchus in Pyrrhi uita tradit, bello quod aduersus Antigonum gesserat, habuisse Pyrrhum in exercitu milites Gallos, genus infatigabile pecunijs, qui sepulchra regum effodere nequaquā ueriti, aurum & ornamenta inde subtraxerunt, ossa uerō per lasciuiam abiecerunt: quod quia Pyrrhus tolerauit, omne id crimen ipsi tributū fuit. Iul. Hyginus in Mythologicis cap. cxxiii. scribit, & ipsi Pyrrho post mortem idem contigisse, cuius ossa per fines Ambraciæ sparsa sunt: unde Ouidij carmen in Ibin explicari potest,

*Nec tua quam Pyrrhi felicius ossa quiescant,  
Sparsa per Ambraciæ quæ iacuerit uias.*

**40** Quamuis & sequens nō fat apertum habeat sensum:

*Natāq; ut Aeacide iaculis moriaris adactis,  
Non licet hoc Cereri dissimulare scelus.*

Videtur enim intelligendum de Olympiade Alexandri Magni matre, quæ hoc genere mortis extincta est, ut est apud Trogū lib. XIII. aut de Laodamia Olympiadis filia, quæ cum in aram Dianæ confugisset concursu populū interfecta est, ut idem Trogus libro xxviii. scribit. Ouidius nō Dianæ, sed Cereris aram fuisse sentit: an quia, ut Pausanias in Attica est autor, infesta semper Aeacidis fuit Ceres, quam Argiui aiunt sumpta muliebri figura ipsum Pyrrhum occidisse: Sed & apud Cereris templum primū huius nominis Achilles filium occisum constat.

*Dos Thusco modo, quæ sit Plauto in Cistell.*  
CAP. V.

**C**um plurima de dotibus ex iure nostro prædiorū *μεταφορικῶς* dici, quæ Græcis *σὺβηνα* sunt, id est, impositiones, & instrumenta agri. Sed probabilis est dubitatio, quid sit dos Thusco modo, Verba sunt Plauti in Cistell,

Tuam locere in luculentam familiam, vnde tibi talenta magna viginti pater Det dotis: non ut hic, eam Thusco modo Tute tibi indignè dotem queras corpore.

Quibus verbis apparet, Thusco modo dotē esse, cum puella quæstū corpore facit, ut dotem acquirat, tractum à Volsiniensib. Thuscorum principibus, qui à seruis suis superati sunt, lata à uictoribus lege, ne qua uirgo ingenuo nuberet, cuius castitatē non antē ex numero ipso aliquis delibasset, autor Val. Maximus lib. I. X. quod & à Siccensib. in Africa obseruatū fuisse idem lib. II. scribit, Herodotus in III. Nasamonibus id tribuit. Qui ad Indos nauigant, apud Callicutas hæce primicias etiamnum sacerdotū esse constanter asseruerant. apud Athenæum libro XII. multa de Tyrrenorum luxuria traduntur, itemq; Lydorum, quorum uirgines prostituta, & seruis quoq; uulgatae fuerint, loco qui γλυκὺς ἄρτος, id est, dulcis cubitus dicebatur.

Quid sit apud Apuleium, Non familiae eriscunda, sed cōmuni diuidendo agere: & Ausonij epigramma declaratum. CAP. VI.

Obseruauī nonnunquam studiorum humaniorum autores uerbis Iuris ciuiliū uti, indeq; acceptis metaphoris dictionē suā exornare: sed si unum Ciceronem excipias, alij nō fat feliciter: duriores enim sunt, & plerunq; frigidī, ne dicam inepti: interim duobus exemplis ero contentus. Apuleius libro I. X. de adolescente deprænsio à marito: Non te, inquit ille, iuris seueritate lege de adulterijs ad discrimen uocabo capitis, tam uentum atq; pulchellum: sed planè cum uxore mea partiario tractabo: nec eriscundæ familiae, sed cōmuni diuidendo formula dimicabo, ut sine ulla controuersia uel dissensione tribus nobis in uno cōueniat lectulo: nam & ipse semper cum ea coniuge tam concorditer uixi, ut ex secula prudentum eadem nobis amobus placerent &c. Est Partiarius qui agrū cōductum colit, parte fructuum sibi retenta: hocq; distat à colono, quod hic pecuniā pro locatio soluit, ille fructus: satisq; appositè usus est hac metaphora Apuleius. Durior est quæ sequitur: Nō agam familiae eriscundæ, id est, uxorem meam (etenim appellatione familiae uxor continetur) non repetam, quod minus & tibi cōmunis sit: sed cōmuni diuidendo experiar, id est, te tanquam mihi & uxori cōmunem diuidam: habet enim id uerbū obsecenam significationem. Aliud exemplū ab Ausonio poeta accipitur hoc epigrammate:

Iurisconsulto cui nubit adultera coniunx, Papiæ lex placuit, Iulia displicuit. Queritis unde sit hæc distantia: semiuir ipse Scatiniam metuens, non metuit Titiam.

Cuius sensus hic est: Quod Moses legislatorum præses cum cornibus pingatur, aliquis Iurisconsultus nihil ea cornua formidabat, sed uxorem adulteram nihilominus retinebat: is adulter talis erat fermè, qualis Neuro-

lus apud Iuuenalem:

Quod taceo atq; ipsos etiam inclinare maritos. Lex Papiæ sub Augusto lata est de maritandis ordinibus, cuius Tranquillus, Dion, cæteri meminere, & nos non uno in loco docuimus. Lex Iulia ab ipso Augusto lata in adulteros fuit. Scatinia uerò in eos est promulgata, qui muliebria patiuntur, Ciceroni, Quintil. Iuuenali. Citari ante alios debet Scatinia. Titia uerò ad id argumentū non pertinet, ea enim uetiti erant aduocati donum munusq; accipere, ut est apud Corn. Tacitum lib. XI. Vnde satis friget Ausonij locus, nisi quod inde cognoscitur, imperitū fuisse eum Iurisconsultum, quem clientes nō adirent, nec aliquibus muneribus colerent.

Ausonius in grypho ternario declaratus: & cur triplicem libertatem dixerit. CAP. VII.

Ausonij poetæ mentio me admonuit, ut alium eius locum declararem ad Ius ciuile nostrum pertinentem, in grypho ternario ijs carminibus:

Interdictorum trinum genus, unde repulsus Vi fuero, aut utrobi fuerit, quorumq; bonorum.

Sciendū enim interdictorū tria esse genera, Recuperandæ possessionis, Retinendæ, & Adipiscendæ: quorum exemplis Ausonius uti maluit. Recuperatorium interdictum est Vnde uī, quia prætor unde uī eum repulisti restitui iubet. Vtrobi uerò retinendæ est possessionis, & ad res mobiles pertinet: quoniā prætor utrobi, id est, utro in loco res de qua agitur maiore parte anni fuit, quod minus is eum ducat, uim fieri uetat. hodie interdictum Vti possidetis, etiā huic speciei sufficit. Quorum bonorum uerò adipiscendæ possessionis est. Interdicti prætorij hæc erant uerba: quorum bonorum ex edicto meo illi possessio data est, quod de ijs bonis pro hærede aut pro possessore possides possideres, si nihil ufucaptum esset, quodq; dolo malo fecisti ut id delineres possidere, id illi restituas. Quæ uolui scripsisse, ut admonerem, Ausonium non simpliciter ut loquitur intelligendū esse: quoniā cum ipse ab exemplis diuidat interdicta, si eam rationē sequeremur, uel in triginta species disseccari possent. Accipiendū itaq; est, uniuscuiusque generis unum exemplum eum retulisse. Subijcit idem,

Triplex libertas, captiuisq; minutio triplex.

Quæ diuisio quod ad libertatem attinet aliter atq; aliter accipi potest: alij enim simpliciter manumittunt: alij etiam uindicta, ut est apud Cornelium Tacitum: alij ex testamento. Fit & diuisio alio modo. Boethius in Topica Cicer. tradit, eos qui prius seruisent, tribus modis ad libertatem peruenire, censu, uindicta, testamento: eosq; modos interpretatione prosequitur. Ego & aliter explicari posse arbitrator: Eorum enim qui liberi fiebant, aliqui iusta libertate fruebantur, & ciuitatis ius adipisciebantur: aliqui Iuris Latini ex lege Iunia Norbana erāt: tertij ex lege Aelia Sentia de-

L. fin. C. de uerbis sig.

dititiæ cōditionis censebantur: quæ differentia lege Iustiniani deinde abolita est. Allusit fortè ad hoc Plautus in Casina,

Tribus conuici non possim libertatibus.

Quamuis & per augmentationem dictum illud esse interpretari possimus. In uetustis spectationibus extat Romæ hæc inscriptio:

CLEMENTI CAESARVM N. SERVO CASTELLARIO. At Mediolani: LYCINO N. SERVO CONIUGI BENEMERENTI NEVILA MACVLA. Opinor hos Latinae conditionis fuisse, & notam N. adscribi, quod ex Norbana lege id iuris adepti essent.

An illegitimi filij de facto notati censeantur: & quosdam recti exempli fuisse: Vergilij locus in VI. CAP. VIII.

VIdi quandoq; altercantes Doctores ea in quaestione, an filius illegitimus, turpis inhonestaq; persona censeat. Et Azo censeferi credidit: esse enim infamia saltem de facto notatum: nam & responsum est, non uideri de tali successore intellexisse uirum nobilem, qui heredi fideicomisit, si sine liberis decederet: censuitq; Curtius Senior, Spuriij attestationem semiplenam probationem nō facere, tanquam omni exceptione maior nō sit. Addit Alex. tum quoque turpem personam censeferi, quamuis natalibus restitutus, & quod uocant, legitimatus sit. Sed hoc mihi uidetur Alex. respondisse potius ut causæ inferuaret, quam quod ita sentiret: abolet enim legitimatio omnem maculam siue iuris siue facti: quod alij tradiderunt, & Bald. ex facto non semel respondit. Ego quod ad naturales simpliciter attinet, puto nulla macula asperfos censeferi: quia non sua, sed aliena culpa laborant, & quia nihil est naturæ imputandum, & quia iure nostro Latine cōditionis solū censebantur, quod supra docui: at illa conditio honesta est. In spurij uerò probabilior est ambiguitas, quoniam de istis Azo loquitur, & turpes censeferi existimat: qua ratione Baldus nō admitti ad emphyteusim ecclesiasticam, etiā si restituti natalibus sint, arbitratus est, tanquam ab eis lex pontificum plurimum abhorreat. Sed hæc ego non satis probare ausim, qui uideā iure canonico ad quascunque dignitates, salua episcopali, admitti posse: cum tamen ijs, qui uel de facto notentur, portæ dignitatum non pateant. Aristot. libro ciuiliū conuersationis VI. hoc hominū genus à reipub. administratione minime submouendum arbitratur: quod etiam Papiano placuit. Nam & qui de singulari certamine scripserūt, haudquaquā eos reuocari posse, ceu ignobiles, consentiunt, cum tamen constet infames & fordidos ab ea militia repelli. Vltimus ex Caroli Magni linea Imperator Arnulfus, huiusmodi natalibus fuit. Tres maximi iuris nostri interpretes, Io. Andrea, Bartolus, Iason, & ipsi sic uidentur cōcepti, quod Sannazarius literis prodidit, ipse tamen affir-

a Azo in summa. C. de infra. b arg. c. si gens. lvi. distinct.

c lex factio. §. i. ad Trebell.

d Curt. repet. l. admonendi.

e Alex. consil. xxv. j. Idem contra consil. ij.

f Imperialis. §. j. C. de nup. l. j. C. ad l. Viscl. g Bal. cccxxxvij. j. c. lvi. ij.

h l. fi. de iur. de liber.

i c. per uenerabilem. qui filij sunt legit.

kl. spurij. de de curio.

l Paris Put. col. vij. uersic. an test. ardi.

mare non ausim. Scribit Plutarchus in uita Thesei, duarum maximarū urbium duos cōditores spurios fuisse, Romulū Romæ, Theseum Athenarum: qui cum spurij & obscuri ambo forent, quia tamen armis, uirtutibusq; egregij erant, à dijs immortalibus prognati sunt existimati. His accedit & Hercules, ad cuius templum spurij deferebantur, quod & ipse similes natales habuerit, quāuis loue genitus credatur. Vergil. VI.

Nec uerò Alcidem me sum letatus euntem Accepisse lacu, nec Thesea Pirithoum q;, Dijs quanquam geniti, atq; inuicti uiribus essent.

Dixerit aliquis, quomodo dijs genitus Pirithous, quem constat Ixionis filium, Phlegiae nepotem fuisse, impijssimorū parentum: unde & φλεγιάς Græci pro impiè agere dicunt. Respondeo, nō Ixionis, sed louis filium fuisse Pirithoum: etenim à mythographis Græcis traditū est, cum Iupiter Dian, Ixionis coniugem amaret, in equum se transmutasse, & circum eam saltantem pudicitia ipsius attentasse, unde natus infans dictus est Pirithous, καὶ τὸ πῶδ' ἔβη, quod est circū, & in orbem saltare. is deinde cum Theseo ad inferos descendens ut Proserpinam raperet, ἐπ' ἀκινήτῳ θρόνῳ, id est, in immobili sede captiuus collocatus est. at Hercules eò profectus, Theseum quidem inde euulsit, Pirithoum uerò propter nimium terræ concussum non potuit: Ascalaphi quoque petram reuoluit, ut Dydimus in Homeri Iliados 9 attestatur: quo loco idem scribit, haudquaquā apud ueteres ignominiosum fuisse nothi, id est, spurij nomen. Vnde Agamemnon cū Teucrū laudaret, subiecit:

Καὶ σε νόθοι παῖρ' ἔδοντα κομίσατο πρὸ τοῦ οἴκου. Et quamuis spurium, propria suscepit in æde.

Vergilius Theseum post mortem iterum petra illi allegatum cecinit:

— Sedet æternumq; sedebit Infelix Theseus.

alludens, ut arbitrator, ad supra scriptam fabulam, cuius Apollonij interpret in I. in illud carmen, θεῶτα δ' ὅς ποδὶ πάντας, meminit: liberatumq; Theseū ab Hercule ait, quia inuitus descenderat: non Pirithoum, qui sponte uenerat. Aul. Gellius lib. X. cap. XVI. uidetur Vergiliū hac in re damnare, tanq; pugnantia scripserit, cum tamen nihil obstat, uiuentē ab inferis Herculis opera liberatum, & tamē post mortem iterum ei supplicio addictum: sicut ipse Hercules apud Lucianum, quamuis uiuens emerferit, tamen mortuus iterum eò reuersus traditur.

Nō semper fauore matris præsumi filiū patri superstitem fuisse: & Triphonini responsum declaratum. CAP. IX.

Scriserat testator, quodcumque filius Smeus qui impubes est decesserit, substituo L. Titium: decesserit in pupillari ætate matre superstite: queritur, an substitutus ceu cōpendio uerborum uocatus ex directa pupillari substitutione admittitur, an duntaxat ex fideicommissaria: Et Bartolus censuit precario

m Rip. c. inter. de rescript.



a l. qui duos. §. j. de reb. dub. b l. eum qui. ad Trebell.

c l. Lucius. de uulg.

d l. precibus. C. de impub.

e arg. l. cum filius. de testa. milit.

f c. si pater. de testa. in vj.

solum admitti, & sic saluum matri esse intestatae successiois ius. hancq; interpretationem fauore matris accipiendam: sicut etiam uideamus, quoties eodem casu, puta bello, uel naufragio, pater & filius extinguuntur, filium posterius decessisse praesumi, ut salua sit matri successio: quod Cl. Triphoninus scripsit, quod & alijs exemplis probari potest. Sed tamen receptior crebriorq; sententia stat contra: nempe tali casu matri praefendum esse substitutum: quoniam non ex tacita mente legis, sed uerborum compendiosa generaliter acceptorum admittitur: nullum enim est matris aduersus expressa pupillaris substitutionis uerba priuilegium: nam in testamento militis id expressim cautum Diocletiani rescripto legitur: idq; non ex priuilegio militari, ut Bart. credidit, sed ut uerba rescripti indicant, propter uoluntatem testatoris, ut eos pupillus habeat haeredes, quos pater illi constituit. Nec enim credendum est, aliquid hac in re operari armatae militie simplicitatem: uideturq; haec questio adeo clare hodie Bonifacii VIII. Pontificis edicto diffinita, ut minime sit haesitandum, quin receptior sententia eadem & uerior sit. Nec mouet Triphonini responsum, quod in causa intestati loquitur, ut legitimus excludatur: nostra quaestio in substituto est, qui expressis uerbis ex testamento uocatur, quod Curtius Iunior tradit. Vnde inferri posset, si naufragio uterque tam pater quam filius periisset, adhuc substituto locum aduersus matrem fore: quod tamen ego non facile concesserim, ut saltem in hoc facti dubio matri faueamus: quamuis alias regula sit, praesumi filium superstitem patri esse: de qua re extat elegans Philippi epigramma in naufragio libro primo:

Νῆα μὲν ὠλεσε πόντος, ἐμοὶ δ' ἔπαρσεν Πάρις δαίμων  
πλάζουδ' ἄνευ φρίσσει νῆα πλοῦτος ὀδύρω.  
πατρὸς ἰδὼν γὰρ ἐγὼ δέμας εἰς εἴς ἑκαίεον ἔλθω  
μυρδρέτης ἐπέβην, φέρτος ὀφειλόμηνος.  
ἦ γὰρ δὲ εἰς λιμένας με, καὶ εἰσαίρω δὲ ὁ πρῆσθεις  
νῆπιον γ' ἄγει, δίδ' ἄπορον γ' ὠλεάγει.

Obruta nauis erat, cum me fortuna uagantem  
Naturae imposuit comodiore rate.  
Nam patris adspiciens in tempore adesse cadauer,  
Remigio hoc usus me super ipse dedi.  
Sic portum intravi, patrio bis munere uiuus,  
Paruulus in terra, naufragus in pelago.

Qui dicantur eiusdem aetatis: et alium numerum pro alio poni: & defensio Vergilius in fontibus Timaei. CAP. X.

Quonia publicè interest, ne materia probationum angustetur, praesumitq; lex, unumquench praestiti sacramenti memorem esse, nec temerè ad testimoniū accedere: ideo semper fit interpretatio, ut fides testium salua sit: & quantum fieri potest, ad concordiam conciliantur, ne falsa, uaria, pugnātia dixisse pro testimonio uideri possint. Oportet tamē eam concordiam uerisimilem, probabilemque esse: quod enim uerisimile non est, quandam falsi

tatis habet imaginem. Videtur autem probabilis esse concordia, quae similitudine legislatorum, uel autoritate prudentium inducitur. Ecce aliqui testes Titium & Seium eiusdem aetatis esse dixerunt, cum tamen deinde appareat decennem Titium esse, Seium uerò tertium decimū annum agere. Respondi, non uideri falsos esse: cum enim ambo pupillaris aetatis sint, satis potest dici eiusdem aetatis esse, idq; Pauli I. C. autoritate. Et licet ueteres aetatem uario modo distinxerint, ut Varro, & Hippocrates, ut Solon, quorū sententias Censorinus cap. XIII. refert: nostri tamen Iurisculti uidentur mihi planius ac certius constituisse, ut Infantia usq; ad septenniū, Pupillaris ad XIII. Pubertas & Adolescentia ad XV. annum. Iuuentus, Virilitas, Senectus ad certos annos non restringerent, sed ex habitu corporis atq; animi discerneretur. Adduco aliud exemplū: Dixerat testis, coram pluribus personis aliquid gestum fuisse: interrogatusq; iterum, dixerat nouem adfuisse: respondi, non ideo falsi reum esse si is numerus non conuenisset. Solent enim docti uiri nonariū numerū pro multo simpliciter accipere, quod interpret Nicandri ostendit: appellat Nicander Scorpion, qui χλοάων dicitur γυναικιστομον, cum tamen septem duntaxat uertebrae habeat, ut Demetrius atque Apollodorus tradiderunt. Sic Vergilius Timaei nouem esse fontes uideatur dixisse,

Vnde per ora nouem uasto cum murmure montis,  
cum tamen ex chorographia appareat septē tantum esse. Sic alibi idem Nicander duos aculeos habentem γυναικιστομον dixit. Sic Homeus Charybdim scripsit, ter in die reddere qd absorbit, ter resorbere, cum constet id non nisi bis in die fieri. Sed Straboli libro Geographiae primo id excusat, tanq; hyperbolicus sit loquutus, & τρις nō numerum, sed uehementiam significat. Plato quoq; lib. de repub. x. Insipientes, inquit, opera ipsorum, non intelligunt τριτὴ ἀπέροντα τῶν ὄντων tertio gradu abesse à ueris. τριτὴ dixit pro ualde. Quod ergo si hi permiserunt magni hi autores, & nos auidē pro testium defensione arripiamus.

Lex Constantini in molles declarata: cur horum symbolum sit Scarabeus Ausonio poeta: quid condita pyxide Lyde, luuenali: & Culei cliterini Ciceroni. CAP. XI.

Dvbitauit plerunq; quid celebri illa & famigerabili lege aduersus impudicos lata Imper. Constantinus senserit. Eius uerba sunt: Cum uir nubis in foeminam uires porrecturā, quid cupiat ubi sexus perdidit locū: ubi scelus est id qd nō proficit scire &c. Quae uerba Salicetus physica quadā, sed frigida ratione nititur explicare. Alij cōtendunt corruptum codicē, quia norica editio habet per parentheses, in foemina uiros paritura quid cupiatur: Petrus, & Transalpini Doctores affectasse ultro legislatorem hanc obscuritatem existimarunt, ut rem obscenam quanto magis

g l. Lucius. de uulg.

h l. si infanti. c. de iur. delib.

i l. non aliter. §. j. de lega. ij.

k l. cum uir. c. de adult.

gis fieri posset occultaret, atq; tegeret. Alij potius ob iram, quam in flagitiosos illos Imperator conceperat, confuse loquutum cōminiscuntur: sicut apud Verg. lib. II. Aeneas,

— Iuuenes fortissima frustra  
Pectora si uobis audentem extrema libido est  
Certa sequi etc.

συνχόρις est, irato conueniens: & apud Plautū Cistell. Alcesimarchus:

At ita me dij deaēq; superi inferi & medioximi,  
Itaq; me regina Iuno etc. quid dicam nescio etc.  
Abiit intrō iratus etc.

Est enim non modica ars, argumento aptare uerba: quod si poetā faciunt, si rhetores, nec quidem legislatoribus absurdum uideri debet. Ego tamen in Constantini lege unius literae mutatione posse comodius rem diffiniri arbitror, ut uiris legamus, non uires: ut eo modo dica uir dare seu porrigere uiro, quo Plaut. in Rudente:

Cur tu operam grauari mihi, quam ciuis ciui comodat?  
Cum supra dixisset:  
Sapientem ornatus quid uelim indicium facit.

Lucianus in dialogo meretricio, πείραξ γδρ ὁ λέαννα εἰ ἀπιστῆς ἐφην. Porrigere igitur ὁ Leana si nō credis, & cognosces me nihilo inferiorem uiris esse. Sanē Ausonius poeta ex dogmate Pythagoreo huiusmodi homines post mortē in Scarabeos uerti ait: an propter eorum foeditatē, de qua re Horus Apollo in Hieroglyphicis scribit: An quia hoc sine foeminis animal est, ut Aelianus est autor: qui scribit lege apud Aegyptios constitutū esse, ut fortissimus quisq; Scarabeū in annulo sculptum gereret: legumlator id inuente, mares, minimeq; effoeminatos esse debere, qui pro patria strenue sint dimicaturi. An quod Eusebius Pamphili de Præparatione Euang. lib. III. tradit, Scarabeum in sterco semen immittere solitum, & inde pilas conficere? Nota est Aesopi fabula, quā & Aristophanes in comœdia cui titulus εἰρων, refert: ubi etiā senē inducit Scarabeo insidentē, ut in astra ascenderet, louem allocuturus: ceterū seruis imperantem, ut excrementa, editusq; omnes summoueāt, ne eorum appetēs Scarabeus dominū præcipitet. Apud luuenal. Satyra II. extat atrox declamatio in huiusmodi molles atq; effoeminatos:

— Nubit amicus, & illis  
Turgida nil prodest condita pyxide Lyde.

Videtur Lyde anus alicuius doliaris nomen, quae medicinā exerceret, & plurima medicamenta haberet cōceptū adiuuatiā, qualia describuntur ab Arnaldo, & alijs. Galen. tamen lib. II. de compos. medic. ἡπὶ γδρ, Appellant, inquit, ueteres Liten emplastrum uiride, simplex, quod non molliat, aut concoquat. mutant aut sibi inuicem sonum τῶν & δέλετα, ut est apud Lucianū. Sed nunquid ea lex de uiris nubentibus loquens, & ad foeminas trahatur pathicas, uel quas Græci Tribades, Plaut. in Persa, Subigatrices uocat: & durum est legem poenalem ad has extendi, quicquid Salic. scriperit: respōditq; Marianus pollutio-

l arg. l. fœdissimi. eod. tit.

nem extraordinariā hanc potius appellari: & ut uerum sit etiā id crimē ad Sodomitas pertinuisse, leges non generaliter, sed cum masculis hoc magis abominantur, & puniunt. Putarim itaq; uindicāda quidē huiusmodi flagitia, sed nō eius poena: sicut leuius plectuntur qui Lesbianē, quā qui Phoenicisiant, ut inquit Galenus simpliciu medicamentorū lib. X. unde Eunū Ausonius Syriscū uocat, quasi Phoenica: & minus est λυδίαζην, ἢ κλυτοειάζην. Solēt latruncutores nō summo supplicio hos afficere, sed mitius tractare, puta bis fune brachia luxare, quod Equulei ictus ipsi uocat, cum apud ueteres diuersum sit tormētū genus. A uerbo κλυτοειάζην sunt qui Culeos Clitorinos scripsisse Cic. epist. lib. I. X. ad Pætum existimant: cum tamen antiqui codices omnes scriptū habeant, At honesti culei Lanuini, Cliternini non honesti. Sunt Cliternini in quarta regione Italiae, aliās Aequiculani dicti, ut est apud Pliniū: unde obscœna allusio.

Non reprobari à Iureconsultis Vergilij de cenotaphio sententiā, aduersus Accursij interpretationem. CAP. XII.

Cenotaphium, inquit Martianus, magis placet esse locum religiosum, sicut testis in ea re est Vergilius. Sed diui fratres contra rescripserunt, sicq; reprobata est, inquit Accurs. Vergilij autoritas. Ego alluisse Iuriscōsultum ad ea carmina arbitror lib. III.

Libabat cineri Andromache, manesq; uocabat.  
Hectoreum ad tumulum, uiridi quem cespitē inanem  
Et geminas causas lachrymis sacrauerat aras.

Verbū enim Sacrauerat, indicat sensisse Vergilium sacrum, seu religiosum locum esse. Sed certē non loquitur Verg. de simplici cenotaphio, id est, inani tumulo: sed de eo, ad quem geminae arae, & quidem sacrae extructae erant, & ad quē sacrificijs factis elicitū uocatiq; erāt manes Hectorei. Tranquillus in Claud. Cenotaphiū, tanq; græcam uocem, nō dixit, sed latinē Honorariū tumulū: siquidem ut Dionysius Halicarnas. lib. I. inquit, illustri fortuna uirorū locus quidē unus erat, quo corpus conderet: monumenta alia alibi à beneficijs extruebant, ob beneuolentiā, & grati animi argumentū. unde quis in Numico flumine obierit Aeneas, eius tamen monumenta extra terrā Italiā uarijs in locis reperiuntur. unde uetustae marmorū inscriptiones primo indicantes esse cenotaphium.

Trāsire ad plures, quid sit Plauto in Trinū. Et substitutionē, si hæres nō erit, restituat per fideicommissum, aliter accipiendā, q̄ Doct. nostri existimant. CAP. XIII.

HArent Pōtificiaē leges plerosq; loquendi modos nō satis ab ijs probatos, qui solos se Ciceroniani candoris imitatores existimant: qualis cum fato defunctū aliquē dicere uolunt, Viam, inquit, uniuersae carnis est ingressus: quasi solam carnē uorax ille Saturnus absumat, & nō cætera quoq; Elegantiore

b Deci. l. j. C. de secun. nupt.

c gl. xij. diffin. in summa.

d l. in tantū. de rer. diuis.

e arg. l. fœdissimi. eod. tit.

aptiorq; Plautina est phrasis, cuius carmen in Trinummo est,

Quianam ego ad hoc genus hominū duravi, qui non prius Ad plures penetravi? nā hi mores maiorū laudat, eos deim Lascitant etc.

Ad plures penetrare enim, est mori, quod scilicet plures numero sint mortui, quam uiui. Scribit Pausanias lib. 1. Megarensibus redditum fuisse oraculum, quo Apollo Delphicus respondit, Felices eos futuros, si cum pluribus consultarent. Qua dictione intellecta, illi curiam extruxerunt, ubi sepulchra heroum erant. Cicero libro 1. Tuscul. quæst. mortuos adeo plures non esse sentit, ut nec sint quidē, sed fuerint. Vnde etiam cælis coniuratis Catilinæ exclamauit, Fuisse illos: ut ostenderet, sumptum de eis supplicium. Baldus, cum testator scripserit, Si Titius hæres non erit, restituat per fideicommissum hereditatem Sempronio, interpretatus est, si hæres non erit sponte: & ideo ex Senatusconsulto Trebell. posse cogi, ut a deat, & restituat, ne alioqui fideicommissum pereat. Ego potius illis uerbis censuerim, rogatum post mortem restituere: quia mortui non sunt hæres, sed fuerunt: ut hæc clausula, Si hæres non erit: intelligatur, cum amplius hæres esse nō poterit: hoc enim sensu minus subaudimus.

a. Guil. Alex. l. j. de uulg.

b. l. ille à quo. ad Trebell.

c. l. legatis. de leg. iij.

Serui obsonatores qui sint, aduersus Accursium, & Plautus in Menæh. declaratus. CAP. XIII.

Legatis seruis, exceptis negociatoribus, Marcellus scribit, cubicularios, uel obsonatores, uel qui piscationibus præpositi sunt, non uideri exceptos. Interpretatur Accursius obsonatores, qui custodiunt dominum operam somno dantem, uel qui sonant & cantant domino in mensa. Sed mirum est latuisse Accursium, Obsonari uerbi significationem satis uulgatam, & omnibus cognitu facilem. Plautus Menæh.

Bene obsonauit, atq; ex mea sententia: Bonum interponam prandium pransoribus. Et infra: Nunc obsonator adeo responde mihi Adolefcens, quibus hic precijs porci ueneunt?

Est autem uulgò corruptum Plauti carmen, & pro Obsonator adeo: legitur, Ipsi naturæ deo: absq; ullo sensu.

Zythum quid sit Iurecōsultis: quid Palladæ Dizythum. CAP. XV.

Zythum, inquit Vlpianus, quod in quibusdam prouincijs extritico, uel ex ordeo, uel ex farre conficitur, uini appellatione non continetur, nisi uini numero à testatore sit habitū &c. Declarauit quandoq; quid esset hoc Zythū, ex Suida & Strabone: utq; Aegyptiorum poculis frequens hæc ceruisia esset, quod etiā Plinius tradit. Ignotior significatio Dizythi, cuius Pallades poëta meminit epigram. lib. 1. qui sibi Epialo uel quarta laboranti datū δίζυθον ἢ κρονίον ἢ πιάλον, profuisse præsentanea quadam & diuina uia attestatur, adeo ut Crotone ualentior factus sit,

d. l. si quis uini. de tritic. leg.

Erasmus interpretatur duplicē Zythum, seu Ceruisiam intelligi. Demetrius Chalcondyles speciem amuleti esse dixit. Stephanus Niger Zizyphum κατ' ἀντισίγειον. cōmendantur enim hi fructus Aëtio ad sanguinis acrimoniam compescendam: quamuis Galeno damnantur, tanquam prauī succi, & digestionī resistentes. amplius ergo deliberandum.

Recte numero multitudinis positā in iure rubrica de Probationibus: sicut à Cicerone, de Officijs: & explicatū prouerbiū, Fastuosus Maximus. CAP. XVI.

Vit Andreas Siculus tempestate sua inter eos qui Bononiæ profitebātur magni nominis, adeo ut Alexandri Tartagni luminibus, ut ita dicam, obstrueret: memoria in specie sic præcellenti, ut quacūq; de re, etiam ex improuiso, posset, auderetq; differere: unde plurimus in ore uulgi erat, suspiciebaturq; ab ijs maxime, qui Ἐφοκλῆς, & Laudiceni, Plinio Cæcilio appellantur. Is quādoq; scripsit, mirari se, quod manifesto euidentiq; errore cum ueteres Iuriconsulti, tum pontifices decepti sint, qui rubricam in iure nostro inscripserint de Probationibus, & non de Probatione potius: cum enim Probatio nomē sit generis, & genus sit unum, singulari numero debuit talis inscriptio fieri: quasi in eo tractatu de Probatione ipsa in genere tractetur, quæ nusquā est: & non de uarijs ipsius probationis speciebus, quæ per testes, per instrumenta, per iusurandum, per confessionē fieri solet. Sic & nuperimē Gramaticus nescio quis, in M. Ciceronē graui supercilio est inuectus, qui libros de Officijs inscripsit, & nō de Officio potius: & libros de Finibus honorū, & non de Fine: cum tamen Græci singulariter dicerēt ποδὶ καὶ βήμοντι (sic enim ipse Cicero fatetur) ἰτεμὲ ποδὶ τῆλας. Sed certē rectius faceret nouus iste Aristarchus, si aut fortiorib. rationib. pugnaret, aut hoc Ciceronis auctoritati tribueret, ut illum magis hac in re, quā se uidisse, sibi ipsi persuaderet. Quid enim absurdius, q̄ eum, qui latinæ linguæ elegantiam profiteatur in eius parentem inuehi? Nempe perinde, ac si quis de arte poëtica scripturus, Homerū damnaret, rectē cū Laschare in eum dici posset,

Cum uatem instituas, cur fontem polluis, unde Vatum Pierijs ora rigantur aquis?

Extat in collectaneis Diogeniani prouerbiū, Fastuosus Maximus: in eos, qui sibi plus satis in sapientia arrogarēt: sicq; καμπαρὸς μάξιμου interpretatur Erasmus. Ego allusum arbitror ad Lucillij poëtæ epigramā lib. 11. εἰς ποιητῆς, qui εἰς τὸ πῖδ' εἰμι ποιητῆς, id est, ut ostētare se poëtam, cum non esset, tumulum uiuens sibi statuit hoc monosticho,

Κλαύκατε δ' ὠδ' ἐκείτη μάξιμου δ' ἐφ' ἑσσε. Flete, hic impubes Maximus ex Epheso est.

Finem aliter accipi in iure, quā alibi soleat. CAP. XVII.

Videntur Iuriconsulti nostri Finem accipere alio sensu, q̄ uulgò fieri soleat: pro certo

e. in rep. rub. C. qui admit.

f. l. v. §. genera. de acq. poss.

a. l. in insula. §. i. sol. matr.

b. l. alteri. de adim. leg.

c. l. iij. de grad.

certo modo, usq; ad quem cōpensatio induci possit: ut cum Papin. inquit, sumptus necessarios & utiles in prædiū dotale factos, cōpensatis fructibus perceptis ad finē superflui seruare conuenit. uel Pomp. b. Alteri ex hæredibus præceptionē prædij dedit, alteri præstari aduersus debitorē actiones ad eum finē mandauit, quo prædiū fuerat comparatū &c. Modestinus uerò paulò diuersius accepit, cum, Affines, inquit, dicuntur, cum duæ cognationes per nuptias copulantur, & altera ad alterius finē accedit. Vident huc alluisse & Græci, qui τῆλας uocant eum, qui uxorem habet, ut est apud Plutarchum: unde & tali nomine matrimonium uocant. Item, Iunonemq; thoris quæ possidet alma maritis. unde & πῶτῆλας θύλας, preces quæ ante nuptias cum sacrificio rum oblationibus fiebant. Aliter hæc uox accipitur P. Ouidio:

Fine cole modico forma uirilis amat.

Cui consentanea tradit Phocylides:

Ἄρσενον ἐκ ἐπίου καὶ ἄρσενον, χλιδ' αὐτὸ δὲ γυναιξί.

Turpe uiris coma, deliciae non turpe puellis.

Tres leges uitio scriptorum deprauatae restituntur: & aduersus Lanceloti Politii disputationē, Iuriconsulti earum autores defenduntur. CAP. XVIII.

MEadhuc in studijs legalib. tyrone, uel potius Iustiniano nouo, memini celeberrimi nominis doctorē disputandas quasdam theses proposuisse, quibus uideri poterat errasse Iuriconsultū. Et in primis quod rationem recti sermonis non seruauerit in I. generaliter. §. quoties. de fideicō. lib. i. Si hoc maluerit is, qui rogatus est manumitti. nec enim recte dicimus, eum seruū cui fideicommissaria libertas relicta est, rogatū esse manumitti: atqui non ipse, sed hæres de eo manumittendo rogatus est. Sed hoc ex antiquis codicibus facile habet dissolutionem, in quibus uerbum manumitti scriptum non est: ut merito ceu superfluum sit de uulgatis abradendum, quod & ex Norica editione cognosci potest. Idem proposuit, bis Iuriconsultum in dictione Nametsi errasse, quod ea proprie usus non esset, ut ideo sensus recte colligi uerborum nō possit. Sed & hoc nullo negotio diluitur: siquidem probabilius est Seruiliū Scæuolam Tametsi scripsisse, non autem Nametsi. Tametsi ita uerba sunt, qui testamentū facientis &c. quomodo & scripsisse Africanū existimo, Tametsi arbiter ex compromisso pecuniam: certo die dari &c. Est enim dictum per parenthesim, quæ usq; ad uerbum Videri, in eo responso extendit. Idemq; Pauli responso subesse non mediocre erratum disputauit: quod tamen erratum non est, si castigatē legatur, nempe hoc modo: Sin autē negligat infirmum, an teneri debeat promissor querentibus, cōsiderandum est, utrum quemadmodum in uendicatione hominis si neglectus à possessore &c. sic enim legendū ex antiquis codicibus, non autem in uenditione.

d. l. Gallus. §. nunc de. de liber. & posthum.

e. l. traiecitie. in fin. de act. & oblig.

f. l. si seruum. de uerb. oblig.

Quo tempore maria clauduntur, declaratae aliquot leges, maxime l. qui Romæ. §. Callimachus. CAP. XIX.

ZELIA Mauritanæ oppidum est Straboni, & Antonino, Zelis dictū, unde profecti piratæ oram maritimam infestam habebant. Igitur Hispana classis sub finem mensis Octobris anno M. D. XLI. ut illos coerceret eò profecta, sauisima tēpestate dispersa est: at Mauri pro ingenti miraculo id habuerunt, supplicationibusq; decretis gratias Maumethi suo egerunt, qui Christianam classē dissipasset. Dixi Neptuno potius id honoris præstandum fuisse, nimios eorū animos ulciscenti, qui ausi fuissent eo tēpore, quo maria clauduntur, nauigare. In iure nostro proditū est, eum qui tali tempore nauem trans mare mittit, si periclitetur, in culpa censerit. Fl. Vegetius ex die III. Iduū Nouembris, usq; ad diem VI. Iduū Martij maria claudī attestatur, propter geminatam eo tempore maris sauitiam. Gratiani Imp. constitutione à Calen. Octobris in Cal. Apriles, omnis nauigandi necessitas suspenditur. Apud Scæuolam Stichus mutuat Callimacho præstatq; periculum nauis, dum tamen intra Idus Septembres Brentesio solueret: nimirū id agens, ut anteq; maria clauderentur, posset nauis tuto reuertī: qd cum minimè præstitisset Callimachus: responsum est, pœnam esse cōmissam. Et ideo apud Scæuolam dum dicitur, sed cum ante Idus scriptas: legendum est, sed cum non ante Idus &c. adiecta negationis particula, quæ si nō adsit, omnē sensum peruertit. Appellauit autē Scæuola Brentesium ex græca cōsuetudine, quod nos Latini Brundisium, quod in ora Adriaticæ maris est: hocq; nomē habet, qd prospicientibus formæ capitis cerui ostentat: Messapijs enim illis ueteribus, seu Apulis, Brentium cerui caput significabat, ut Seleucus lib. linguarum 11. attestatur. tametsi alij ut Stephanus ait, à Brento Herculis filio dictū malint. Vnde & Italiam quādoq; Bretiam dictam, antequam Oenotriæ nomē acciperet, autor est Antiochus. hinc & lingua Brettia Aristophani, μέλαινα δεινὴ γλῶττα Βρεττία τῆλυ. hodieq; populi Brutij.

g. l. qui petitorio. in fin. de rei uend.

h. l. iij. c. de nauis frug. lib. xi.

i. l. qui Romæ. §. Callimachus.

Gemina pietas quæ sit Vlpiano, quid Germana: itemq; de prouincia Germania quædam non uulgaria. CAP. XX.

VLPianus, Si eū quis retineat filiū, quē nō habet in potestate, plerunq; sine dolo facere uidebitur: pietas enim gemina efficit sine dolo malo retineri, nisi euidens dolo intercedat. Existimaui quandoq; conuptum hunc locum, & non Geminam, sed Genuinā pietatem intelligendū, quasi naturaliter ingentam dicas: apud Ciceronē tamē duobus locis etiā Geminū hoc sensu legit, ut in oratiōe in L. Pison. Illud uerò geminū cōsilijs Catilinæ & Lentuli qd me domo mea expulisti. Idē in Partitionibus: Memoria literaturę gemina quodammo, & in dissimili genere similis,

kl. iij. de lib. ho. exhib.



Budæus tamē utroq; in loco Germanū legit. sed ueterum codicū autoritas stat contra: non quod Germanus, & hanc quoq; significatiōnem non habeat, id enim certius est, quā ut exemplis sit probandū, cum etiā ἐδελφός græcè eodem modo accipiā. Isocrati in panegyrico, Platoni, & alijs. Strabo Germanos populos hoc nomine à Rom. appellatos scribit, quod corpore, moribus, uitæ conuersatione Gallis esēt simillimi. Cor. Tacitus ita dictos Tongros, qui primi in Galliā transierunt, est autor, & eodem nomine uictos uictoresq; appellatos. Sunt & qui sic dictos arbitrentur, qd se in bellis mutuo fratres uocarēt. Plutarchus in Marij uita petiisse Cymbros τοῖς ἀδελφοῖς ἡρώων autor est, cum fratres appellarent Teutonias. Stephanus ex Aristotelis de admirandis libro, Germanā Celticam gentē esse scribit, in tenebris Septentrionis sitam. Mihi placet beati Rhenani opinio, qui patrio sermone ita uocatos autumat, quasi omnino uiriles, german, ἰσχυροί. & uerisimile est, qd posterius fuit Gar, prius dictum Ger. mutantur enim quotidie uocabula, quod maximē in ea prouincia factum, in qua uidemus, tot gentium duas tantū nomen antiquū seruasse, Sueuos & Phrisios, licet sedes non potuerint: tantum abest, ut prononciationem eandem seruasse sit uerisimile. Fuit certē tempus cum Gothia diceretur, & nos hodie uulgarī lingua Gothifcos, seu quod idem est Theodifcos uocamus: nam & ipsi linguam suam Theodifcam appellant, sicut Gotzonem, Thiedonē: quod & in Theubaldo, Theuberto, Theufcalco, similibusq; alijs dictionib. faciūt. Sunt tamen qui sic dictos, quasi Teutonifcos putent. sunt qui à Taurifcis Celtis, qui nunc Vri sunt. sunt qui à Tuifcone deo Manni patre, cuius meminit Tacitus. Significat Mannus sermone germanico, quod Adam Hebræo, nempe hominem. Sed priorem sententiam ego probo, nec ualde eorū curam laudo, qui uetera Germanorum nomina secundum nostræ atatis prolationē corrigant: cum constet, libros eorum sermone supra d. annos scriptos nunc non posse intelligi. Ego illud amplius arbitror, si hodie orantem Ciceronē audiremus, fore ut uix à quoquā intelligeretur: tanta prononciationis ipsius, atq; accentuum mutatio facta est.

*Quomodo intelligendū uulgare illud, Quāto iuniores, tanto perspicaciores. CAP. XXI.*

**P**Rouerbiale est apud nos carmen, Esto aduocatus iuuenis, & medicus senex. Quod enim experientia maximē, & rerū usū pollere medicum oporteat, senectam etatem plurimū in hac arte pollere est creditum, cum alioquin imprudentis sit uiri, salutē suam tyroni credere, qui in tanti momenti re periculum artis suæ faciat. At in aduocato aliud est: cum enim iudicium ad eum nō pertineat, sed duntaxat patrocinū, facilius studiorum laborem totq; peruoluendorū uoluminū curam

iuuenis sustinebit: accendet illum & gloria, quā hæc ætas maximē affectat. Addit Accursius<sup>2</sup>, ex Prisciano, ut opinor, Quanto iuniores, tanto perspicaciores: quod, ut aliquid sentiunt, iuuenilis ætas capessendæ doctrinæ sit aptior, & memoria magis fida: quod Aristot. in Problem. sentit. At alij, ut Imol. Atq; Alex. ideo perspicaciores esse iuuenes interpretantur, quia cum aliorū opera uideant, facillimē inuentis addunt. Audiuī non semel conquerentem, & tantū non lachrymantē pro suggestu Charolū Ruinū, quod moderni (sic enim dicebat) dictata sua compilarēt, paucisq; additis pro suis inuulgarent. Sed uetus est id uitiū, ut Plinius in procemio naturalis suæ historię tradit: & oportet adeo excellere professores, ut habeant etiam quod alijs donare possint, id est, ut Tibullus ait,

*Et domino satis, et nimium furij, lupog.*

Vliermus Speculator quamuis maximus Iuriscōsultus, tamen alienorū operum suppilator maximus fuit, quorū tamen autores nec nominat quidem: latuissentq; eius furta, nisi Io. Andrea retexisset, quāuis & ipse hac non careat nota. Scribit Albericus edidisse pro sua summulam de matrimonio, quæ tamē cuiusdam Io. Anguisolæ fuit<sup>b</sup>. Dies me deficeret, si huius rei omnia exempla referre uelim. Ego non uideo quæ perspicacitas in ijs esse possit, qui aliena paucis mutatis pro suis edunt: ideoq; Imol. & Alexātri interpretationem simpliciter intellectam non probo: probabilius est, id ad Aristotelis sententiam referendum esse, quam sub finem secundi libri ἡ ἐλέγχων scripsit: Omnium artium principia tenuia fuisse, nec statim ad consummationē eas esse perductas: sed alijs atq; alijs subinde addentibus diligentiusq; perscrutantibus, tum demū id factū, οἷον ἐκ ἀσθενῆς ἦν ἡ μέρῃ τοῦ ἀγαθόντων. Ego tamen arbitror, tot posteriorum interpretum cōmentationes plus detrimenti iuri nostro attulisse, quā auxilij: ut de Doctoribus dici possit, quod ueteri prouerbialiq; carmine de medicis traditur: id extat in Iambis diuersorum autorum,

*πολλῶν ἰατρῶν ἔσθ' ὁ μὲν ἀπώλεσεν.*

*Me multitudo perdidit medentium.*

Ad quod carmen alluisse uidetur Plinius libro XXIX. cap. I. Hinc illa infelicitis monumenti inscriptio, Turba se medicorum perijisse. Dion Calsius autor est, morientē Hadrianum dixisse illud in populo uulgatū, Turba medicorū principem neci dedit: quod ad parœmiographos addendum.

*De relationibus: quodnam sit ius quintæ relationis apud Iul. Capitolinum. CAP. XXII.*

**E**St apud nos nō incelebris rubrica de Relationibus, cuius talis est ratio, ut quoties iudex principi uel maiori magistratui causam aliquā refert, ut instruat, quemadmodū ius dicere debeat<sup>c</sup>, uel rem ipsi maiori iudici finientem relinquat, quod quibusdā casibus permittit<sup>d</sup>, cōsultationis exemplū apud acta parti-

<sup>a</sup> gl. Gallus in prin.

<sup>b</sup> Alberic. diction. uerbo, matrimonij causa. Old.

<sup>a</sup> l. fin. C. ut lite pend. l. causas. C. de transact.

<sup>b</sup> auth. hoc nisi. C. de solut.

<sup>c</sup> l. à diuo. §. ij. de re iud.

<sup>d</sup> l. cum quæ. §. iudicib. de iudi. in Auth. de iudicib. §. ult. d. in Auth. ut in di. non exprec. ubi not.

partib. edat, ut refutatorias preces dare possint. Fit & relatio, quā in Senatu Consules faciebant: quod ius ad Senatū referendi, consulum tantū, & eorū quibus Senatū cogere licebat, fuit, cum rem decernendā deliberandāq; proponebant. Cæsar: Aegrē Consulib. impetratū est, ut literæ in Senatu recitarent: ut uerò ex literis ad Senatū referre impetrari non potuit. Referūt C o s s. de repub. dixit Marcus Iulius, Non oportere antē de ea re ad Senatū referri, q̄ delectus tota Italia habitū essent & c. Cic. epist. i. Lupus Trib. pl. quod ipse de Pompeio retulisset cōtendere cœpit. Dicimus autem, Referre ad Senatū, Ferre ad populū: cuius locutionis plena sunt Sallustij, Liiij, cæterorum antiquorū uolumina. In formula dignitatis Imperatoriæ Vespasiano concessæ, quæ etiam nū marmorea in mensa Romæ ad Lateranū extat, id caput legit: Vti ei Senatū habere, relationem facere, remittere, S. C. per discessionē facere liceat, uti licuit diuo Augusto & c. Est & ius quintæ relationis, qd à Senatu Imperatoribus tribuebatur. Iul. Capitolinus in diui Marci uita: Tribunitia potestate donatus est, atq; imperio extra urbē proconsulari, addito iure quintæ relationis. Idem in Pertinace: Patris patriæ nomē recepit, nec non simul etiā imperiū procōsulare, nec non ius quartæ relationis, quod omnis loco fuit Pertinacæ. Egnatius eo loco id ius interpretatur, uti quinquies de re iudicata & perfecta referre ad Senatū possent, æquē ac si nihil iudicatū adhuc foret. Quam sententiā non satis probo. Atqui maximū ius Cæsarū in eo est, quod rescindere rem iudicatā semel ualeāt<sup>2</sup>, quid opus est quinquies uariare: Probabilior fortē est interpretatio, si id ius esse existimemus, ut ab eorum sententiā nulla sit prouocatio: cum enim nemini liceat tertio prouocare, si aduersarius meus bis obtinuerit, & ego tantundem, consequens est ut ultima sententiā, quæ in hac causā quinta erit, executionem habeat. Erīt ergo ius quintæ relationis, perinde ac res iudicata: Ius uerò quartæ relationis, de quo adhuc semel cognosci potest, & alius superior magistratus adiri. Vnde cum per errorem Pertinacæ nō quintæ, sed quartæ relationis ius concessum fuisset, habitum est id omnis loco, tanquā nō ipse supremus iudex, sed alium maiorem esset habiturus, nempe Sept. Severum, qui eum uicit: qua tamen in re amplius deliberandum uidetur.

*Quomodo obætorum bona in solutū dari debeant: & declaratū, quid sit in uacū pendere apud ærariū Traquilli locus. CAP. XXIII.*

**I**vre nostro, si quis debitor pecuniā in numerato nō habeat, unde satisfacere possit, ne carceris tædio afficiat, in solutū bona dare potest<sup>b</sup>. sic & quoties rei iudicatæ sit executio, ubi mouentia nō adsint, ad immobilium uenditionē porriguntur manus<sup>c</sup>. Apud ueteres, qui fisci debitores erant, interim dum eorum bona uanirent, cognoscereturq; quantū

ex eorū bonis redigi posset, apud ærariū pendere dicebant. Suet. in Domit. Reos qui ante quinquenniū proximū apud ærariū pependissent & c. Idem in Claud. Postremo etiā sefertium octogies pro introitu noui sacerdotij coactus impēdere, ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cum obligatā ærario fidem liberare nō posset, in uacuum lege prædiatoria uenalis pepēderit sub edicto præfactorū. Risi grammaticū ibi interpretantē, se in iure nostro annotasse, eos qui non essent soluendo, sublimi loco altero tantū pede subnixos pendere solitos: unde argueret, nihil prædiorum atq; fortunarū superesse illis, adeo ut nec utrūq; pedem figere in suo solo possent: idq; esse, quod Tranquillus In uacū pendere dixerit. Atqui huiusmodi somnia haud quā in iure nostro leguntur: & Tranquillus In uacuum dixit more græco ἐς κενόν, pro frustra: sicut & dicimus ἐς κενόν, pro cōmode: ἐς δ' εὐρον, pro opportunē: ἐς μέγα, pro ualde: ἐς κενόν αὐτῶν τῶ ἐγκλίρω, & si qua similia à grāmaticis annotata. Cum ergo octogies sefertium, quæ summa est nostratiū aureorū c c. millium, promississet Claudius (Dion lib. LVIII. fuisse ait myriadas c c l.) diu fuit à præfectis ærarij uexatus, cum tamen lege prædiatoria, id est, lege qua prædia in solutū dentur, frustra id fieret: quia ex eius prædij nō potuit ea pecunia redigi. Si in interpretatione alicuius legis ita errasset Accursius, dij boni quid non in eum dixissent hi literatores: at sibi parcunt, cum tamen in uoce grammatica explicanda, id est, in arte sua peccauerint.

*An pupillaris substitutio uulgare contineat aduersus matrem in distincte. CAP. XXIII.*

**F**Vit olim magna controuersia inter L. Crassum & Q. Mutiū, an pupillaris substitutio uulgarem contineret. M. Cicero oratione pro A. Cæcinnā: Ornate & copiose L. Crassus homo longē eloquētissimus iudicio centumuirali hanc sententiā defendit, & facile cum contra eum prudentissimus homo Q. Mutius diceret, probauit omnib. M. Curiū, qui hæres institutus esset ita, mortuo filio posthumo, cum filius nō modo nō mortuus, sed ne natus quidem esset, hæredē esse oportere. Quid: uerbis hoc cautum erat: Minimē. Quæ res igitur ualuit: uoluntas & c. Verūm hodie lis hæc est aperte dirempta ex diui Marci & Veri constitutione, qua cautum est, qui in unum casum substituit, in alium quoq; uideri substituisse<sup>d</sup>: sicq; omnis illa altercatio ueterum est sopita. Sed quid hoc refert, si alia exorta est, quæ adhuc ueterē excitat, augetq; Dixerūt nostrates interpretes, nō esse constitutioni locū, cum mater pupilli superstes est, nec enim tacita substitutione ab hæreditate filij eam excludi: hincq; longa disputatio est, quāne tacitam substitutionē, quam expressam censeamus. Extenderūt alij hunc matris fauorē etiam cum de patris hæreditate tractatur, id est, cum ex uulgari tacita succedendū

<sup>d</sup> l. iij. de uulg.

1. f. C. de insti.  
 & substit.  
 l. precibus. C.  
 de impub.

est, quæ hæreditas mariti ad uxorem nõ nisi post agnatos cognatosq; pertineat. At alij rursus protulerunt ad fideicommissariã, ut substitutio quæ alioqui directò facta filio erat, favore matris in precariam flectatur. quæ omnia tot tenebris substitutionũ materiam ex se alioquin clarã & facilem, inuoluerũt, ut ad hanc diem centum millia uersum hac de re scripta habeamus, ubi alioqui sola pagella sufficeret. Non disputabo hoc loco, nec eorum rationes diluam, quòd à me maioribus uoluminibus factum est.

*Rationem notarum numeralium non rectè à*

*Prisciano Grammatico traditam: & aliquot Cicero-  
 nis, & Plinij loca explicata.*

CAP. XX.

**E**Dixerat Iustinianus de ueteri iure enucleando, ne quis leges nostras per captiones signorũ, & compendiosa ænigmata scriberet, etiam si numerus librorum aut quid aliud significaretur, sed sola literarum consequentia. Quod ideo edictũ ego arbitror, quia habebant antiqui certas notas quibus potissimum in legibus utebantur, unde potuisset in earum interpretatione uaria oriri altercatio. Vulgatus est huius argumenti liber Valerij Probi, non incuriose factus. Scribit Dion libro LV. inuenisse primũ Meecenatem quãdam literarum notas, quibus celeberrimè scribi posset, easq; per Acilium libertũ publicasse. Extat Prisciani Grammatici libellus de numeralibus notis, quibus etiam earum rationem reddit: nempe V, quinq; significare, quia quinta uocalis est. X, decem, quia decima est consonans apud Græcos, uel quia post V, apud nos sequitur X. at L, quinquaginta, quia Græci ueteres pro hoc numero N scribebãt: succedit autè apud nos eius loco L, unde pro Nympha Lympham dicimus. Centũ autem per literã C, à qua incipit. Quingenta per D, quæ post C proximo loco sequitur. Mille secundum Atticos per X græcum, sed circumscriptis lateribus (X) ut à denario numero differat. Sed grammatici huius hac in re sententiam ego nunquam probaui, ut quæ nec uerisimilis sit, nec probabili ratione nitatur: meminĩ me adhuc adolescente scripsisse Benedictũ Iouium V. C. L. elegantem paraphrasim, qua hæc Prisciani traditiones non sine risu confutaret, atq; prosterneret. Credendũ itaq; non à Græcis, sed ab agricolarũ tesseris

D. ANDREAE ALCIATI  
 R E R G O N

numerarias hæc notas usu acceptas: hæc q; uetustissimam, etiam ante repertas literas, rerum demonstrandarum rationem fuisse: nam agricolæ unica crena surculo impressa unitatem notauerũt: deinde ne tot unitatibus oculi insipientium fallerentur, duas lineas hac specie V, ab inferiore parte coniunxerunt, ut quinq; significarent: rursusq; totidem transuersas X, quibus denarius numerus representaretur. ijdem unam deinde transuersam cum dimidia inciderunt hoc modo  $\wedge$ , quæ quinquaginta significaret: fuitq; diu hæc nota longæ literæ, quã L uocamus: unde in antiquis marmoribus nõ uno in loco reperitur ea figura esse descripta: ut meritò Plauto in Aulul. Longam literam facere, sit se suspendere: hæc enim nota qua antiqui utebantur, si millima est ligno prono, cui quis affixus sit  $\wedge$ . cum uerò ad centenarium numerum peruenissent, eum denaria nota incisa, cõnexaq; illi priore ex parte unitate affixerunt, hoc modo LX. unde tertium quoq; quod in alphabeto est elementum sic LX antiqui effigiauerũt: uisunturq; etiam hodie antiquissimi libri uel ante tempora Longobardorũ scripti, similib. notis. Sed & quingenta designare uolentes, quinquagenariam notam  $\wedge$  ab inferiore parte linea ducta iungebãt  $\wedge$ . mille uerò eadem ratione qua centum talæ imprimebant, nisi quòd ambæ transuersæ lineolæ utrinq; unitatibus clauderentur, hac forma LXI. quam recentiores expoliuere, & quibusdam amotis, ut ita dicam, fibulis, M fecere. alij uerò celeritatis causa sic depingebãt CIO, cui notæ quotquot apostrophos utrinq; adscripseris, tot decennaria addes: qua ppter hoc signo C CIO decem millia: hoc C C C IO centum millia: hoc C C C C IO decies centena millia significantur. qua scribendi ratione omnes ueteres utebantur, occurritq; frequentissimè in uetustissimis monumentis: & Cicero ubiq; sic scripsit, maximè actione in Verrẽ v. licet Iibrarij pro LXI, id est, bis mille, ubiq; coco scriberent: quod & in epistolis ad Atticum fecerunt: quo modo Linius quoq; scripsit, licet plerunq; incuria librariorum corruptus circumferatur. Sic & Plinius, exempli causa, lib. III. cap. v. Vniuersæ Italię ambitus à Varo ad Arsiam LXI, M. pass. CVIII. effici: at

Impressores pro tribus millibus,  
 X X X. millium fecerunt.

DECIMI LIBRI PA-  
 FINIS.

ILLVSTRIS.

Illustriss. ampliss. q; P. Othoni a Truchsen, S.  
 R. I. Hæredit. dapifero, Baroni Vualtpurg, Augustæ Vindel. Episcopo, & S. R. E. Cardinali,  
 Francisc. Alciat. I. C.  
 S. P. D.



**U**O felicissimo tempore per illustris amplitudo tua, nostri huius Ticinensis Gymnasij clauum tenebat, & Reipub. nostræ literariæ gubernacula traclabat, tanta autoritate, magnificentia, liberalitate rexit, tantusq; nominis tui splendor eluxit, tanta sublimium uirtutum tuarum claritas refluxit, ut omnium Gymnasiarcharum, qui post homines natos unquam fuerint, futuri ue sint, luminibus obstruxerit, fumamq; longo supererit interuallo: ob idq; meritò insignis ille inclyti Magistratus tui annus inter magnos sit relatus, maneatq; etiam nũ, & omni uenturo seculo mansura sit sempiterna illius memoria. Quæ res ad eò in tui admirationem & obseruantiam traxit clarissimum illũ Iureconsultum Andreã Alciatum, ut quod ex scriptis suis pulchrius, atq; luculentius tunc apud se habuit, celeberrimo nomini tuo eleganti præfixo elogio dicarit: nempe tres illos Parergon libros, multiplici rerum abstrusarum uarietate & omnifariæ doctrinæ copia refertos. Quibus septem alios deinde sub eiusdem nominis tui auspicijs addidit: quo tempore augustior dignitas tua affecta est, Augustanæ ecclesiæ Pontificatus meritis tuis delati accessione. Et quia illud scribendi argumentum tam fusè lateq; patebat, ut indies cresceret, & noua superfœtura iam editos partus auget: factum est, ut dum uixit, duos alios adiunxerit libros, plures etiam scripturus, si uitæ longioris commodo frui potuisset. Sed sic, quantum uideo, erat in fati, ut hoc eximium atq; focundum opus se contineret intra duodenarium librorum numerum, quem diuinæ gratiæ ac perfectionis esse, rebusq; excrescentibus propriè conuenire proditum est. Hos autem posteriores libros cum ego, cuius hæc erãt partes, in præsentia foras edere statuissem, tuæ potissimum amplitudini dedicare uolui, ut finis ad eundem referatur, cui initium mediumq; tributum est: æquum enim id fuit, & sedulo à me præstandum: ne quod solidi iuris tui erat, per iniquè cum alijs communicasse uiderer. Quod & eò lubentius feci, ut hoc oblato munusculo, quod ex Alciati hæreditate mihi obuenit, te ipsum demererer, gratiamq; tuam mihi conciliarem. Quam cum summam apud te Alciatum ipsum inisse sciam, quandam in spem uocor, fore, ut eiusdem quoq; partem aliquam mihi libenti animo impartire nõ dedigneris. Ego uerò magnum quoddam consecutus uidebor, si in gradum quantumuis postremum dedititorum tuorum coniectum me intellexero. Ea enim est celsitudo tua atq; sublimitas, ut quilibet meæ conditionis uir, magni honoris loco deputare debeat, & inter deorum munera recensere, si tuorum clientum deutorum numero fuerit adscriptus. Tu certè magnam Christiano in orbe existimationem auctoritatemq; indeptus es, cum totis contendisti uiribus, ut pestiferæ illius seclæ contagio, quæ à paucis initio profecta, latius in Germania manauerat, cohiberetur, & funditus comprimeretur, omnesq; tam principes, quàm Respub. & priuati homines illa infecti labe in orthodoxam redirent uiam, idq; exactè in tui episcopatus Augustani diocesi effecisti, cum omnibus hisce impijs profanisq; hominibus eieclis, propulsatis, et ab eorũ manibus præsulatus tui administratione feliciter recuperata, admittente maximè CAROLO V. Augusto in pristinum Christianæ religionis cultum omnia restituissti, & S. S. R. Ecclesiæ ritus antea fœdè conculca-



ros reuocasti: pios sacerdotes suis ecclesijs, ecclesias suis reddidisti sacerdotibus: ut merito ob tam egregiam pro fidei nostrae tutela nauatam operam PAVLVS III. Pontifex Max. in Senatum Galeritorum patrum te cooptarit, ad alios quoque excelsos honorum gradus & Caesar ipse augustus euexerit. Quas ob res aucta est mirum in modum gloriae tuae fama: sic ut dubium facturus sis, plusne Diuus Simpertus, & Hartmannus praedecessores tui Augustanae ecclesiae contulerint: quorum alter comitatu Dillingen. eam adauxit, alter eius fines longe lateque propagauit: an tu magis extuleris, cum suu illi antiquae probataeque religionis decus recuperaueris, summos honores, summas dignitates addideris: et primus (si Petrum Scauembergen. excipiamus) purpureum latum clauum intuleris. Maeste igitur esto, uir augustissime, & substantiae amplitudinis tuae clypeo me quoque consistere ne renuas. Sic Deus Max. uotis tuis benigne annuat. Ticini octauo Idus Maij. M. D. L. I.

Franciscus Alciatus lectori Sal.

Non possum non summo opere detestari quorundam typographorum temeritatem atque audaciam, qui commentaria ad aliquot iuris nostri partes, olim ab Alciato publice pomeridiana hora profitente, recte quidem dictata, sed ab auditoribus perperam excepta, inuulgare non sint ueriti. Cumque ea ab indoctis scriptoribus uili aere redemerint, & non solum auctoris iniussu, sed ipso prorsus incio atque inuito ediderint, nihilominus impudenter etiam mentiti sint, sibi ab Alciato partim ultrò oblata missaque fuisse, partim prece ac precio extorta: cum tamen nulli unquam, licet enixè rogatus, & magnis inuitatus praemijs concedere uoluerit. Quinetiam iidem insynceri homines studiosis omnibus imposturam fecerint, dum falsò asseuerarunt integrè omnia & emendatè, ac ab ipso profecta archetypo publicasse: cum tamen pleraque mutila, deprauata, imperfecta praecipitarint: sic ut infinitis penè in locis nullus aptus sensus elici possit: & quae in iure nostro citantur loca, magno studioforum labore perquisita nusquam inueniantur: desintque non sola uerba, aut aliquot uersus integræ uel clausulae, sed decem, uiginti, & eo amplius quandoque folia. Plura etiam ac locupletiora in eiusdem argumētis elucubrata commentaria edenda supersint. Quae quia à me cōcinnantur, & dilucido ordine digeruntur, haec tamen publicè accipere nō potuerūt, breui tamē acceptura. Qua de re te opt. Lector admonendū esse putauī, ne posthac impostorib. illis chalcotypis facile credas: utque accuratè in posterū caueas, ne falsa pro ueris, adulterina pro legitimis tibi obtrudat: & eos dumtaxat genuinos Alciati factus, ac ueris eductos exemplaribus esse putes, quibus meum in praefationibus praefixum nomen legeris. Vale.

ANDREAE

ANDREAE

ALCIATI IVRECONSULTI PARERGON, SEV OBLITER DICTORUM LIBER UNDECIMUS.

Cur possessio κατὰ λέξον dicatur: & quid sit *κατὰ λέξον*: quid item Hyperocha. Et an appellatione Lapillorum comprehendantur margaritae: & quid de uitreis. CAP. I.



VM Pauli capitulum lib. LIII. ad edictū interpretarer, quo de acquirenda possessione agitur: dixi me admirari, cur tractatū illum ab etymologia sit auspiciatus, omīssa definitione, cum tamen M. Cicero semper à definitione incipiendū esse censuerit. Dixi tamen uideri eam definitionem ab eo appositam, quae κατὰ λέξον Victo rino Boethioque dicitur, cuius nos supra meminimus: ut possessio sit sedium positio, in re quae naturaliter ab eo tenetur, qui ei insistit: ideoque & Graecè κατὰ λέξον dicitur, id est, detentio. Licet enim κατὰ λέξον, & κατὰ λέξον, & alijs quoque modis Graecè appelletur: tamen Iurisconsulto placuit κατὰ λέξον dicere, quae proprie ad detentionem spectat, cum aliae uoces ad possessionem quoque proprietati iuncta pertineant. Est autem huius dictionis mentio in constitutione quoque Arcadij Imp. Nemo excusetur, quo minus ad καταλέξον uicem defectas possessiones suscipiat, tributa & canonem soluturus. Vbi Accursius diacatochian hospitale interpretatur. Ego muneris nomen esse arbitror, quo cogebantur uicini agros Reipublicae desertos suscipere colendos, sub certa pensionis canone. Apud Tryphoninum in Pandectis Florentinis non hypotheca legitur, sed hyperocha: uideturque hac uoce significari ius pignoris retinendi pro eo quod reliquum est, dimisso primo creditore. κατὰ λέξον uulgo supra plus dicitur. Subiicit ibidem Paulus, dominium rerum à naturali possessione coepisse: unde etiamnum gemmae, lapilli, margaritae, in litoribus inuentae, efficiuntur occupantis. Annotantque ipsi uerbis interpretes, Lapillorum appellatione non contineri margaritas, idque maxime in municipalibus constitutionibus. Sed quid si adulterinae sint aut uitreae? Et non uideretur absurdum, de ijs actū quoque censerī, si tamen ratio legis suadeat: nam & uitrum ex lapide fit: & apud Aristophanem in Nubibus appellatur lapis λίθον ταύτην εὐάρεστος τὸν ὑάδρον λέγεις. Extat non illepidus ad Trebellium Pollionem locus in uita Gallieni Imp. Vendiderat negotiator eius uxori gemmas uitreas pro ueris: qua de re indignata mulier, rapi ad poenam hominem procurabat. Mandauit itaque Imperator eum tanquam leoni obijciendum duci:

a l. de acquir. poss.

b l. quicumque. C. de om. agro desert.

c l. querebatur. qui pot. in pigno.

d l. si. s. species. de publica. ubi Barto. e l. iij. C. de uersit. olob. lib. xi.

deinde e cauea capone emisit: mirantibusque cunctis iussit per praconem pronuciari, Im posturam fecit, & imposturam passus est. Quo exemplo iudicis cuiusdam factum laudauī, qui cum edixisset sub poena equulei, ne quis sicam deferret: quandam cum sica lignea argentata ad illudendum apparatus inuentum, iussit ad usque equuleum duci, tanquam re uera eum torturus, deinde nil ulterius passum dimisit. Etenim certum est, gladij appellatione, ferreum, non autem ligneum, plumbeumue & innocuum comprehendī, qua de re & lib. de Verb. signi. II. disputauī.

Fera uulnerata an insequentis uulneratoris an apprehendens sit. Et quid in fera canibus fugata, aut occisa. Quid item sit Birsare. Quid in piscibus captis in alius cuius retibus. Et quid in ceruo domestico in nemore occiso. Et defensus Vergilius à Grammaticorum morsibus. CAP. II.

Adit eodem loco Paulus dominia à possessione coepisse, eo quoque exemplo probari, quod quae terra, mari, caeloque capiuntur, protinus eorum fiunt, qui primi possessionem apprehenderint. Vnde consequens est, ut si feram à uenatore uulneratam, quamuis eo insequente, ego interpretanderim, mea sit. Quod aduersus Trebatij sententiam receptum est. quia multa accidere potuerunt, ut eam uenator non caperet. Scribit tamen Accursius consuetudine Trebatij opinionem probari. Ego & Federici Aenobarbi constitutione id inductum scio: qui, ut est apud Radeuicum lib. III. cap. XXVI. cum in Italiam uenisset, inter caetera & hoc sanxit, ut si quis canibus leporarijs duntaxat feram fugauerit, nō fugantis, sed occupantis sit. Sed si lancea, uel gladio feram percusserit: quamuis alter occupet, non tamen eius sit, sed sauciantis. etenim uidetur quodammodo apprehendisse, qui, ut in carmine Vergil. est, iam iamque manu tenet, & premit hasta.

Subiicitur in ea constitutione, Si quis birsando feram scorpione, ballista, arcu occiderit, eius erit. Verbum illud Birsare, Latinum non est: significat autem collimare ad scopum: & hic enim casus summa aequitate nititur. Si enim occidit, nihil contingere potest, quin accipiat. Secus ergo si duntaxat uulnerauerit, & fugientem alius apprehenderit.

Sed finge, Aliquis piscator nassas labyrinthosque suos in flumine uespere tetenderat, deinde summo mane reuersus aemulum artis suae deprandit, qui castes euacuauerat, piscesque extraxerat, cuius erunt pisces? Et puto dominium occupantis esse: dandam tamen piscatori iniuriarum actionem aduersus eum, qui retia sua contrectauit atque aperuit: nec enim uidetur id licuisse. In flumine uero priuato non putarim denegandum domino, quin huiusmodi retia arbitrio suo abijciat. Sed pone, Clasiarij de nauī ad praedam exiuerunt, ceruumque in nemore inuen-

f l. v. s. illud. de acquir. rer. do min.

III

IIII

g l. in laqueum. de acqui. rer. domi. h l. iniuriarū. s. si quis. de iniur.

i l. diuus. in gl. de ser. rusti.

§. ceruus. insti tu. de rer. di. nif.

tum occiderunt: is ceruus domesticus erat, quamuis ipsi ignoraret: ad quem pertinebit? Et putarim domini esse, cum consuetudinem reuertendi domum retineret. Nec tamen ei actionem iniuriarum aliquam competere, cum probabiliter clausarii credere potuerint feru esse, & ideo iure gentium occupantis fieri.

P. Vergilius lib. VII. belli Latini initium huiusmodi casu contigisse tradidit: nec caruit hæc res Grammaticorum reprænsione, ut est apud Macrobianum libro V. Qui ut rudem puerilem hanc causam irrideret, & absq; exemplo à poëta confictam: atqui primi causa fuit, ut exteros agro suo arcerent, occasionem uero sic insultandi præstitit quidem ceruus, uerum animis iam à tartareo monstro concitatis. Laudandusq; est poëta, qui ex iure gentium hypothesim sumpsit, unde in utranque partem probabilis esset ambiguitas, & par hostium causa: Nec uerum est carere exemplo eam rem, cum Vlyssæi omnis laboris non ab similibus fuerit origo: nempe ut Homerus ait, quia boues Solis socij nauales confixissent, comedissentq;: *μηπίοι οί ηδ βός ιπερίωνος ηελίου, ηδιδιογ.* Sic Aristoteles civilis conuersationis lib. V. autor est, oriri certamina non pro parujs rebus, sed ex parujs ad magna peruenire. Aelianus autor est, Magnesium & Ephesijs, ut armis concurrerent, causam dedisse locustam. Sic Carnos cum Illyricis ob columbam belligerasse. Thebanos uero Aegyptios cum Romanis pugnassee, cum belli prætexus esset, occisus canis.

*Irenarchæ qui dicantur: quæ Notoria: quæ Irenicæ literæ, quæ Formate. Quis item Eranarches sit, & declaratus Homeri locus.*  
CAP. III.

A Pace, quæ Græce *εἰρήνη* dicitur, in iure nostro appellati uidentur Irenarchæ: quos ex epistola diui Pij constat præpositos fuisse latronibus capiendis, atque etiam interrogandis: non ut ipsi fumerent de eis supplicium, sed ut denunciarent præsidij, atq; ad eum noxios mitterent cum notarijs, id est interrogationum scriptura de consijs & receptoribus. Apud Eusebium Pamphili historix libro quarto traditur, Polycarpon ab Herode præfecto pacis, id est, Irenarcha, in uehiculum susceptum fuisse, & ad supplicium ductum, cum eius persuasionibus cedere nolisset, ut idolis sacrificaret. Sunt & inter magistratus municipales ij Irenarchæ, qui, ut Arcadius scribit, disciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiuntur, & munera personalia subeunt. Scribit Antoninus Imperator, quietis & pacis tutelam per singula territoria hos procurare, & à decurionibus iudicio præsidis idoneos nominari. Nomen habent, ut dixi, à pace, quæ *εἰρήνη* dicitur: quamuis & quandoq; nomen propriu sit, ut in carmine *ἀδύλων* lib. Epigr. II. in episcopu, cui concubina erat, hoc nomine.

b l. diuus. de cust. reor.

c l. ea quidem. C. de accus.

d l. j. C. de Iren. li. x.

e l. i. de iur. d. i. l. i.

*τὸς δ' ὄναρ πᾶσι, ἢ μὲν ἐνδὸν ἔσται; Adueniens pacem populo dat episcopus: ecqui Dat populo clausam, quæ tenet ipse domi.*

In concilio Antiocheno cap. LX XI. legitur, Nullum *ἀνευ ἐπιτοκῶν* peregrinorum clericorum suscipi oportere: ubi Irenicæ literas, pro commendatijs epistolis episcopi sui accipi oportet, quæ alibi *ουσαλῆγη* appellantur: & ueteres alio nomine formatas uocabat, quod eiusdem formæ omnes essent: unde & Suetonius Tranquillus Formalem epistolam Domitiani uocat, cuius exemplo ceteræ scribebantur. Sanè Eranarches *ἄρ τὸ ἐράνη*, id est à contributione dicebatur, qui uulgo Collector appellatur: id est, qui exigit tributa à ciuibus. Vnde iocus Diogenis Cynici, ut est apud Laërtium, qui dixisse eum *πρὸς ἐράνην* ait, cum tributum posceretur:

*τὸς δ' ἄλλος ἐράνην ἄρ δ' ἔκτορ ἔχειο χεῖρας. Exigito ex alijs, sed contine ab Hectore dextram.*

Homeri est carmen Iliados, supposito uerbo *ἐράνη*, pro *ἐνάρι*, id est armis spoliatis, quæ locum non uidetur interpret intellexisse, qui Eranarchem ægrotantem transtulit: nisi corruptum sit exemplar impressorum uitio.

*Sycophanta quis dicatur: et restitutus Plautii locus, quis item sit Kalophanta, Hydrophanta, Hierophanta: & de mulieribus Hierophantibus.*  
CAP. IIII.

Cum iudex interlocutione sua, nec causa cognita, dixisset, Sycophanta es: rescriptit Gordianus Imp. non uideri infamia hominem notatum: interpretaturq; Accursius Sycophantem esse improbum litigatorem. Ego potius calumniatorem, qui de re pusilla magnas necit trichas: sic enim Atheniensibus dicti sunt, qui de ficis subreptis aut exportatis quandoq; accusabant, ut Plutarchus tradit, *παρὰ τὸ οὐκὰ φαίνεσθαι*, quod in apertu referent, detegerentq; ficos. Plautus Curcul.

*Aedepol nugatorem lepidum lepidè hunc nactus Phaedromus: Kalophantam an sycophantam magis hunc dicà nescio.*

Sunt autem ij uersus trochaici septenarij hypercatalectici, sic legendi, ut in antiquo meo est codice: tamen Festus & Nonius Halopantam legerint: quoru sententia non iniuria displicuit Paroemiographo. Videtur hoc nomine appellari qui in speciem appareat bonus, cum sit malus: quales Græci *καλοπῶλης* uocant. Sunt & non absimili uoce Græcis Hydrophantæ dicti, qui aquarum scaturigines perquirunt, siue irrigandis agris, siue potus causa. In collectaneis rei rusticæ, quæ studiosus aliquis ad Constantinum Cæsarem misit, lib. I. cap. V. extat Democriti locus, ubi aquæ inquisitionem appellat hydrophanticam, *ἄρ τὸ φαίνεσθαι τὸ ὄναρ*. Eadem ratione & Hierophantæ dicti, qui de sacris concionarentur, & ea in apertum deducerent: unde & mulieres hierophantriæ in antiquo tumulo Romæ: Fabiæ Aconix Paulinæ, F. Aconij Catulini

e 71. distin. c. su.

f c. extraneo. eo. tit.

g l. uerbum. C. ex quib. caus. infam.

h Eras. Roter. Chilia. s. Centuria I. Adag. lix.

V. C. ex

V. C. expræf. consul. ord. uxori Vecti Præxtati V. C. præf. & consulis designati sacratæ apud Eleusinam Deo Iaccho, Cereri, & Core: sacratæ apud Lernam Deo Libero, & Cereri, & Coræ: sacratæ apud Aegynam deabus Taurobolix & Ilicæ.

Hierophantriæ deæ Cereris.

*Verà ne sit eoru sententia, qui testes in accessorijs tantum contrarios fidem nihilominus facere crediderunt. Et an Susannæ historia pro uera sit recipienda.*  
CAP. V.

Butr. cap. 2. de regula. Alexã. consi. 32. 2.

Quiforensibus negotijs operã dant, uulgare quoddam Antonij Butrij dictu memoriter tenent, & in ore plurimum habent, quo traditur, Testes qui uel in modica aliqua re, uel in appendicibus seu accessorijs rei mutuò aduersantur, fidem nihilominus facere: nec ideo falsi suspectos esse. Sed aduersus hanc sententiam ego sic argumentari soleo: Si id uerum esset, nõ rectè Daniel seniores illos in Susannam testes iudicio suo condemnasset: quorum alter sub primo, id est, illice, alter sub schino, id est, lentisco stupratam afferebat. Etenim sub qua arbore id factum esset, non multum ad rem pertinebat. Hieronymus potuisse defendi sentit: quia apud Gregos utraq; arbor eandẽ habet etymologiam, ut à *χίνω* scissio, à *πρίνω* sectio siue serratio dicitur. Sed secundum superscripta tutior fuisset Butrij defensio. Ipse tamen cum Hebræis codicibus sentio, illam omnem Susannæ commemorationem commentitiam esse, quod & ferè credidit Hieronymus. Nec me mouet Claudiani poëtæ carmen,

*Sic tibi det uires sancta Susanna suas.*

Quia non ideo sequitur historiam ab eo probari: & ut ita sit, haud quaquam magnæ fidei hac in re est is autor, quem P. Orosius & P. Diaconus nõ Christi militem, sed paganum fuisse in rebus Theodosij tradiderunt. Ego, quia in eius carminibus pleraq; sunt ad Christi cultum pertinentia, malim existimare utrunq; (quod prouerbialiter dicitur) & neutrum fuisse.

*Emendatus Iustiniiani locus in l. ij. C. de uer. iur. enucl. Et quid apud eum significet *κατὰ πόδα*, id, iuxta pedem.*  
CAP. VI.

l. ij. C. de ueter. iur. enucl. s. penul.

Quam disertè Iustinianus noster, ne quisquam commentaria in leges scriberet, nisi tantum si uelint eas in Græcam uocem transformare sub eodem ordine, eademq; consequentia, sub qua uoces Romanæ positæ sunt: hoc quod Græci *κατὰ πόδας*, dicunt, id est ad pedes, seu iisdẽ uestigijs: ut id significetur, quod M. Cicero in oratione pro P. Sextio, In uestigijs stare, dixit. Diogenianus puerbium refert, Nemelis *κατὰ πόδας βαίνω*, id est uestigijs inhæret. Ego tamen in antiquis codicibus obseruau scripsisse Iustinianium singulari numero *κατὰ πόδα*, id est, iuxta pedem: placetq; mihi magis hæc lectio, ut alluserit ad car

men Platonis Comici, cuius meminit Suidas, *ὡς ὅτι μοι τὸ χεῖμα ὄρετο τὸ πόδα.*

*Res ista nostrum maximè ad pedem facit.*

Vt metaphora sit à calceo ducta, qui accomodatissimè singulos articulos pedis exprimat: qua de re extat scitissimum Pauli Aemilij dictum, cuius Plutarchus *ἐν τοῖς γαμμοῖς παρὰ γαμμοῖς* meminit. Is cum uxorem locupletem, formaq; conspicuam, atq; pudicitia insignem repudiasset, hocq; nomine ab amicis castigaretur: protenso calceo, Et hic, inquit, nouus est, & pulcher: nemo tamen uestru nouit, ubi me premat.

*Varix significationes Manus: & de matrimonio quo uxor in manu uiri conueniebat. Itemq; de nuntiatione quæ per manum fit: & quæ dicantur manus Verris apud Ciceronem: quæ Sinistræ Catullo: & plures loci eiusdem Catulli emendati, qui antea corrupti circumscribantur.*  
CAP. VII.

Nonnullæ sunt in iure nostro Manus significationes metaphoricæ acceptæ, quæ etiã alijs autorib. sunt cõmunes: ut cum Papinianus, Quod per manus, inquit, traditum est, codicillis hæreditatem dari non posse, &c. Et alibi, Mulier ab eo, in cuius manum conueniebat stipulata fuerat C. C. &c. Intelligit autem de ea specie matrimonij, qua uxor in manum uiri conueniebat, ut est apud Ciceronem in Topicis. Quæ species cum hodie exoleuerit, meritò nostrates pro dictione Manum, Matrimonium, substituerunt. Caius quoq; I. C. Plerunq; plus in manus pretio, quam in re est. Quo loco manus pro artificio accipit: sicut apud Iulium Solinum, Eades manus Dædali ostendebat. Modestinus: Quærebatur an propter emissam manum ab eis agere possent. Quo loco manum intelligit cautionem eorum chirographo scriptam. Est & Nuntiatio Vlpiano quæ per manum fit, id est iactu lapidis: quæ uidetur inducã esse, ne quis uim armatam adhibeat: estq; ex quadam ueteris iuris imagine orta, quo iure manu confertum res repetebantur, ut est apud Gellium.

Huc pertinet etiã Manu iniectio, quæ quandoq; ex pacto cõpetebat, nihilq; aliud significat, quam facultas propria autoritate utendi. Hinc & Mittere manu, unde Manumissio: & Agere in manum, id est potestatem: unde Mangones sunt dicti. Est & celebris ille loquendi modus, cum quid dicimus Manu breui acceptum à muliere & marito datu: id est per compendium, & uitato circuitu. Est & Adoptio tribus manibus, de qua supra lib. IIII. satis scripsi. Et in iure pontificio, Affirmatio septima manu propinquoru: id est, cum VII. domestici iuramentum credulitatis præstant. Cicero in Verrẽ, Manus Verris, appellat eius emissarios, qui pro eo prouinciam prædabantur. Sic Catullus, *Porti & Socraton duæ sinistræ Pisonis.* Sinistram appellans, quod hac manu potissimum furta fiebant, dum dextra simulant ali-

c l. quod per manus. de iur. Cod. d. l. ex eo. §. j. de uerb. oblig.

e l. mulieris. de uerbo. signi. l. qui insulam. §. qui eadem. loc.

f l. quidam. de prob.

g l. de pup. §. meminisse. de oper. noui nuntiat.

h l. pen. de ser. expor.

i l. manumissio. nes. de iust. et iur.

k l. mercis. de uerbo signifi. l. l. licet. de iur. dot.

m 33. q. 1. cap. 2.



quid aliud agere. Plaut. Perfa: Vbi illa altera est furtifica Leua? Ouidius Metamorph. 13. Conueniet timidae nateq; ad furti sinistrae.

Idem Catullus, in Asinium:

Inter coenam Asini manu sinistra Non belle uteris in ioco atq; uino. Tollis linthea negligentiorum.

Inde apud eundem Sinistra liberalitas, in Epigra. in Caesarem, quae ex furtis & concussio- nibus facta est:

Quid est aliud sinistra liberalitas? Sic enim legendum, non aliud: cum epigramma illud totum ex integris iambis constet. Veteres autem Alid, dicebant pro Aliud, ut est ubiq; apud Lucretium: sicut Alis, pro Alius. Catullus ad Hortalum:

An ne nouum oblita es facinus quo regum adeptas Coniugium, quod non fortius ausit alis?

Nec enim auis est legendum ut uulgo isti emendarunt. Sanè & in eodem epigrammate in Caesarem sunt plurima librario- rum uitio corrupta, quae tamen ratione syl- labarum deprædandi & agnosci possunt: ut il- lud, Habebat cuncta: imò Habebat ora & ultima Britanniae. Et illud, Ut ista uestra: imò, Verpa: nec enim in Caesarem adeò inuehitur sicut in Mamurram. Item illud, Paterna primum: imò, Prima. Et illud, Hunc Galliae timent: imò, Teruntur, hincq; Galliae & Bri- tanniae: pro expilantur & diripiuntur post consumptas prædas. Et rursus, Nisi cuncta: pro, Vncta, siue Vsta. Difficilius illud ultim- um, Eò ne nomine urbis opulentissimæ: ubi tribrachus est in quarta sede, & spondeus in quinta: fortè legendum est, Urbis oppli- tissimæ: sicut ueteres à deleo formabant sup- pinum delitum, penultima correpta, ut autor est Diomedes ex Varrone: ita uidetur ab op- pleo oplitum penultima breui: ut enim Ser- uius in lib. 4. Aeneidos ait, Verba secundae coniugationis habentia e, ante o, poterant tertiae quoq; apud antiquos esse. Vnde etiã- num Feruere, apud Vergilium legitur media correpta: Respondere, apud Manilium: Ful- gere, apud Rhennium Palæmonem: olere apud Plautum: qua ratione Caue, & Vale quandoq; ultimam corripiunt, qua tamen in re amplius deliberandum est. Cæterum Sin- istra etiam alio significatu accipi potest: ut cum in iure nostro dicimus, Oriri sinistram suspicionem: & apud Athenæum libro 13. δὲ δ' ἰδ' ἀφ' αὐτῶν ἀρῶν τῶν γράμματα μῦθοι. Quos mu- sae sinistras literas docuerunt. Et ex Ehip- po, In leuam partem linguam in ore gestas. Celebre est & illius professoris dictum, quo se philosophiae præcepta tradere dextra dice- bat: uerum auditores sinistra accipe- re: quod & nobis non semel conti- git.

a l. etiam. C. de don. inter uir.

Nepotes unde dicti, & quomodo iura suo- rum hæredum habeant: & quando posthumi alieni dican- tur: & defensio Liuius à morsibus Vallæ, itemq; Pomponius in l. ij. de orig. iur. CAP. VIII.

Nepotes dictos Grammatici existimant, quasi natos post filium auo. Ego uero potius, quia non erant potes, id est, non poterant auo succedere, sicut pater poterat. Etenim lege xii. tabularum licet ab intestato iura suorum hæredum haberent, quod non uno in loco Iustinianus tradidit: tamen con- dito testamento satis erat auo si filium insti- tuisset, qui primum locum tenebat: nec nepotè deinde ullum erat remedium ut aduer- sus eas tabulas audiretur. Quod cum ini- quum deinde uisum esset, lata est lex Velleia ijs uerbis: Si quis ex suis hæredibus suis hæ- res esse desierit, liberi eius, & cæteri in eius locum sui hæredes succedunt. Ante enim eam legem successorio edicto locus nõ erat. Remanentq; eius rei etiamnum aliqua reli- quia: unde iure nostro filius sub conditione casuali institui non poterat: & tamen nepos, etiam mortuo patre, poterat, quod & Ca- strens fatetur: cum non possint commo- de eæ leges ad eum casum restringi, quo pater eorũ adhuc esset in humanis. Nam & alibi Iustinianus disertè tradit, nepotem loco pa- tris ad rumpendum aui testamentum succe- dere ex lege Velleia: quod indicat non ex xii. tabul. esse: ut merito huiusmodi nepos, etiam si mortuo patre nasceretur, ipsi auo posthumi alienus dictus sit: quod scilicet iura sui tatis non haberet, ut ego interpretor: tamen alij ideo alienum dici credant, quia tempore testamenti primum locum non teneret. Hinc apud T. Liuium lib. primo, mor- tuo Demarato successit ex assè eius filius Lu- cumo, qui & Tarquinius Priscus fuit, exclu- so Egerio nepote posthumo ex Arunte præ- mortuo. Eademq; ratione factum, ut ipsi Pri- sco successerit filia, quam ex Tanaquile susce- perat, & eius gener Seruius Tullius in re- gnum, excluso Superbo, qui nepos fuerat, ut Dionysius Alicarnassensis scribit, & Lau- rentius Valla longa declamatione disputat. Quod si cum Liuiio magis censeamus fuisse filium, oportet non ex Tanaquile fuisse na- tum, sed ex Latinæ conditionis muliere, paucis antequam pater occideretur annis: ideoq; ei uxorem Seruij prælatam, quæ iure ciuitatis erat potior. Regnavit autè Seruius annos quatuor & triginta, ut est apud Euse- bium & Casiodorum, Eutropiumq; item & Bedam: licet mendosè in Liuij Codicibus additum sit decennium, & Superbo ablatum: diluunturq; hoc modo omnes Vallæ ratio- nes, quas ipse aduersus T. Liuium ea decla- matione, seu epistola ad Alphonsum indu- cit. Vtinam tam facile defendi Pomponius noster posset, qui, Papyrius, inquit, illis tem- poribus fuit, quibus Superbus Demarati Co- rinthij

b §. j. insti. de hæ red. quæ ab in- test. & de leg. agna. success. in princ.

c l. gallus. §. uiden. de liber. et posthu. d l. j. uers. quæ- uis success. de suis & legit. e l. suus. l. seq. §. nepotes. de hæ red. instit. f Castr. §. nunc de lege.

g l. si quis filiu. uerf. & super- uixit. C. de in- off. test. h l. penul. de leg. j.

i supra lib. s. cap. 5.

k l. ij. de orig. iur.

rinthij filius ex principalibus uiris: atqui non filius Superbus Demarati, sed nepos aut pro- nepos fuit. Budæus aut hallucinatũ Pompo- nium ait, aut librarium. Norica editio nomen Superbi aboleuit. Zafius & Catullinus filij appellatione hoc loco nepotè contineri cen- fuerunt: nec uideo qd responderi aptius possit.

Liberi qui dicantur, & declaratus Catulli locus: & de Patrepatrato, itemq; Prætorib. prouinciarũ. Quid apud eundem Catullum significet, sine sacris domus. CAP. IX.

Iure nostro præcipua multa matrimonijs indulgentur: quia Reipub. interest dotatas esse mulieres ad replendam liberis ciuita- tem. Dicuntur autem Liberi illi duntaxat, qui ex legitimis nuptijs sunt procreati, cum Nothi, Naturales, Spuriij, Latine conditionis essent. ideoq; non planè liberi. Fab. Quintilia nus libro III. & hinc finitionem mouet, an li- beri sint etiam non legitimi. Catullus in Epi- thalamio:

Nulla quit sine te domus Liberos dare, nec parens Stirpe dicier, at potest Te uolente, quis huic Deo Compararier aufit? Subijcit deinde: Quæ tuis careat sacris Non queat dare præsidis Terra finibus &c.

Quibus uerbis apparet, Præsides finium non fieri, nisi qui legitimo matrimonio nati sunt. Quod si de patrepatrato, qui fecialibus præ- rat, interpretemur, clarũ habet sensum. Crea- ri enim non poterat paterpatratus, nisi qui & patrem haberet, itemq; & filios, ut Plutar- chus in Problematis tradit. Ego tamè potius de Prætoribus prouinciarum atq; Proconfu- libus intellexerim, quos ad sortitionem hono- rum nõ admitti constat nisi patres essent. Ex- tat apud Corn. Tacitum lib. xv. S. Consul- tum, P. Mario, L. Asinio Cofs. quo cautum, ne orbi fictis adoptionibus, ceu ueri patres prouincias sortirentur, neu tales adoptiones ulla parte munerum publicorũ iuuarent. Huc pertinet lex Iulia, de maritandis ordinibus, à diuo Augusto lata: & lex Papia Popæa, de præmijs patrum, quarum Tacitus, Tranquil- lus, Dion, meminere. Dicuntur autem filijfa- mil. esse in sacris patris, quod alibi declarauit: ut meritò dixerit Catullus, sine sacris esse do- mum, in qua paterfamiliã sit orbus.

Quæ esset Dicitio dotis: & quid Dicitio obligari: & declaratus emendatusq; Plauti locus: itemq; Persij, & Cornelij Taciti. CAP. X.

Uerbis hodie contrahitur obligatio per stipulationem: olim uerò etiam alia er- rat species, quæ Dicitio dotis dicebatur, qua citra ullam solennitatẽ tres personæ obligari poterant: ipsa mulier, eius pater, itemq; mulie- ris debitor. quod Caius lib. II. Institutionum tradidit: unde Dicitio obligari, puto ueteri- bus fuisse, ex dicitioe dotis reum se cõstitue-

a l. j. sol. ma- trimo.

b l. filii. ij. C. de collat.

re. Apud Plautum in Curcul. carmen est:

Dicitis damnosus maritus sub basilica querito.

Indicauit arbitror poeta, sub basilica solitos ambulare eos, qui uxorem ducturi erant mi- nima dote, qui scilicet damnus dicitis essent facturi: siue decepti à proxenetis, siue nimia facilitate sua fidẽ habẽtes mulieri, aut ijs per- sonis, quæ pro ea dotem dicere possunt. Nam quæ interpretes ibi cõminiscuntur, non satis probabilia sunt. Sed & arbitror repetitum ibi carmẽ, Dicitis damnosus maritus, apud Leu- cadiam Oppiam Plautinum non esse: non enim cõstat omnino legitimis numeris: uerissi- mile est immutatũ ab aliquo comoedo in o- diũ proxenetriæ, cui nomen esset Oppia Leu- cadia. Dicitum, inquit Vlpianus, accipimus quod uerbo tenus pronunciatum est, nudoq; sermone finitũ. Promissum aut potest referri & ad nudam promissionẽ, siue pollicitatio- nem, uel ad sponsonẽ. Ea autè sola dicta siue promissa admittenda sunt, quæ cũq; sic dicun- tur, ut præsentur, non ut iactentur. Persius:

— Fuge querere quid mihi quondam Legarit Tadius, neu dicta reponere paterna.

Sic enim legendum, non Stadius. Est autem Tadius antiquum nomen Romanum: extat etiamnũ Cliuij oppido agri Mediolanensis uetus monumentũ ijs uerbis. T. Tadius T. F. O V F. Catianus. V. I. uir. urb. Q. Collegij cento- nariorum anni quo curia dedicata est, sibi & Tadijs Casiano, & secũdo Fil. V. I. uir. urb. & Terentiae Valerianæ uxori. L. D. D. C. & in tutel. ded. HS. ∞. Corn. Tacitus lib. I. Qui Tadij & Vedij Pol- lionis luxus. Quãuis eo in loco fortè melius legendum sit, Atedij: sic enim appellat Seneca lib. de Ira. III. cap. XL. ubi eius immanitatẽ describit, qui seruulum fracto crySTALLINO mu- ranis obiecerat: quamuis idem Seneca lib. de Clementia id Vedio tribuat, quod & Dion Cocceus lib. LIIII. facit.

Cur Iustinianus Digesta in septem partes diuiserit: & de potestate septenarij numeri: & quoto men- se partus maturus edatur: & de ætatum distin- ctione ex Solonis sententia. CAP. XI.

Quæ sitũ fuit, cur Iustinianus, quicq; illi in consilio erãt, quinquaginta Digestorũ libros in septem potissimũ partes diuiserint: cum em̃ appareat tractatus diuersissimos in sextum Tomũ ab eis collatos: cur potius eum non separarunt, & octo articulis rem omnem finiuerunt? Et certè non satis habeo hac in re quid dicã, nisi ita illis placuisse, ut septem po- tius partes esset: idq; propter eius numeri po- testatem atq; etiam perfectionem, de qua nõ Philosophi solũ, & Theologi plurima dis- seruerunt, sed & Poætæ, ut cum Homerus dixit, τῆς μὲν ἀρετῆς δ' ἀνατολὴν τῆς ἡσυχίας: Vergilius, O terq; quaterq; beati: Ouidius, Terquater Id- moniæ frontem percussit Arachnes. Sic Ma- crobius lib. I. Hominem, siue ad corporis inti- ma, siue extrinsecus spectes, septenarij nume- ri ratione cõstare disputat. Sic Corn. Tacitus

c l. sciendum. de edil. edict.

d l. ij. C. de uet. iur. enucl.

lib. ultimo plerazq; celestium uisura & cursu per septimos numeros commeari duce Satur no tradidit. Sic Paulus noster sententiarum lib. III. Septimo inquit mense natus matri prodest: ratio enim Pythagorei numeri hoc uide tur admittere, ut aut septimo pleno, aut decimo mense partus maturior uideatur. Idemq; Alexander Probl. lib. II. ca. XLIII. tradit & ipse, adducto Pythagoræ testimonio: tamen si alibi Paulus maluerit autoritate Hippoc. uti, qui hoc ipsum censuit λόγος XLV. & LXIII. prope finē. sic quis lege XII. tabul. agnati us que ad decimū gradū ad intestati successione uocarentur, tamen prætores nomine proximitatis cognatos nō nisi intra septimum admiserūt: id est, sobrinis natos: satis existiman tes ad hunc usq; numerum progredi. Quo exemplo & bonorum possessiones intra septimum modum sunt hodie redactæ, ex Iustini aniani constitutione, cum alioquin lege XII. tabul. ad decimum usq; progredierentur. Prosequitur septenarij numeri laudes Philo ludæus lib. de Opificio mundi secundo, etiam adducto Solonis Atheniensis legislatoris e legidid nō ineleganti, quo ætatē hominis per eum numerum distinguit: cuius imitatione & nostrates infantiam ad septennium produ xerunt, pupillarem ætatem ad bis septimū annum. Addit ille tertio septennio dici adole scentes, quarto iuuenes, quinto maritos, sexto uiros, septimo uerò uirilitas erit consi stens, octauo affecta & uergens, nono sene ctus sapiens, decimo senex declinans & moribundus. Quam elogiā ego Latine eram redditurus, nisi hoc ipsum fecisset Gregorius Lilius Giraldus, uir eruditissimus & nostri temporis Varro, in eo dialogo, quo de Poē tis disputat.

a l. septimo. de stat. hominū.

b s. si. inst. de suc ces. cog.

c s. septima. in stitu. de bono. pos.

d l. si. infanti. C. de iure delib.

**Articulus, quid significet in l. ab executione.** C. quorum appel. non recip. cuius legis sensus explicatur, & aliæ significationes Articuli afferuntur, & locus Plauti declaratur. CAP. XII.

e l. ab executione. C. quorū ap pel. nō recip.

Valentiniani constitutione prohibita est appellatio ab exequente iudice: subijciturq; in ea, Sciant autem procuratores, se uel ab executione appellantes, uel ab articulo, quin quaginta librarum argenti animaduersione mulctandos. Dubitat Accursius, quid in ea constitutione significet Articulus: & nunc sententiā definitiuā interpretatur, nunc certum aliquod capitulum, super quo fuerit ante sententiā definitiuā pronun tiatū. Qua in re plurimum miror, adeo defecisse tanti uiri acumen: res enim uidetur mihi clarior, quā ut in ea sit ullus controuersie locus. Quoties enim iudex modū in exequendo excedit, permittitur appellatio. Quod si prouocator dicat excessisse modum, aduersa

rius id ipsum neget, tūc super articulo lis est, ut iudex appellationis prius cognoscat, an ea causa sit appellabilis, an id minus. Sicut ergo in principali quæstione prouocatio non per mittitur, ita nec in articulo: hicq; est huius legis sensus: tamen si nō negauerim, articulum quandoq; pro incidenti aut emergenti quæ stione accipi. Sed tali casu receptissima est sen tentia, non censerī uetitā in articulo appella tionem, quamuis in principali sublata sit: quod à me loco suo disputatū est. Alio quo que sensu articulus accipitur Plauto Epid.

Nam seruum misi, qui solet gnatum meum Sectari: ipse hanc meo articulo emit fidicinam.

Meo articulo, id est, perinde ac meis digitis: etenim licitationes fieri micantibus digitis so lebant: unde & Mancipes dicti. Aliqui tamē codices simpliciter apud Plautum scriptū ha bent, ipse hanc mercatus est mihi fidicinam.

**Dictio Olim, quādoq; ad præteritū, quādoq; ad futurum refertur:** & qua poena teneatur, qui se si liumfam. sit ementitus, Plautiq; locus decla ratur. CAP. XIII.

Acceperat Titius filiusfam. mutuam pe cuniam, scripseratq; in documento tabularius Titius filius olim Sempronij, dein de agenti creditori obiecerat exceptionem S. C. Macedoniani. Quærebat, quid iuris es set. Respondi, Non ideo instrumentum cen serī falsum, quod in eo scriptum esset, Olim Sempronij: licet enim id aduerbij præteritū tempus significet, quādoq; tamen hæc uerba pro aliquando accipitur, & ad futurum re fertur: quod Bart. tradidit, & receptissimum est. quamuis etiā si hæc significatio nō accipe retur, nihil tamen tabellioni ipsi imputandū esset, qui potuit assertionem partium sequi: sed suæ potius facilitati tribuere id creditor debet, qui conditionem eius cum quo contra xit diligenter non sit perscrutatus. Putarim tamen crimine stellionatus teneri Titium, qui se filiumfam. affirmauerit, cum non esset, sicq; creditorem deceperit: quod non ab simili ca su Baldus respondit. Quid si neget se falsum affirmasse, sed mutatiōe pūcti se tueatur: fuit enim olim filius, nempe habita relatione ad tēpus quo eum pater Sempronius suscepit: sic Plautus in Epidico:

Quam negat nouisse mater? non ergo matris ea filia est? In meum nummum, in tuum talentum pignus, ni est. P. cap tio est. Sic enim legendum, nō ut uulgò habetur, Pignus Danistæ captio. Sed certè Iuriconsulti nostri ad huiusmodi captiones non attendunt, sinuntq; eas comicis: ideoq; nō esset impunitus iste dimit tendus.

D N. A N D.

f l. si. ex. s. nunc uidentū. de mi norib.  
g l. si. C. de pact. glos. penul.

h Barto. l. i. s. j. de op. no. num.

i Bald. rub. C. de fide instr. col. j.

k l. qui cum alio. de regu. iur.

l Bald. consil. x. iij. j.

**D N. A N D. A L C I A T I**  
IURISCONS. PARERGON SEV  
obiter dictorum, liber  
duodecimus, &  
ultimus.

**Dictio Omnis, in quo differat à dictioe Qui libet,** & quā uariè à Iuriconsultis accipiat: explicatusq; Vergilij locus. CAP. I.



OC dictio Omnis, à dictioe Qui libet, differre credit, quod Quilibet actū in solidū singulis distri buit, Omnis uerò non singulis, sed simul & collectiue: quod in telligendū, si numero multitudinis proferat, ueluti, Omnes homines ferūt lapidē: quod si singulariter dicat, secus est: ut cum dicimus, Omnis homo fert lapidē: tunc enim nō col lectim, sed distributiue accipit: quod Barto. no ster tradidit, & receptissimū nostratibus Iuriconsultis est: nec negari potest, quin ita ple runq; sit. Videtur tamen aliud quandoq; obseruari: ut cum lex Verior, inquit, sentētia est, unius facti omnes teneri: quoniam licet ab uno prohibear, non tamen in partem prohi beor: sed cæteris famil. hercisc. iudicio sarciet damnū. Apparet ergo unum in solidū conueniri, qui ab alijs deinde repetit: sicq; nō colle ctiue, sed singulariter ea uox accipit: quod & alijs locis propter subiectū argumentū demō strari posset. Ecōtrario numero singulari par ticulariter accipi apparet ex VII. synodo: Si quis omnem traditionem ecclesiasticā, scri ptam uel non scriptam, uiolat, anathema sit. Omnem intelligit, id est aliquā ex omnibus: cuius rei plura quoq; exēpla afferri possent. audacius id Furius lib. x. ad pluralem nume rum trāstulit, quē imitatus est Lucretius lib. v.

a Bart. l. hoc ar ticulo. de her. insti.

b l. in executio ne. de uerb. ob. s. in solidum.

c l. si. re. que. s. j. de euc. Bar to. l. si plurib. in si. de leg. ij. d. i. q. vij. si quis omnē. ex xv. q. j. mulier.

Maiores erat natu, non omnia possumus omnes. Et Vergilius: Dicite Pierides non omnia possumus omnes. Id est, singuli ex omnibus: sic enim uidet car men illud interpretandum esse.

**Stupharū mentio in iure, earumq; uarij usus** & modi: & quid, & unde dicta sit cucuma: & de caminis. CAP. II.

Dubitatum à plerisq; doctis uiris fuit, an ea uaporaria, quæ uulgò Stuphæ dicun tur, in ueterum usu fuerint, cum hodie adeo frequentia in prouincia præsertim Germania sint, ut absque illis in hyeme non constet eius incolis uita. Dixi, in iure nostro eius rei men tionem esse, & quidem non uno in loco: et enim Zetæ, seu (quod idem) Diatæ pars, fuit concameratus aliquis locus, totus soli expo situs, atque hyberno tempore calorem ab eo recipiens, quem ideo ueteres omnes Helioca minum uocabant. Vlpianus: Si arborem ponat in heliocamino uel solarario, quia umbrā fa cit in loco ubi Sol fuit necessarius, dicendū est

f l. si. arborē. de ser. urb. præd.

cōtra seruitutem impostā fieri. Huius tamen heliocamini rarus est hodie usus, sed frequē tissimus eius uaporarij quod estū ab igne mu tuatur: id apud ueteres tribus modis cōtinge bat: quādoq; iniecto in ipsum cubiculū igne, quod solenne in thermis erat. & Hypocaustum Græca uoce appellatur. Papinius: & tenuē uolūtū hypocausta uaporē. Vlpianus: Man dauit, inquit, medico ut in hortis, quos Rauē næ habebat, sphæisterium & hypocausta, & quædam ipsius ualeudini apta, sua impensa faceret. Idem: Lignis legatis quod combu rendi causa paratū est continetur, siue ad bal nei calefactionem, siue dietarū, siue hypocau storum. Alius erat modus, cum in parietibus ipsis fiebant tubi seu canaliculi, quibus ignis immitteret. Seneca epist. xci. Quædam no stra demum prodijisse memoria scimus, ut sus pensuras balnearū, & impressos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima simul & summa foueret equaliter. Procu lus: Non licet, inquit, tubulos habere admo tos ad parietem cōmunem, quod per eos in flammaretur paries. Ab ijs tubis puto dictā uulgarem uocem Tubeam seu Stufam, quæ ueteres simpliciter Zetam dicerent, & τὸ ζεῦ, quod est feruere: seu per mutationem literæ Diætā, quod supra libro v. cap. XIII. tradi dimus. Tertius erat modus, cum uice tubulo rum uas æreum, quod Cucumam uocabant, parieti applicarent. Martialis x.

Torquatus nitidas uario de marmore thermas Extruxit, cucumam fecit Otacilius.

Alphenus: Seius in eo loco se lauatū isset, in quo labra & crateras, & cucumellas positas haberet. Dicta est aut cucuma ad similitudinē uasis caldarij, cui hoc nomē est, & cuius men tio Petronio Arbitro, Arrhiano, Ambrosio, Isidoro, & Iuriscōsultis nostris: seruatq; ad huc nomē, à strepitu feruoris sic dictū, sicut et Cacabus. Iulianus Imperator in oratione quæ inscribit μωσπώγων, simpliciter appellat Ca minū: refert enim quemadmodū Lutetiæ Pa risiorum soleant coenacula ijsce caminis seu thermis calefieri. ὄνπερ εἰσὼθει τὸ σπορὸν τὸ πῶς κα μίνος τὰ πολλὰ τῶ διανμάτων ἐκεί θερμαίνονται. quæ uaporē ipse ferre nō posset, quamuis Gallorū ipsorum ἀρμονίαυ facillimè toleraret. Viden tur sanè ueteres in domibus habuisse cami nos, sed non eius formæ cuius nunc cōficiuntur, nempe adhærescentes parietibus, & fumum supra tecta effundentes: sed foramine aliquo in contiguum locum exhalantes.

**Quid Palea significet in Gratiani Decre to:** & que dicantur nefria, seu Saturnalia. CAP. III.

IN Pontificij iuris decretis, quæ Gratia num monachum collegisse supra diximus, non pauca sunt capitula, quibus inscriptum est Palea, ideoq; frequenter est hasitatum, quænam eius tituli esset ratio. Constat autem cōsensu omnium, ea quibus talis est inscriptio, certè fidei non esse, necq; ceu authentica alle

g l. si. quis. ul. mad.

h l. ligni. de leg. iij.

i l. j. de cloa.

k l. quidam hy berus. de ser. urb. præd.

l l. quando. si ser. uend.

m l. j. de fidei.

BRITISH MUSEUM



gari posse: & pleriq; tradiderunt, fuisse Gratia ni ipsius discipulū, cui palea esset nomen, qui magistri sui libro & rubricas ipsas, & ea capita adiecerit, sicq; a nomine suo appellarit, qd apud Ioan. Andr. relatu extat. \* Ego comper tum habeo, ueteres uulgari ioco paleam ap pellasse res tenues, & modicæ utilitatis, uel nullius momenti: unde in Chronicis relatum extat, Alexandriam, ad Tanarū in Statyelis, urbem cum condita fuit, Paleæ cognomen in contemptum a uicinis accepisse: sic cum Cor radus Imperator coronā regni Italici nō Me diolani secundum ueterū morem suscepisset, sed alibi: uulgō tum ferebatur, corona paleæ fuisse redimitum: quæ loquendi consuetudo etiam Græcis fuit. Aristophanes:

*Τὸς γὰρ μετρίους ἄρα τῶν ἀσπυ λέγω.  
Paleam inquilinos esse dico ciuium.*

Sed quid si interpretemur palea ex Græco fer mone: etenim hæc uox Græcè non solum an tiqua significat παλαιά, sed etiam fabulosa, fa tua, leuia, qualia sunt que nimia uetustate ob soleta sunt: quo sensu apud Aristophanē uox hæc sæpe accipitur: sic & Lucianus in epigrā mate quo in libellos suos est præfatus:

*Ἀπαιτῶς τὰς ἐγγραφὰς παλαιὰς μωρὰς εἰδῶς,  
μωρὰ γὰρ ἀνθρώποις τὴν δὲ δικαστικὰ σφάρα.  
οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισι διακριτικὸν ὄντα νόμα,  
ἀλλ' ὁ οὐ θαυμάσιος, τὸ δ' ἐτέροις γέλως.  
Stulta quidem in speciem iusti, sapientia quando  
Nil humani aliud quam mera stultitia est.  
Haud quaquam est homini certe perfectio mentis,  
Approbet hæc aliquis, rideat hæc alius.*

Græci huiusmodi obsoleta & desita etiā πρό νια uocant, a Saturno qui temporis & uetusta tis est Deus: unde & Saturnalia festa Cronia dicuntur L. Attio poëtæ apud Macrobiū, Maxima pars Graiū Saturno, & maximè Athene Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.

Scribit Dion Cocceus lib. LVIII. Cùm Bri tannicus exercitus A. Plautio proconsulī mi nus pareret, misisse Claudium Imperatorem ad eos libertū suum Narcissum: qui cū pro tribunali concionem habere inciperet, indi gnatos omnes exclamasse, ἰδὲ πρόνια, ecce Sa turnalia: quod ijs diebus serui pro liberis fe gerent, & dominorum uestibus sumptis im perarent. Vnde & Seneca in libello de morte Claudij, Non semper, inquit, erunt Saturna lia. Idem Dion lib. XXVII. scribit Albanos a Pompeio stratagemate quodam superatos: cū caderentur exclamasse, ὦ πρόνια, ὦ πρόνια: siue quod stultitiam suam deprecarentur, siue quod Romanis seruitutem exprobrarent.

*Emendatus Vlpiani locus in l. relegatorū,  
de interd. & releg. Et quid Ouasis significet: & de claratus Vergilij locus, ubi de Oasi agit.  
CAP. IIII.*

Vlpianus lib. X. de offic. proconf. Est, in quit, quoddā genus quasi in insulā rele gationis in prouincia Aegypti, in nouas insu las relegare. b Sicq; uulgō locus ille legit, sed corruptè. In antiqs codicibus, & maximè He

trusco, lectio est emēdatior, in Ouasim relega re. Socrates in hist. tripartita libro quinto: Παρ θένον ἐξώκειλας εἰς τὴν μεγάλην ὄασιν. Virginē rele gauit in magnā Oasin. Sunt enim duæ Oases in Marmarica ad Aegyptū, maior & minor: sic dicte Strabonī, quod sint loca culta in me dijs arenis, tanquam insulæ in mari. Plinius lib. V. cap. I X. Memphitæ, inquit, Nomo cō termini sunt ex Africa duo Oeasitæ populī. In eadem parte ad Aegyptū est & regio Scy thica Ptolemæo, unde celebres habemus mo nachos per Scythiam in uitis patrum, & So zomeno, Palladio, cæterisq; pijs autoribus. Quæ ratione factum est ut quandoq; existi mauerim Vergilij carmē, de ijs locis accipien dum, & legendum:

*Pars Scythiam, & rapidā Crete ueniemus Oasim.*

Conqueritur enim poëta, non solum quod Barbari milites agros Italiæ occupent: sed quod Itali in longinquas & steriles regio nes, perinde ac in exilium prætextu militiæ mittantur: meminitq; nominatim Britanno rum: quod Valerios milites uicesimarios Au gustus in fidem acceperit, qui in Britannia su periore collocati fuerint, ubi etiam legio II. Augustalis sedes habuit, ut est apud Dionē lib. LV. & item Afrorū & horum locorū: quia idem Augustus legionē tergemina institue rit, ex qua Cyrenaicem in Arabia Augustali in Numidia sedes dederit: uerisimileq; est Ver gilium paulō obscurius hoc scripsisse, ne Au gustum ipsum offenderet. Vnde data occasio Grammaticis cōtrauertendi super Oasse, an de Oxo Mesopotamiæ fluuiio loqueret, quē limi rapidum lutulentumq; fluere Q. Curtius scripsit: an de Oasse Crete insule accipiendū, cuius Vibius Sequester, nō sat celebris autor meminerit: etenim Oaxon ciuitatem in Cre ta constat fuisse Stephano & Apollonio: flu uium uerō non constat: nec uerisimile est de suburbana, ut ita dicam, insula loqui poëtam. Quod si de hac Memphitica, seu Cyrenaica intelligamus, non malè, Rapida cretæ, id est arenæ diceat, cū in medijs arenis sita sit, quæ flantib. uentis uiatores obruūt. Qua tamē in re amplius deliberandum est, etenim dura est metaphora, ut cretam pro arenis dixerit.

*Correctus Scæuolæ locus in l. Thais. de fi deicommiss. libert. ubi de Splendophoro agit: itemq; emenda tum ac declaratum Martialis carmen. Et quid sit Side, quicq; Fenestellæ dicerentur.  
CAP. V.*

Scæuolæ responsio traditum est, cui liber tas relicta est, si rationes reddiderit, liberū fieri quamuis nullas reddat, si tamē nihil ad ministrauerit. c quod in persona Splendopho ri responsum ab eo est. Dixi nomen huius ser ui esse corruptum, & legendum Spondopho ri, quæ uox paciferum significat. Erat autem frequens ueteribus id seruatorū nomen. Apud Martialem lib. X. Spondophorus & Telephorus nomina puerorum meritoriorū sunt, qui iisdem & comati erant: siquidē ut prouer bio

*l. Thais. §. spē doforus. de li bert. fideic.*

bio dicitur, πῶς ἰομῆτις ὁ κίναρος, apud Syna sium: irridetq; poëta caluum quendam, cuius tempora erat crinita, adeo ut tria capita uide rentur: mediū caluicie deforme, simillimū si dæ almyrodæ, id est, pomo, seu meloni salis: alia uerō in temporibus simillima comatis ci nedis: quod carmen quia ab interpretibus nō fat uidetur intellectum, & etiam circumfertur corruptum, hic adscripturus sum:

*Inter Spondophorum Telephorumq;  
Siden stare putabis almyroden:  
Quin tu simplicius senem fateris?  
Tonfor iam reliquos metat capillos  
Ut tandem uidearis unus esse.*

Verisimile est Romam deferri solitos panes salis, qui a similitudine fides nomen sumpse rint. Est Side apud Græcos non solum malus Punica, sed etiam alia arbor non omnino ei dissimilis, apud Aegyptios uasculo ampliore & candidis membranis obducto, quæ in lacu Orchomenio quoq; est frequēs, autor Theo phrastus & cæteri. Latini ueteres huiusmo di caluos, fenestellas uocabant, quod ea calui cies sicut uasculo fides, ita etiā fenestrelæ simili tudinem præ se ferret: hincq; historici Fene stellæ nomen apud Plinium, quod ea corpo ris parte glaber autor eius familiæ fuisset. Ni cias poëta lib. epigr. II. huiusmodi homines uidetur ouo comparare:

*τὴν κεφαλὴν βάπτω τῆς ἀπώλεσε τῆς τριχῆς  
ἄντρες, καὶ δασύς ὄν λίκαν ὄν ἄπαις γέγονεν.  
τὸ το βαφύς ἐβόησε, τὸ μικρὸν κρεῖα τέμνει,  
μὴτε κῆλυ λυκὴν, μὴτε μελανομήλυ.  
Cæsariem tingens quis crines perdidit omnes,  
Nunc glaber atq; ouum est, bispidus ante fuit.  
Exclamat tintor, nil iam quod cadere possit  
Tonfor habet: nulla est nigra uel alba coma.*

*Contractus libelli an sit licitus: & quibus casibus uulter, & absq; usurarum labe cele bretur. CAP. VI.*

CVM pecunia indigerem, uendidi fun dum Titio mille aureis, adiecto intra de cennium redimendi pacto, eumq; fundum in emphyteusim accepi, & quinquaginta an nuos pro canone promisi. Quæsitū est, an hic contractus licitus sit, nec fœneratiæ notæ su spicionē patiatur: & certè adeo ubiq; frequēs est, ut non debeat amplius de eo dubitari: a cū ab antiquissimis temporibus sit indu ctus, semperq; eodem tenore per manus ho minum traditus atq; obseruatus. Plin. Cæcil. epist. lib. V. ad Caninium pro D. inquit milli bus nummū agrū actori publico mancipa ui: eundē uectigali imposto recepi, XXX. millia annua daturus. Nos uulgō cōtractum libelli appellamus, quia cū scriptura nō ad substantiam rei, sed ad probationem dunta xat pertinere soleat, in hoc casu receptum est omnino esse necessarium libellum, id est scri pturam. b Nuperrime in quadagesimalibus ieiunijs Prædicatoriæ familiæ cōcionator se mel atq; iterum in hoc genys cōtractus cūm

*l. si quis sit fu giuus. §. a pud. de edil. edict. ubi Bar.*

*l. glof. l. c. de iur. emp. hyl.*

fuisse inuectus, magnaq; asseueratione dixif set, ceu fœnebrem, & bonis moribus non con uenientem esse respuendum, ut qui tartareis pœnis animas emptorū post obitum alliga ret: quàm plurimos bonos probæq; conscien tiæ homines terruit: qui cū me adfissent, ut sententiæ meæ certiores efficeretur, simplici ter eis respondi, Veram esse concionatoris di ctionem, cū fatuus aliquis & imperitus ad emptionē accedit: quod si emptor prudens, callidus, cautus sit, optimo iure contractum consistere: non solum enim ueteri prouerbio cum Minerua admouendam manum rebus esse, sed etiam pontificios canones fatuis ad uersari. unde episcopum eligi debere tradi tum est, qui non solum de salute animarum, uerumetiam de exteriori utilitate cautus sit atq; sollicitus. c Et alibi dicitur, Legem uigi lantibus, non autem somniculosi d scriptam esse: nec enim in euangelio simplicitas nuda approbatur, sed quæ prudentiæ sit coniun cta. e Cū expectati responsi nouitate mo ti ciues mei essent, rogauerunt ut tanquam Oedipus ænigma eis hoc dissoluerem. Dixi, in emptionis contractu id esse omni iure con cessum, ut emptor quanto uiliori pretio pos sit emat: uenditor quanto carius distrahat: f nec in eo subesse ullam usurarum suspicio nem, nedum ullam legis prohibitionē, dum tamen prope dimidium iusti pretij erratum non sit. g In contractu uerō mutui facile legem suspicari usuras præstitas, cū quidquā ultra sortem ipsam solutum reperitur. Si ergo emptor hoc agebat, non ut emeret, sed ut mu tuaret, proculdubio ueram esse cōcionatoris sententiam. h Sed quomodo id cognosce mus, & si fundus uili pretio distractus est, & emptor in eo prudens fuerit, ut rem pluris pretij minoris emerit: apparet non eo animo eum fuisse, ut mutuaret: atqui plurimum de lectaretur ne uenditor unquam redimeret, & diem luendi præterlabi sineret: Is ergo non potest censerī fœnerasse. Quod si emptor fa tuus fuerit, & pluris rem emerit quàm uale ret, uerisimile est eo animo fuisse ut cuperet damnosam sibi emptionem finire, & pacto luendi locum esse: sicq; non emptionem, sed mutuum celebrasse, ideoq; ceu fœnoris exer citorem notari: nec quicquam refert pensio quæ interim præstat, quincuncialis uel se missalis sit, ut in nostro & Plinij casu fuerat, an etiam maior: quandoquidem si uel XIII. & plus eo in singula centum præstentur con stitutum sit, non ideo contractum esse fœne ratitium: quod Martinus V. & Callistus III. Pontifices Roman. in uenditione annuorum reddituum constituerunt: i idq; ut ipsi attestan tur peritorum consilium & doctorum definitionē sequuti: qua tamen de re nos alibi disputa uimus. k

*c. can. Petrus. 39  
d. l. pupillus.  
in fin. que in  
fra. cred.  
e. can. qui ca. 38.  
distingt.*

*f. l. si uolun tate. C. de res. uend.*

*g. cap. ad nostrā. de emptio. & uend.*

*h. capit. illo uob. de pig.*

*i. cap. regimini. extrawag. de emptio. & uend.  
k. l. cū stipulati. de uerbo. obl. Afflictus. c. j. de pact.*

Matrimonium inter duos impuberes contra-  
ctum quo iure ualeat: & uerus sensus l. que situm.  
de sponsalibus. explanatus.  
CAP. VII.

a l. questiu. de  
sponsal.  
b cap. i. de de-  
spon. impub.  
lib. vi.

CVm impuberes duo uerbis presentibus  
nuptias contraxissent, quaesitum est, an  
nihil omnino actum esset: ut enim matrimo-  
nium contrahatur, oportet puberem uirum,  
uiripotentem esse foeminam: & crediderunt  
nostri doctores iure quidem ciuili nihil actum  
censeri, idque ex Vlpiani responso: iure uero  
pontificum aliud esse, ualereque eum contra-  
ctum, saltem in uim sponsalium. b Indeque  
annotatur cum uitium in causa efficiente sit,  
actum, qui ut agitur ualere non potest, aliquo  
tamen modo sustineri. Quam sententiam  
ego non solum iure Pontificio, sed etiam  
Quiritum ueram esse arbitror: nec ne mouet  
Vlpiani responsum, quia non uidetur recte  
ab ijs intellectum. Quaesitum est, inquit, an  
sponsalia sint ante XII. annum, si fuerint nu-  
ptiae collatae. Interpretantur ipsi collatas, id  
est celebratas nuptias: at ego collatas intelli-  
go in tempus praematurum reiectas: ut distin-  
guamus, si re ipsa celebratae sint, ualere in uim  
sponsalium: si non in praesens celebratae, sed  
reiectae in tempus praematurum: tunc nec in  
uim quidem sponsalium ualeant, sed prorsus  
sint nullius effectus: sicque nulla inter pontifi-  
cium & ciuile ius erit differentia.

Declarata l. non figura. de act. & obliga.  
& quaedam de literarum obligationibus, & quas  
uulgò Literas cambij uocant.  
CAP. VIII.

c l. non figura.  
de act. & ob-  
lig.

NON figura, c inquit Vlpianus, literarum,  
sed oratione quam exprimit litera ob-  
ligamur: quatenus placuit, non minus ual-  
ere quod scriptura, quam quod uocibus lin-  
gua figuratis significaretur. Haesitatum est a  
doctoribus quomodo id responsum intelli-  
gendum sit. etenim comparatio illa scripturae  
& uocis non uidetur uera, cum stipulatio uo-  
ce concipi possit, scriptura non possit: rursus  
literarum obligatio scriptura conficitur, uer-  
bis tantum non conficitur. Et Accursius de li-  
terarum obligatione intelligendum putat, &  
taxatiua subaudit, non scriptura solum. Quam  
sententiam Bart. non probat: quoniam tem-  
pore Vlpiani l. C. adhuc literarum obligatio  
inuenta non erat: ipse igitur de pacto nudo  
responsum hoc accipit, quod aequè uerbis at-  
que literis concipiebatur. Ego literarum obli-  
gationem non dubito etiam Vlpiani tempo-  
re fuisse. d etenim restrictio ad mutuum, &  
coarctatio exceptionis non numeratae pecu-  
niae a posterioribus Imp. facta, e non arguit  
quin ante tamè ea species obligationis esset,  
quae nominibus fieri dicebatur. Vnde sic au-  
tore Theophilo definebatur, παλαιον χρησ-  
τικον δ' ανειον μεταρρηματικον ρηματικον και γραμμα-  
τικον. Vetus nominibus in nouum creditum  
uerbis literis que solennibus transformatio. Cu-

d l. ij. §. creditu.  
si cer. pet. Ant.  
l. i. in princi.  
de uerbo. obli.  
e Insti. de litera-  
rum oblig.

ius formae exemplum ipse latius prosequitur.  
M. Cicero oratione aduersus Crispum Sallu-  
stium: Tantum ex Africa exhausti, quantum  
potuit aut fide nominum trajici, aut in naues  
contrudi. Videntur quae Literae cambij ho-  
die uulgò uocantur, ad hanc nominum obliga-  
tionem pertinere. Caeterum aduertendum est,  
non simpliciter ab Vlpiano comparari obli-  
gationem quae literis fit, ei quae uerbis induci-  
tur: sed solum id decidi, quod quatenus, id est,  
in quantum traditum est, non minus ualere  
scripturam quam uerba: hoc non scripturae  
aut uerbis simpliciter est tribuendum, sed ora-  
tioni, id est, menti & consensui: uideturque allu-  
sisse Iurisconsultus ad Epicharmi Siculi poe-  
tae carmen trochaicum:

Μὲν ὀρεῖ, καὶ νῦν ὀρεῖ ἀκόσμη: ἢ ἄλλα δὲ πείθει τυφλά.  
Mens uidet, mens audit, alia sed sunt caeca.

Cuius carminis, ceu uulgò iactati, absque au-  
toris nomine meminit Aristoteles problema-  
tum sectione x l. cap. x x x i i i. sed auto-  
rem ipsum nominatim citat Plutarchus libro  
de fortuna Alexandri i i. Enimuero, inquit  
Epicharmus, mens uidet, mens audit, caetera  
autem surda caecaque sunt, & ratione carent.  
Habent quidem sensus propriam quandam  
potentiam, quos tamen mens adiuuat, ornat,  
& denique superat: adeo ut sola imperare ui-  
deatur, reliqua uero surda, caeca, inanima, de-  
formet potius & morentur eos quibus mens  
& uirtus non adest.

Declarata l. Charidemus. de pollicit. &  
quid sit Munus edere: & de prohibito gladiatorio ludo, e-  
mendatusque Iuuenalis locus: & quid sit Preme-  
re, uel Conuertere pollicem.  
CAP. IX.

f l. Charidemus.  
de pollicit.

CHARIDEMUS respondit ex epistola, quam  
muneris edendi gratia absens quis emi-  
sit, compelli eum ad editionem non posse. f  
Verba haec Vlpiani Iurisconsulti non medio-  
crem scrupulum nostratibus doctoribus inie-  
cerunt: cum enim ex pollicitatione Reipubli-  
cae facta, quisquis quamuis absens obli-  
getur, uidebatur & hoc casu quo quis editio-  
nem muneris per epistolam offert, obligari  
debere. Bartolus ideo non obligari ait, quia  
iusta causa non suberat: quae sententia defen-  
di potest, si recte declaretur. Licet enim pol-  
licitatio Reipublicae facta regulariter ualeat,  
non tamen hoc procedit, cum de pollicita-  
tione muneris edendi agitur. Edere autem  
munus, significat gladiatorium ludum in are-  
nam producere: & idem est quod Munus da-  
re: qua de re supra lib. primo, item lib. ii. cap.  
x x ii. differui. Erat autem propter sauitiam  
id munus odiosum: unde & postea lege Con-  
stantini sublatum fuit. g Quae cum deinde mi-  
nus obseruaretur, Theodericus Gothorum  
rex epistolam ad Maximum consulem scrip-  
sit, qua plurimis uerbis in hanc spectaculo-  
rum consuetudinem est inuectus, & ceu nimis  
barbaram est execratus. Extat eius epistola a-  
pud Calsiodorum uariarum libro v. Macro-  
bius

g l. j. C. de gladi-  
diat. libro xi.

bis lib. ii. autor est, cum P. Vatinius ludum  
gladiatorium edidisset, fuisse a populo propter  
sauitiam lapidatum: ideoque ab aedilibus edi-  
ctum impetrasse, ne quis in arenam nisi po-  
pum mitteret. Iuuenalis Saty. ii.

Vicit hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi,  
Lustravitque fuga mediam gladiator arenam,  
Et Capitolinis generosior, et Marcellis,  
Et Catulis, Paulisque minoribus, et Fabijs, et  
Omnibus ad podium spectantibus, ijs licet ipsum  
Admoneas cuius tunc munere retia misit.

Legendum enim non est Admoneas, cum ni-  
hil de monitore ibi tractetur: sed Admoneas,  
id est adiungas, adicias, adnumereres. Idem Sa-  
tyra iii. Cornicines (inquit)

Munera nunc edunt, et uerso pollice uulgi  
Quemlibet occidunt populariter.

Non enim solos gladiatores ex Ianistarum fa-  
milijis producebant, sed quemlibet populari-  
ter, id est, quemcunque ex populo, quod mala  
gratia spectantium fiebat, unde conuertebant  
pollicem. Plinius lib. x x viii. cap. ii. Pollices  
cum fauimus, premere & puerbio iubemur.  
Qua ratione e contrario Conuertere pollicem,  
erat pulsae signum. Sed quid si apud Plini-  
um non premere sed promere, id est, exten-  
dere legamus? Haud tamen facile est a uulga-  
ta lectione recedendum, tamen si suprascripta  
Iuuenalis carmina, tot eius poetae Grammatici  
interpretes non uideant mihi satis explicasse.

Veræ lectioni restituta l. sed & si quid. §.  
proinde de usufruc. Et quae sint Aulea, Vela, et Siparia:  
quid Sciadion Polluci: & unde Umbelligeri  
serui, & declaratum Martialis car-  
men. CAP. X.

a l. questiu. de  
fund. instrum.  
leg.

SInstrumentum domus legetur, uela non  
deberi, Pegasus ait, quae frigoris uel um-  
brae causa in domo sunt: ea enim potius orna-  
menta quam instrumenta domus esse. Vela ta-  
men cilicia instrumenti esse Celsius ait, quia  
ideo parentur, ne aedificia uento uel pluuia la-  
borent. De uelis uero quae in hypaetris exten-  
duntur, item de his quae circa columnas, Cae-  
lius scribit magis suppellectili adnumeranda.  
Papinianus scribit prothyrum domus si uela  
men est, instrumento domus contineri. Vlpia-  
nus, b Si scenicae uestis usufructus legetur, uel  
aulei, uel alterius apparatus, alibi quam in sce-  
na non utetur. Circunferuntur autem corrup-  
tè uulgati codices, qui pro aulæ, habent an-  
nuli aurei. Sunt Aulæa uela & siparia quibus  
porticus & aulæ nobilium tegebantur orna-  
tus causa, ab Attalo primū Romanis legata,  
quorum mentio ubique apud autores est fre-  
quens. Habebant & mulieres uela sua, inter  
quae Iulius Pollux lib. vii. cap. x x x i i i. scia-  
dion, id est, umbellam nominat, qua mulieres  
utebantur ad arcendum solem, uel aeris intem-  
periem: unde uerbum σκιαδιοφορεῖν, & σκιαδιο-  
φόροι, Umbelligeri serui. Martialis libro x i.  
Lygdo puero mendaci & lento:

Quid precer (inquit) o fallax meritis & moribus istis?

b l. sed et si quid.  
de usufruct.

Umbellam luscæ Lygde ferat dominae.

Cum enim mulieres naturaliter lentè ince-  
dant, sintque (ut Plautus in Poenulo inquit) spif-  
sigradissimae, quae luscæ sunt, etiam caeteris  
sunt lentiores, utpote non perspicientes ubi  
pedem ponant: unde munus eis umbellam  
deferendi conuenit lentissimo: sicque ego car-  
men illud interpretor, cuius sensum non uiden-  
tur uulgares interpretes assequuti. Ouidius  
non umbellas, sed umbracula Omphales puel-  
lae dixit Fastorum lib. ii.

Aurea pellebant tepidos umbracula soles,  
Quae tamen Herculeae sustinuerunt manus.

Lex Papia de successione libertorum, in quo  
a Iustiano imminuta, aucta que. Et Vespasiani elegans  
iocus in libertum: & Tranquillus duobus  
in locis illustratus. CAP. XI.

LEge Papia, de successione libertorum,  
cautum erat, ut ex bonis eius, qui c. mil-  
lium HS. patrimonium reliquerat, & paucio-  
res quam tres liberos habebat, uirilis pars pa-  
trono deberetur: si nullos liberos habebat,  
dimidia. Verum Iustinianus hanc legem ali-  
quibus modis immutauit, patronorumque iu-  
ra imminuit: in eo tamen auxit, quod legem  
Papiam de libertis centenariis, seu centum mil-  
lia possidente, (quae summa est nostratiū au-  
reorum bis mille quingentorum) loquentem,  
de centum solidis intellexit, id est, centum &  
x x x. aureis nostri temporis: d qua de re ali-  
bi iocus est apud Tranquillum in Vespasia-  
no satis lepidus. Erat aliquis Carulus nomi-  
ne, libertus fisci, qui ut ius patronatus illude-  
ret, ingenuum se iactabat, & Lachetem appel-  
labat: hunc ergo Vespasianus ut ostenderet  
fore ut post mortem nihil ei prodesset condi-  
tionis dissimulatio, sed omnino ius patroni  
saluum in eius bonis maneret, sic compellauit:  
Quoniam enim Laches ex comœdia Menan-  
dri nomen est, eum carmine quoque Menan-  
dri irrisit.

e §. sed nostra.  
Insti. de succ.  
libert.

d l. quoties. C. de  
succ. lib. x.

Postquam interieris, rursus id eris quod prius.

Citatur id carmen cum plurimis alijs titulo  
Menandri in collectaneis Graecis quae Sto-  
baeo tribuuntur: ibi Menander ait, si sibi ele-  
ctio detur, ut possit a principio fieri quodcum-  
que animal esse uelit, quodlibet potius se op-  
taturum quam hominem: quando quidem ni-  
hil inutilius homine quamuis generoso, cum  
soli felicissimè agant adulescentes, deinde syco-  
phantæ, postremò improbis moribus uiri, & c.  
Prolixius est carmen, quam ut hic uideatur re-  
ferendum: satis sit interim Tranquilli locum  
explicasse. Idem in Tiberio nuntius Agrippi-  
nam liberius quiddam quaesit Graeco uersu,  
Si non dominaris (inquit) filia, iniuriam te ac-  
cipere existimas, & c. Corn. Tacitus lib. iiii.  
Correptam Graeco uersu admonuit, ideo lae-  
di, quia non regnaret. Existimo ad carmen id  
ex Homero Iliados i. allusum esse:

Γαῖον μὲν κρατέειν ἐθέλει, καὶ περὶ δ' αὐτὸς ἄσπετος,  
Τέτυχε θεὸς τῶνδε ἰσχυρὸν ἰσχυρῶν.



Quod regnare uelis cunctisq; potentior esse,  
An tibi permiffum est opprobria dicere uerbis?

An publicæ utilitati conducant Iurifconfultorum  
refponfa, quæ uulgò confilia uocant: & Pauli  
Pici hac in re fententia, multorumq; fuggilla  
ti mores: & duo prima Alexandri  
confilia confutata.  
CAP. XII.

**R**Ogauerunt me nō femel operæ impref-  
foriæ, ut confiliorum meorum, quæ uul-  
gò confultoribus reddere foleo, copiam eis  
facerem, hacq; in re Decij exemplum imi-  
tarer, qui conftituto in folia certo pretio co-  
acta in unum fingulis luftris publicanda typo-  
graphis tradebat. Refpondi, gratis me id fa-  
cturum, fi ex re ftudioforum exiftimarem efle  
ut ea diuulgarentur. Verùm non fatis adhuc  
mihi conftare, quid conducibile atq; ex ufu  
effet. Non potefit certè negari aliquos profes-  
fionis noftræ hac uia non uulgarem fibi ad  
famam atque dignitates uiam aperuiffe: nam  
& ueteres Iurifconfulti hoc fcribendi genus  
haud quaquam neglexere, ex quibus nō pau-  
ci Refponforum libros ediderunt, honeftifsi-  
mumq; id lucri genus eft, quod ad cōmunem  
utilitatem tendit, & quo ingenia excitantur:  
cū alioquin fublatis premijs ftudia ipfa atq;  
artes ceffarēt, minuiturq; & hoc modo labor  
etiam ipsis iudicibus, qui horum lucubrati-  
onibus facillimè quicquid in utranque partem  
difputari poffit cognofcunt, & commodius  
quid fit cenfendum difcernunt. Sed & ijs qui  
nuper ad laureā doctorem funt euecti non  
minus horum lectio utilis eft: qui fi folis præ-  
ceptoribus operam dederint, & in interpreta-  
tionibus legum duntaxat fint uerfati, cū  
domum reuertuntur, & ad forenfes actiones  
tranfeunt, in omnibus hæfitant, ad propo-  
fitas factorum fpecies refpondere nesciunt, &  
plerunq; uel à caufidicis ipsis ceu minus in-  
ftructi irridentur: 2 cū fi in horum confi-  
liorum lectione plurimum temporis confum-  
perint, ad omnes rabularum captiones ha-  
beant promptiffima remedia. Memini tamē  
Paulum Picum præceptorē meum, cuius extant  
aliquot in iure noftro libri, contrā diffe-  
rentem audiffe. Is magno natu & mediocri-  
bus facultatibus, obdurauerat tamen ad eam  
diem, ne cuiquam confilium petenti morem  
gereret, in eosq; inuehebatur, qui cū publi-  
cè honoraria ob profitendū munus acciperēt,  
neglecta auditorum utilitate fcribendis re-  
fponfis uacarent: nec enim poffe eos utrun-  
que munus rectè fubire. Domitium Vlpia-  
num qui tot opera in iure noftro compofue-  
rit, duos duntaxat Refponforum libros edi-  
diffe: Veteres Actium, Accurfium, Dylum  
Bartolum, pauciffima confilia compofuiffe,  
idemq; eius temporis fpectatiffimos Iurifco-  
fultos feciffe. Ignofcendū quidem fuiiffe Bal-  
do fi cū modicum in patria ftipendium do-  
cendū caufa cōfequeretur (etenim Perufij te-  
nuia præftantur honoraria) plurimum con-

fultando otij impendiffe, ne minus opulente  
ageret, quàm uirtus fua mereretur: quamuis  
fatis appareat, eum utriq; prouinciæ fufficiffe,  
qui tot interpretationum uolumina condi-  
derit, ut nullam iuris noftri partem intactam  
reliquerit. At, inquiebat ipfe, qd dicemus So-  
cino, Corneo, Ruyno, Parifio, qui magna re-  
fponforum uolumina, modica interpretatio-  
num reliquerūt: nempe quod ἀδικῶ λόγῳ &  
pud Aristophanem in Nubibus:

Σπίθῳ λεπτόν, γλῶτταν μεγάλην  
Ψήφισμα μακρόν καί σ' ἀναπέρισθ.  
Τὸ μὲν αἰσχρὸν ἄπαν, καὶ λὸν ἡ γῆδῳ.  
Τὸ καλὸν δ' αἰσχρὸν.

Videntur ij contraria Philopæmeni fortuna  
uentrem quidem habere, manus & caput nō  
habere, ut meritò Ruynus<sup>b</sup> quandoque ex-  
clamauit, Multum perdidit, non dico de pecu-  
nia, fed de fenfu. Arguit enim non sanam ho-  
minis mentem, ambitionemq; immoderatā  
tot confiliorum editio. Oportet quidem egre-  
gio & magni nominis patrono uarias incide-  
re fpecies, in quibus quandoq; cliens bonam  
caufam habeat, quandoque malam: aliquan-  
do non fatis liqueat quid iuris fit: contingit  
& quandoque, ut dum res sub cultro eft, libe-  
ralis fit litigator, & honorarij magnitudine di-  
ligentiam aduocati prouocet: plerunq; alij  
fint auari, & ceu chiragrīci, qui nihil aut mini-  
mum porrigāt, adeò ut eos nō dignos patro-  
nus exiftimet, quos magno fuo labore tuea-  
tur: quomodo in tam uarijs cafib. omnia ceu  
pari diligentia compofita quis edat: necelfa-  
rium certè eft tali libro inefle omnis generis  
farraginem, & de eo uulgatum illud dici:

Sunt bona, funt quedam mediocria, funt mala plura.  
Qui legis, hic aliter non fit Amice liber.

Excufat fe in præfatiōe operis Parifius, quòd  
eadem fapienter repetierit inculcaueritq;. Quis  
coëgit eum peccare, ut fe excufaret: quanto  
melius fuerat ea fummouere, ne ufquam ap-  
parere atq; in lucem edi poffent: exeunt enim  
quandoque etiam præter autoris ipsius fen-  
tentiam. Dederat in publicum Alexander  
quinque refponforum uolumina, dederat So-  
cino duo, uterq; plurima fupprefferat, quòd  
in ijs multa effent aduerfus ueritatem fcripta,  
quibus tenebræ oculis iudicum offunderen-  
tur, fiue id Gratijs, fiue Pluto datum effet: at  
eis defunctis inuenti funt qui hæc quoque  
damnata publicarent, atque magnum fe de-  
cus nomini ipforum adijcere exiftimarent,  
unde probrum & ignominiam potius adfper-  
gerent: fic sextum feptimūque Alexandri,  
tertium quartūque Socini tomum habemus,  
quāto honeftior effet Caftrenfis & Bar-  
tholomæi Socini fama, fi eorum refponfa  
non extarent. Etenim qui malam caufam ha-  
bent, cū iudicij examen formident, ad cele-  
berrimi quenque nominis profefforem ac-  
currunt, & precibus pretioq; exorant ut fu-  
fcipere caufam fuam uelit: at ille omni inge-  
nij acumine, fummis uiribus contendit, ut  
eum adiuuet: exemplūq; infynceri illius rhe-  
toris,

10

20

30

40

50

60

toris, nempe Protagoræ imitatur: qui, ut eft  
apud A. Gellium profitebatur fe docere qua  
uerborum induftria caufa infirmior uince-  
ret, & fuperior efficeretur, τὸν ἡπλω λόγον κρείτ-  
τω ποιῆσθαι. Hac certè in re quo quis eft ingenio  
acutior, eo periculofius peccat: prætulim e-  
go Barbatia, Iafonis, Parifij confilia, ijs quæ  
Socinus aut Decius edidit, quòd illi crasfio-  
re Minerua uiri, quoties malè confultunt, tam  
apertè & palam, tam rudibus rationibus id fa-  
ciant, ut ftatim deprændi fucus poffit: oportet  
egregiè bardum illum efle iudicem, qui  
non uideat. Contrā Decius, aut Bartholo-  
mæus Socinus fubtili uiri ingenio, tam difsi-  
mulanter, tam cautè in hoc delinquant, ut e-  
tiam peritos poffint fallere. Decius<sup>a</sup> fola fub-  
fcriptione fe crimen iftud diluere arbitrat, cū  
in ea nō affirmat ita iuris efle, fed fimpli-  
citer ea fcripiffie atteltatur, ut melius cogitan-  
di materia præftaretur. Sannazarius ne clien-  
tem abfcq; refponfo dimitteret, aliquid ex fa-  
cti fpecie mutabat, fatisq; habebat, fi confi-  
lium fuum rectè fecundū ius procederet: nec  
multum curabat quod propter facti mutatio-  
nem nihil clienti prodeffet. Caftrenfis & La-  
pus non confilia, fed allegationes fe fcripiffie  
caufabantur, & ideo in eis uerū ad amufsim  
exigendum non efle. Equidem uidentur mi-  
hi ifti uetus exemplum declamatorū in ufum  
reuocaffe, qui afsidentes cū pueris cōtrouer-  
fiarum argumenta tractabant, & quicquid in  
mentem eis uenerat adducebant, rationes ue-  
ras falſis commifcebant, nec quibus quodq;  
argumentum cafibus procederet diftingue-  
bant: at contrā ueteres Iurifconfulti ftatim iu-  
gulum caufæ appetebant. Cū enim in omni  
cōtrouerfia una duntaxat fit ratio quæ eam  
finiat, fatis illi habebant fi eam adducerēt: cæ-  
teras ceu minus neceffarias fophiftis & decla-  
matoribus ijſce relinquebant: at ifti iam omnia  
confuderunt, labyrinthisq; implicarunt. O  
miferum imperitūq; illum iudicem, qui ex ijſce  
confilijs magis pendeat, quàm ex dogmatibus  
ordinario loco à doctōribus traditis. Non  
congreddiar cum minutis iftis, & ut Plautus  
ait, patellarijs deis: fed tanquam Cyclops  
Homericus iftorum Iouem, nempe Alexandrum,  
Tartaricum prouocabo, dicamq; quid mihi ufu  
uenerit: cū primum eius refponfa publicè  
accepere emptis de bibliopola his libris. Pri-  
mum confilium maxima auiditate perlegi: cœpit  
difplicere, quòd uidebā id eum agere, ut iudicem  
circumueniret, & communiter approbatæ fen-  
tentia, quæ contra ipſum ftabat, nō aduerteret.  
Progreffus tamen fum ad fecundum, in quo deprændi,  
eum uulgaribus quibusdam dictis inniti: at punctum  
caufæ qui aduerfus fe erat, ne attingere quidem.  
Itaq; reiecto de manibus libro, Valeāt, inquam,  
Alexander confilia hæc tua: ego longe pluris,  
quas uocant Lecturas tuas facio. Et hæc quidem  
Picus differebat, uidebaturq; plura dicturus,  
nifi ex auditorum uultu deprændiffet ingrata  
corū auribus efle, quæ de

<sup>a</sup> Dec. confilio 171. in j.

<sup>b</sup> Ruyn. l. i. fol. matri.

Alexandro narrabat: quòd eius autoritas quo-  
dammodo facrofancta nullis fubijci deberet  
accufationibus. Ego tamen paulò curiofior  
non permiffi excidere, quod de primis illis re-  
fponfis dixerat: & cū domum me contuliſ-  
ſem, eaq; legiffem, haud quaquam negligenda  
efle deprændi, quæ in eis Picus notauerat.  
Teftator Raymundo & poſthumo filijs inſti-  
tutis, poſthumo ipſum Raymundum fubſti-  
tuerat: Raymundo uerò legem teſtamenti ſer-  
uati ſi decederet quodcūq; ſine liberis, An-  
toniū ſubſtituit: Antonio ſi decederet abſq;  
liberis, Bernardum, uel eo mortuo eius filios:  
quibus non exiſtentibus Tomaſium, & eo  
non extante tandem ſubſtituit Bareſiū nepo-  
tem ſuum & eius filios: poſthumus nō eſt na-  
tus, Raymūdus uiuo teſtatore abſq; filijs de-  
ceſſit, Antonius, Bernardus, Tomaſius & ip-  
ſi ante diem fideicommiſſi obierunt, ſuperſti-  
tibus nepotibus ex Bareſio. Reſpondit Alex-  
ander, caſum ſubſtitutionis non eueniſſe:  
quia conditiones defecerunt cū Raymun-  
dus nō fuerit hæres, neq; legem teſtamēti ſer-  
uauerit, alijq; ſubſtituti prædeceſſerint, ideoq;  
teſtatore interſtatum deceſſiſſe uideri: quòd  
& Corneus cenſuit. <sup>b</sup> Ego contrarium uerius  
arbitror: quia Antonius Raymundo eſt com-  
pendioſe ſubſtitutus, in qua compendioſa re-  
ceptiſſimum eſt uulgarem contineri: ex qua  
uulgari filij ſeu nepotes Bareſij ſunt admitten-  
di, quia ceſſantibus medijs ſubſtitutionibus,  
qui ultimo gradu uocatur, eſt potior: <sup>d</sup> quòd  
procedit etiam ſi conditio nō eueniſſet, <sup>e</sup> quia  
tales conditiones ad caufam fideicommiſſi re-  
ſpiciunt, non quando ex uulgari ſucceditur: <sup>f</sup>  
& conditio ſi legem teſtamenti ſeruauerit, nō  
debet impedimēto eſſe iſtis nepotibus, ne ſit  
in Raymundi grauati facultate eludere fidei-  
commiſſarium. <sup>g</sup> Nam quòd deinde ſubijcit,  
ſupraſcripto caſu appellatione filiorum non  
contineri nepotes, falſum eſt, & alibi à me re-  
probatum. <sup>h</sup> Tranſeo ad ſecundum reſpon-  
ſum: Teſtator ſubſtituerat hæredibus, ut ſi  
ne filijs legitimis & naturalibus deceſſiſſent,  
reſtituerent hæreditatem Nicolao. Deceſſe-  
rat hæres relicto filio: quem cū ipſe in ſacris  
eſſet ſuſceperat, eumq; reſcripto Pontificis  
ampliſſimo ad legitima iura reduxerat. Re-  
ſpondit Alexander defeciſſe conditionem:  
quia non dicitur hic hæres abſq; filio legiti-  
mo & naturali deceſſiſſe: diſputatq; diſſuſe de  
Pontificis poteſtate, ut & legitimitati ijdem e-  
tiam legitimi ſint. Sed omiſit Alexander ſeru-  
puloſum illud, quòd hic filius nō ſacerdotis,  
ſed uulgi filius à lege præſumitur, & incerto  
patre natus cenſetur: <sup>i</sup> & quamuis eum ſa-  
cerdos pro filio tractauerit, ſic tamen tracta-  
tus ad alterius bona percipienda nō ſufficit. <sup>k</sup>  
Poſſet fortè prodeſſe, ut legitimatus iſte ſuc-  
cederet patri, non ut teſtatori, qui fideicom-  
miſſum reliquit. Vnde uerius eſt ſupraſcripto  
caſu locum eſſe fideicommiſſo, cū iſte pro-  
bare non poffit ſe eſſe filium, nec talem legis  
præſumptionem pontificium diploma ſuſtu-

<sup>b</sup> conf. 199. in ij.

<sup>c</sup> Bart. l. cen-  
turio.

<sup>d</sup> l. quamdiu ul-  
ti. ff. de acqui-  
t. her. ubi Aret.

<sup>e</sup> Alexan. 193. in  
vj. Dec. 427.  
Cur. lun. 89.

<sup>f</sup> l. cohæred. ubi  
dixi. de uulg.

<sup>g</sup> l. fideicommiſ-  
ſum. de condi-  
t. & demonſtr.

<sup>h</sup> in l. filius ſum-  
ſ. diui.

<sup>i</sup> l. v. de in ius uo-  
can. l. iij. C. ſo-  
lu. matri.

<sup>k</sup> d. l. fideicom-  
miſſum. de cō-  
di. & demon.

Abb. cap. inno-  
tuit. colum. pe-  
multi. de elect.

l. Iaf. cōſil. 102.  
uerſic. iij. in  
iij.

<sup>4</sup> l. ij. ubi Cyn.  
de acquir. poſ.

lit: cum crediderit Pontifex hæredi affirmanti suum esse filium, qui non erat: nec in ijs que facti sunt quicquam mutasse uideri possit: alioquin quid absurdius quam uerbis meretriculæ credentem, aut de brephotrophio clam accipientem ius alterius perimere? Que à me hîc obiter dicta, maioris quidem sunt ponderis, quam ut tam succinctè & leuî manu tractarentur: sed satis sit duntaxat attigisse, ut nō temerè locutum esse Picum ostenderem, studiososq; admonerem, ne ullis consilijs certam omnino fidem adhiberent, ut uineta interim cedam mea, iuxta Flacci carmen. Audiui sæpissime conquerentem Ruynū, quod aduersus sua consilia uulgò pronuntiaretur, iudicesq; imperitiæ damnantem: cum illi uice mutua eum sanî iudicij fuisse negarent. Et certè ego semper pro iudice magis præsumebam: ut cum id munus ipsi specialiter incumbat, famèq; & conscientiæ suæ periculo agat, plura ipse uiderit, diligentius perpenderit, maiore acrimonia diutiorèq; studio sit usus: cum

contrà aduocatus dum ea quæ in rem clientis sui sunt adducat, cætera securus nihil ultra teneatur inquirere: quod & Græcus Poëta Paladas uidetur mihi sensisse:

μη ποτε δολύξαι γυνή δίαποινα γυνότω,  
 Esi προίμακον. (ε) δ' εδ' ὁμοιον εβω.  
 Μήτε δίκλω δικάσθην ἀλλή γε γονώς διολέκτης,  
 μήδ' ἀν' ἰσοκράτε & ῥητορικώτορ & ἦ.  
 Πᾶς γάρ ὁ μιδαρνέμ' εἰδισμύθ', ὅδ' ἔπαιρον  
 Σεμνότορον δικάσαι, μὴ ῥυπαρίως δ' αἰάτῃ.  
 Imperium quæ serua fuit ne sumat herile.  
 Hoc uetus est. aliud nunc tibi dico nouum.  
 Quisquis causidicus fuit, is ne iudicet unquam,  
 Rhetore sit quamuis doctior Isocrate.  
 Venali uir lingua & opes acquirere suctus,  
 Iudicium haud unquam sordibus absq; feret.

D. ANDREAE ALCIATI XII.  
 ET VLTIMI LIBRI  
 PARERGON FL  
 NIS.

Clariss. Iurifcons. Ioanni Pelordæ Senatori cōseruatoriq; Biturigum,  
 And. Alciatus S.



V M primū in hanc urbē ueni, optime Conseruator, propiusq; te cœpi cognoscere, nihil antiquius habui, quam ad amicitia me tuam insinuare. Videbam enim ea te esse doctrina hominem, ijs moribus, ut mihi meritò exoptandum esset q̄ proximè tecum iungi. Nec tu hac in re ullam moram fecisti, quin aduenientem ultrò exciperes, summaq; beneuolentia complectere-  
 ris: in diesq; alijs super alia beneficijs sic exornasti, ut paria tecum facere posse desperem. Quod unum supererat, ut armoris erga te mei monumentū aliquod statuerem, nuper mihi præstita est occasio. Latebat inter scrinia mea hic libellus, perpetuis ob frequētes nœuos à me damnatus blattis: quē cum in manus accepissem, existimaui operæ precium me facturum, si à situ tenebrisq; redemptum perpurgarem, & tui nomini dicatum æderem. Dubitavi (ut uerum fatear) sæpius, & parum absuit quin supprimerem, quoniam non sat dignus uidebatur qui Doctorū oculos, aurēue morari posset. Scripserunt ante me huius argumenti libros cum pleriq; ueteres, tum & recentiores non pauci, qui proculdubio luminibus nostris possunt obstruere. Verum cum rursus perpenderem ueteris eos Reipublicæ magistratus solum explicare, nihil momenti ad legalem nostram professionem conferre: ad hæc, aliud in præsentia mihi non esse, quo animum erga te meum testarer: mutavi sententiam, & quos præiudicio quodam ferè daninaueram absolui. Erunt qui debuisse hæc me omnia diffusius tractare existimabūt, & quid de his apud omnes autores annotaueram, hoc libello cōgerere. Sed aliud mihi consilium fuit. Attigeram pleraq; cum tres Iustiniani Codicis libros adulescens adhuc castigauis (erantq; qui iure amicitia, qua τὰ τῶν Λοίων φίλων in alios suos eiusdē argumenti libros redegerant) attigeram in Dispūctionibus, in libello de Singulari certamine, alijsq; in locis, quæ suo loco moueri nō nisi incōmodè poterant. Verum nec eorum sententiam unquam probaui, qui omnia quæ ab alijs ubiubi dicta sunt, eodem loco collecta parataq; habere uolunt, uerbosq; hac ratione commentarios fieri nihil curant: cui sententiæ nostræ si & tu calculum adieceris, non erit quod mei huius consilij me poeniteat. Vale.

495 DE MAGISTRATIB. CIVILIBVSQ. OFFIC. 496

D. ANDREAE  
 ALCIATI IURISCONSULTI  
 DE MAGISTRATIBVS, CIVILIBVSQ; & MILITARIB. OFFICIJS LIBER.



V M MVLT A sint in iure nostro non satis hæctenus intellecta, tum is maximè tractatus expositione indiget, qui ad eos magistratus pertinet, quorum in primo Digestorum libro mentio habetur. Quamuis enim ab interpretibus multa afferantur, ad Imperatorū potestatē, & Proconsulum, Præsidium, Procuratorū Cæsaris, Iuridici Alexandriae officium spectantia, non tamen rem omnem ita explicant, ut studiosis satisfacere possint. Nam cum ea munera antiquis Iurifconsultis cognitissima essent, non existimauerunt operæ precium se facturos, si longo sermone in eorum explanatione commorarentur. At in præsentia propter La-  
 tinarū literarū diutinam calamitatē, cum ex Iurifconsultis plena cognitio haberi nequeat, uix quicquam superest, unde in certiore sententia deducamur, nisi recentiorum cōiecturas, & ut ipsi uocant, diuinationes, pro exploratis rebus recipere uelimus. Itaque ut huic quoq; parti pro uirilî opem feramus, quæ ad hunc tractatū pertinentia ex antiquis autoribus collegi, in medium proferre, & cum studiosis cōmunicare constitui.  
 Sciendum igitur Romani Imperij originē à Romulo regibusq; cœpisse: ab his latè sunt leges, quas Regias uocāt. Is Romulus ex antiquioribus ciuitatis centum Patres elegit, qui ordo Senatorius dictus est: ad hunc discernendî ius pertinebat, quæ ex toto regno ad eum deferrentur. Sed & sacra facere, ius dicere, magistratum gerere, soli Patrij poterant. Quoties uerò uel leges sciscendæ, uel magistratus creandi, uel bella discernenda erant, tum populus Rom. ipse consulebatur, ad eumq; huiusmodi negociorū ius pertinebat: idq; Dionysius Halicarnassens diffuse ex-



pliat. Exactis deinde regibus, plebis potestas multū aucta est, cum secessione facta, à Senatorib. extorisset, ut ex corpore suo magistratus crearentur, qui Tribuni plebis dicti sunt, Sacrosancti hi erant, summæq; autoritatis, ut qui Senatusconsultis intercedere possent. Et quamuis à principio lata ab his leges, quas plebiscita uocant, Patritios nō obligarent, tamen lege Hortensia constitutum deinde est, ut eo iure quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur. Sic acerrimū telum plebi aduersus nobilitatem datum est. Fuit & de eo controuersum, quod maiores magistratus ex plebe creari Patritij prohibebant, donec & hoc obtentum fuit, ut alter Consul plebeius esset. Coepere deinde Caij Sempronij rogationibus iudicia cognoscere: is enim equestrem ordinem in eorū possessione locauit, unde turbulenta seditiones ortæ. Constatq; C. Marium, & L. Syllam, quia ea Senatui demum reddidit, uel hac de re præcipue contendisse: unde & bellorum ciuiliū maxima incendia orta sunt. Cum dein pro Senatu Pompeius arma sumeret, Marianasq; partes, quæ plebem tuebantur, Cæsar sequeretur: oppressaq; per eum, & dein Triumuiros Republica, cum in C. Octauium Cæsarem omnia celsissent, nouum ipse regimen induxit: nec enim Regem se, aut Romulum, quod odiosus superbusq; is titulus esset, appellari est passus: sed Romano ueteriq; nomine Imperator & Augustus dici uoluit: sumpsitq; Censuram, & Tribunitiæ potestatis ius, & Maximū Pontificem se inscripsit, Patrisq; Patriæ titulum à Senatu populoq; Romano accepit. SANE eius nō minum rationem sic Dion exequitur, ut qui Imperatores appellati sunt, delectum facere, milites conscribere, pecunias colligere, hostibus bellum indicere possint. Idem & pacem faciendi, summū supplicium etiam de Senatoribus sumendi, ius habeant. Solitos fuisse priscos duces sic appellari, Tacitus libro III. autor est. Illi enim re bene gesta, gaudio & impetu uictoris exercitus ea salutatione conclamabantur, erantq; plures simul Imperatores, nec super cæterorū æqualitatem concessum ad eam similitudinem id uocabulum est quibusdam, & ab Augusto & à Tiberio alijsq; successoribus. Censores autem uitam moresq; nostros examinant, & de eis inquirunt, census rationem ducunt, professionem curant, & pro meritis hos de albo eximunt, illos deligunt: quod & diffusius in Valeriani uita apud Trebellium traditur. Ad Pontifices uerò Max. sacerdotiorum conferendorum ius pertinet, sacris enim omnibus auspicijsq; illi præsunt. Tribunitiæ ius potestatis eam ob causam sumpsit, quod sacrosancta ea dignitas neminiq; uiolabilis esset. Nam & si in re leuissima solo sermone, nedum facto, Tribuni maiestatem quisquam contempisset, tanquam abominabilis & facer indicta causa ad mortem adigebatur, Et has

quidem dignitates Octauius accepit, in successoresq; suos transmisit, quod potentius illustriusq; Imperatorium nomen faceret.

Concessum præterea & illud fuit, quod ante eum antiquorum nemini, ut legibus solutus esset. Significat hoc, inquit Dion, ab omni legum necessitate liberum, nulliq; iuri scripto obnoxium: ut qui absq; ulla disquisitione omnem regum potestatem haberet, quamuis nomine abstineret. Patris uerò Patriæ cognomentum apud antiquos, obseruationis cuiusdam paternæ significatio erat, quod hoc nomine illustrati Principes, omnes quicumque sibi subessent, ceu filios amarent, illiq; eos uicissim tanquam patres uerentur. Quamuis Imperatoribus alia quoque nominis ratio reddi posset, nimirum quod hi in nos eam potestatem exerceant, quam antiquitus parentes in filios habuerunt, hoc est, uitæ & necis. Cogitauit etiam plerunque Augustus de reddenda Republica: cumq; in Senatu sententiam suam exposuisset, rationarium Imperij tanquam illud restitutus Consulibus tradidit. Sed Senatoribus siue per simulationem, siue metu, uel etiam ex composito reclamantibus, uariasq; rationes afferentibus, cur Reipublicæ monarchia præstaret, in principatu perseuerauit, deos hominesq; testatus intra decennium se omnem administrationem depositurum. Sed cum ea tempora lapsa essent, rursusq; eurare uelle Imperium simularet, Senatus alios decem annos, quibus in eodem magistratu esset, decreuit: atq; iterum alijs decem annis, quibus ipse dein extinctus est, prorogauit. Quamobrem inde obseruatum est, ut eius successores, quamuis donec uixerint perpetuam administrationem recipiant, tamen singulis decem annis celeberrimos ludos faciant, tanquam principatum renouēt. Ea festa decennialia, uicennialia, tricenaliaq; appellata sunt. Arelatæ Constantium tricenalia celebrasse, theatralesq; & Circenses ludos ambitioso apparatu edidisse, autor est Ammianus. Vouebantur autem hi ludi in proximos decem annos. quapropter in antiquis nominatis plerunq; huiusmodi inscriptio cernitur, V O T. X. V O T. X X. hoc est, uotis decennialibus, uicennialibusq;. Trebellius quoque in uita Gallieni: Conuocatis, inquit, patribus decennialia celebrauit, nouo genere ludorum, noua specie pomparum, exquisito genere uoluptatum. Nazarius in Panegyrico: In destinatis, inquit, decennijs iam uota properantia, & spes uolucres constituerunt. Sed & Mamertinus: Referuo orationē quā quinquennio exacto decennialibus tuis dicam. Extat Romæ in Lateranensi Basilica Senatusconsultum æreis inscriptum notis, quo potestas Vespasiano Imperatori data cognosci potest: licere enim illi foedus quibus cum uolet sancire, Senatum habere, remittere Senatusconsultum per relationem, discessionemq; facere. Si eius iussu uel mandato, eoue

eoue præsentē Senatus haberetur, perinde seruari, ac si ex lege Senatus conuocatus esset. Si quos magistratus Senatui P. Q. R. commendasset, suffragatione uel sua adiuiisset, eorum comitijs etiā extra ordinem rationem habendam. Fines pomœrij cum è Repub. censebitur, proferre ei licere. Quicquid ex usu Reipublicæ, diuinarum, humanarum publicarum priuatarumq; rerum esse existimabit, ei agere facere ius potestatemq; esse. Quibus legibus plebiscitis scriptum esset, ne Augustus Cæsar teneretur, eisdem & eum solutum esse. Acta, gesta, decreta ab eo, etiam ante illud Senatusconsultum, perinde rata haberi, ac si populi plebisq; iussu acta essent. Si eius concessio causa aliquid aduersus leges factum esset, fraudi nemini esse, neq; quicquā ob eam rem populo dari debere, nec cui de ea re actionem iudicationemq; dandam. Quæ tam ampla autoritas Vespasiano præstita, uidetur mihi formula esse eius potestatis quā sibi Imperatores attribuebant.

Scribunt Iureconsulti, lege Regia, quæ de imperio Augusti lata est, pop. Rom. omne suum imperium & potestatem concessisse. Idcirco autem legem eam Regiam appellari arbitror, quod Romuli constitutione ad populum ius Regis creandi pertineret. Vnde à Tarquinij Seruio Tullo obijciebatur, ut T. Liuius inquit, quod iniussu populi regnum inuassisset. Cum ergo Augustus à populo Romano Imperator creatus est, uidetur Regiæ legis obseruatio in usum reuocata: quamuis Regiam planè potestatem ille nunquam usurpauit, sed sua populo, sua Senatui munia obire permisit. Comitia enim magistratuum tum quoq; celebrabantur, conueniebantq; tribus omnes, candidatosq; populi arbitrio deligi ille sinebat, si modò eos approbasset: nec enim quicquā ab his fieri permittebat, quod præter animi sui sententiam esset: curabatq; id maxime, ne indigni, aut quibus ius capessendi honoris non erat, per ambitum legibus eriperentur. Quod & à Tiberio aliquoties obseruatum, donec id iuris penitus sibi uendicauit, tradiditq; successoribus, ut necessariò in urbe Roma lex Iulia de ambitu cessauerit. Senatoribus quoque Augustus non parum detulit: ex his enim xv. fortiri iussit, qui sibi sex mensibus in consilio essent: plerunq; & ipse sententiam in Senatu dicere, unā cum amplissimo ordine discernere. Ad hæc, iudicia Senatui permisit, cuius iuris causa antea toties armis certatum fuerat: sicq; publica negocia & priuatorum maxima tractabantur. Omnium præterea prouinciarum quæ sub Imperio Rom. erant formulam ita diuisit, ut aliæ Proconulares, aliæ Prætorias, aliæ Præsidales essent. Proconulares Senatui, Prætorias populo demandandas tradidit. In Præsidales ipse legatum suum, qui nunc Præses, nunc legatus Cæsaris eam ob causam dicebat, mittebat. Deinde factum est, ut etiam Prætorias in Senatu

per sortes decernerentur: nimirum sublatis ab Imperatoribus comitijs, qui conuentum populi formidolosum existimabant. Scribit Strabo libro ultimo, omnes prouincias, alias Cæsari, alias populo attributas. Ex his quæ ad populum pertinebant Proconulares & Prætorias constitutas, quod uidelicet uiri Conulares uel Prætorij ad eas regendas mittebantur. Erant autem huiusmodi Prouincia imbelles, & quæ militari præsidio non indigebant, neq; proximos barbaros habebat. Quæ enim ualidiores, & legionum ope indigentes, sibi conseruauit: eo uidelicet prætextu, quod populo pacatiora quæque & pulchriora concederet, ipse difficiliora, periculosaq; & laboribus exposita retineret: sed reuera (si Dioni credimus) ut in manu sua res omnis militaris esset, Senatus autem populusq; inermis Rempublicam repetere nō auderet. Proconulares prouincias fuisse Libyam & Asiam citra Taurum Strabo autor est. Prætorias uerò, in Hispanijs Beticam, in Gallijs Narbonensem, tum Sardiniam cum Corsica, Siciliam, Illyricum qua in Macedonia uergit, Cretam, Cyrenaicam, Cyprum, Bithyniam cum Ponto. commutabantur tamen plerunq; arbitratu Principis. Hinc Lampridius in Alexandri uita: Prouinciarū alias Prætorias, Præsidales plurimas fecit, Proconulares ex Senatus uoluntate ordinauit. Suetonius in Claudio: Prouincias Achaicam & Macedoniā, quas Tiberius ad curam suam transtulerat, Senatui reddidit. Scribit Rufus in eo quem edidit libello de Romani Imperij accessione, omni ex Africa sex prouincias esse factas, quarum Carthago, Numidia, Cyrenensis, Conulares erant: Tripolis & Mauritaniæ duæ, Sityphenis & Cæsariensis, Præsidales. Pari quoq; numero diuisas Hispanias, in quibus Bética & Lusitania Conulares: Tarraconensis, Carthaginiensis, Gallitia, Insularis, quæ & transfretum, Præsidales. Sed & quandoq; Imperator legatos suos seu Præsides in aliquam Prouinciam missos Consulari potestate ornabat, ut uidelicet eius essent autoritatis cuius Proconules. Sic C. Plinius Cæcil. Præses prouinciae Ponti consulari potestate fuit, ut in antiquis marmorib. annotasse me memini. Maior autem Proconsulum dignitas quam legatorum ideo erat, quia nō nisi Senatores Conularesq; uiri prouincias sortiebantur, cum ex equestri ordine etiam præses eligi possent. Sanè Proconsulū magistratus annuus: Præsidium certus finis non erat, sed in officio perseuerabāt, donec successor à Cæsare mittebatur: idq; in Augusti uita etiam Tranquillus attestatur. Ius autem milites decimandi, ciuicisq; corona donandi Proconsulibus fuisse Tacitus libro tertio ostendit. Idem xv. autor est, qui Senatores filijs carerent, prouincias præturasq; inter Patres sortiri non potuisse. Senatusq; consulto cautum, ne fictæ adoptiones ulla in parte publici muneris or-

bis prodesse. Grauiorem autem prouincijs Proconsularem fuisse administrationē quam Præsulum, idem ostendit, dum libro primo tradit, Achaia & Macedonia onera deprecantes, Proconsulari imperio ad praesens leuatas, Caesari traditas esse. Cuius rei eam rationem suspicor, quod Proconsularium prouinciarum uectigalia & tributa publica populi Rom. erant, & ad ararium pertinebant, neq; ea diminuendi Proconsuli ius esset. quae uero Præsulum in prouincijs colligebantur, ad Principem eiusq; fiscum spectabant, iusq; illi remittendi erat. Hoc enim differt ararium a fisco, quod illud publicum, hoc est, populi Romani, fiscus Principis est: quod apertissime C. Plinius in Panegyrico ad Traianum Caesarem ostendit: At fortasse non eadem seueritate fiscum qua ararium cohibes: imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo quam de publico credis. Hinc est quod maxime in Proconsularibus prouincijs Procuratores Caesaris erant, qui ea procurabant quae ad Caesarem ipsum seu fiscum pertinerent. His uaria potestas attributa a Principibus fuit. Tiberius ius in seruitia familiaresq; pecunias solum dedit, adeo ut Lucillum Capitonem procuratorem in Asia suum a Senatu damnari permiserit, quod praescripta mandata excessisset, uimq; Praetorum usurpasset. Amplius Claudius Caesar concessit, effecitq; ut Senatusconsulto caueretur, parem uim rerum habendam a Procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset. Hinc maximam sibi uim Cumanus & Felix, eius in Iudaea Procuratores usurparunt, de qua merito Iosippus conqueritur. Illud constat, sub Traiano aduersus inuitos iurisdictionē nullam Procuratoribus fuisse, ut disceptantibus liberum esset eos non eligere, adhiberi tamen in consiliū a Præsulum debere, cum de causa fiscali agitur. Idem Imperator Caecil. Plinio rescripsit. At hodie dubium non est, quoties inter fiscum & priuatum quaestio uertitur, eos aduendos esse. Scribit Lampridius Alexandrum Imp. eos saepius mutare solitū fuisse, ne annum excederent, etiam si boni essent, sibi inuisos affirmasse, tanquam necessarium malum. Hocce Procuratores Caesaris, & Procuratores fisci, eosdem fuisse non ambigo, qui & alio nomine Rationales, & Procuratores patrimonij appellant: idq; in Commodo Lampridius, & in Maximini uita Capitolinus ostendunt. Sed & in Pio, Procuratores, inquit, suos & modeste suscipere tributa iussit, & excedentes modum, rationem factorum suorum reddere praecipit: nec unquam latatus est lucro, quo prouincialis opprimeretur. Procurator uero priuatae rationis, cuius quadam Alex. constitutione mentio est, ut non multum a ceteris Rationalibus differebat, ita praecipuum Aegyptij magistratus nomē erat. Deuicta enim apud Aetium Antonio, extinctaq; Cleopatra, in formam prouinciae C. Octauius Caesar Aegyptum re-

degit. Et quoniam seditiosissimi naturaliter erant Aegyptij, opportunaq; tellus alendo bello, noluit eam per Senatores administrari, ne popularibus studijs ducti facile ad imperium aspiraret: idq; & Dion tradidit. Cornelius Tacitus lib. 11. Augustus, inquit, inter alia dominationis arcana uetitis, nisi permissu, ingredi Senatoribus aut equitibus Romanis illustribus, seposuit Aegyptum, ne fame urgeret Italiam, quisquis eam prouinciā claustraq; terrae ac maris, quamuis leui praesidio, aduersum ingentes exercitus praesidisset. Sed & in XII. diuus Augustus apud equestres qui Aegypto praesiderent lege agi, decretaq; eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituisset. Vopiscus scribit, Aurelium Imperatorem Saturnino mandasse, ne Aegyptum uideret. Quod praecipuum cum ille spreuisset, leuissima gens rerumq; nouarum auida, eum Imperatorem salutauit, quae necis eius causa fuit. Strabo autor est, deuicta Cleopatra in certam administrationem Aegyptum redactam, expurgatamq; a Romanis, & ad eam mitti solitos moderatione & prudentia insignes uiros sub Praefecti titulo: is est Praefectus Augustalis, qui uicē regis obtinet. Est & *δικαιοδότης*, id est, iuridicus, in cuius potestate maxima est iudiciorum pars. Est & qui *ἰδιόλογος*, quem ego Procuratorem priuatae rationis interpretor: ad quem indagatio bonorum uacantium pertinet, earumq; rerum quae Caesari debentur. Horum Comites sunt Caesaris Liberti & Actores, quorum fidei maiora minoraq; iudicia creduntur. Ex patrijs autem magistratib. apud eos est *ἑταίρος*, quasi quaestorē dicas, qui purpuram gestat, alijsq; municipalibus honorib. est insignis, omniumq; curam habet, quae ciuitati utilia sunt. Est & *ὑπομνηματογράφος*, id est, Comentarientis, seu Scriba. Tum *ἀρχιδικαστής* iudicalem Praefectum recte appellaueris. *νέκταρος ἢ ὀνομαστικός*, id est, nocturnus Praetor. Sanè Hypomnemato-graphi quoq; mentio est Theodosij & Valentiniani constitutione quadam: ea enim sancitum est, quoties Hypomnemato-graphus aliquos qui munera subeant nominat, si sponte illi acciti sunt, Praefecti Augustalis consensum non esse expectandum, sed protinus functionem exequendam. Quam constitutionem ex Doctoribus nostris nemo haecenus mihi uidetur percepisse. Ceterum erant etiam Procuratores Caesaris, non in uniuersum alicui prouinciae dati, sed particulariter alicui negotio: quod ex antiqua inscriptione coniectari prouinciale est, quae Corinthi in hac uerba adhuc legitur: Theoprepon Aug. lib. Proc. Domini N. Aur. Seueri Alexandri Pij Fel. Aug. Prouinciae Achaiae & Epiri, & Thessaliae, Rationalem purpuratum, Proc. ab ephemeride, Proc. a mandatis, Proc. a praed. Gallian. procur. saltus Domitiani, Tricliniarcham, Praepositum a Fibus, Praepositum a crystallinis, hominem incom-

*l. si quos. C. de decur.*

parabilem. Tixander Aug. lib. officialis. Et hi quidem sunt magistratus, qui ab Augusto constituti, diu perseverauerunt, & tempore quo Iurisperiti nostri florebant, maxime uiguerunt. Nam posteriores deinde Imperatores, quorum princeps Constantinus, qui Romanorum coloniam Byzantium transfudit, aliam ipsi formam commenti sunt, tumq; ceperunt alij Patrij esse, quam prius erant, aliaq; Praefectorum praetorio iurisdictione. Hinc magistri militum, magistri officiorum, Comites sacrarum largitionum, Comites rei priuatae, Comites sacri palatii, Comites sacri pa-

trimonij: quorum officia quamuis in Constitutionibus explicata legantur, ut tamen clarius percipiantur, aliqua adhuc differere ab re non erit. Constantinus igitur Romanorum ciuium coloniam cum Byzantium transfudisset, sedem quoq; eam urbem Orientalis Imperij esse uoluit, prouinciasq; certis limitibus designauit, quibus suos magistratus dedit, militiamq; ordinauit: cuius rei formulam a successoribus quoque obseruatam, ex antiquo eodemq; innominato autore referemus. Is in hunc ferè modum scriptum reliquit.

INDEX DIGNITATVM CIVILIVM MILITARIVM QVE IN ORIENTE.

PRAEFECTVS praetorio Orientis.	Armeniae.	Honorios.
Praefect. praetorio Illyrici.	Per Thracias duo,	Cappadociae prima.
Praefectus urbis Constantinopolitanae.	Moesiae secundae.	Cappadociae secundae.
Magistri equitum & peditum duo praesentiales.	Scythiae.	Hellesponti.
Magistri militum III. per Orientem, Thracias & Illyricum.	Per Illyricum duo,	Ponti Polemoniaci.
Praepositus sacri cubiculi.	Daciae Ripensis.	Armeniae prima.
Magister officiorum.	Moesiae prima.	Armeniae secundae.
Quaestor.	Consulares xv.	Galatiae salutaris.
Comes sacrarum largitionum.	Per Orientem quinque,	Per Thracias quatuor,
Comes rerum priuatarum.	Palastinae. Phoenicis.	Haemi montis.
Comites domesticorum duo, equitum & peditum.	Syriae. Ciliciae.	Rhodopes.
Primicerius.	Cypri.	Moesiae secundae.
Sacri cubiculi.	Per Asiam tres,	Scythiae.
Notariorum.	Pamphiliae.	Per Illyricum octo,
Castrensis.	Hellesponti. Lydiae.	Thessaliae.
Sacri palatii.	Per Ponticam duo,	Epiri ueteris. Epiri nouae.
Magistri scriniorum.	Galatiae. Bithyniae.	Daciae Ripensis.
Magistri memoriae.	Per Thracias duo,	Moesiae prima.
Magistri epistolarum.	Europa. Thracia.	Præualitanae.
Magistri libellorum graecorum.	Per Illyricum tres,	Dardaniae.
Proconsules duo, Asiae. Achaiae.	Cretae.	Macedoniae salutaris.
Comes Orientis.	Macedoniae.	Correctores duo,
Praefectus Augustalis.	Daciae mediterraneae.	Augustanicae.
Vicarij quatuor, Asianae dioeceses. Ponticae. Thraciarum. Macedoniae.	Aegyptus Consulare non habet.	Paphlagoniae.
Comites rei militaris duo, Aegypti. Isauriae.	Praesides prouinciarum XL.	Et hic quidem catalogus generalis est earum dignitatum, quae in Orientali Imperio constituuntur. Superest ut specialiter uideamus, quoniam unicuique competat ad ministratio.
Duces per Aegyptum duo, Libyae. Thebaidos.	Per Aegyptum quinque, Libyae superioris. Libyae inferioris. Thebaidos. Aegypti. Arabiae.	<i>Sub praefect. pr. et. Orientis sunt infra scriptae dioeceses.</i>
Per orientem vi. Phoenicis. Euphratensis. Syriae Palastinae. Osrheniae. Mesopotamiae. Arabiae.	Per Orientem octo, Palastinae salutaris. Palastinae secundae. Phoenicis Libani. Euphratensis. Syriae salutaris. Osrheniae. Mesopotamiae. Ciliciae secundae.	Oriens Aegyptus. Asiana Pontica. Thracia.
Per Ponticam unus,	Per Asiam septem, Pisidia. Laconia. Phrygiae Pacatiana. Phrygiae salutaris. Lyciae. Cariae. Insularum.	Prouinciae Orientis xv. Palastina. Phoenice. Syria. Cilicia. Cyprus. Arabia. Isauria. Palastina salutaris. Palastina secunda. Phoenice Libani. Euphratensis. Syria salutaris.



Oſthænia.  
Meſopotamia.  
Cilicia ſecunda.  
ÆGYPTI VI.  
Libya ſuperior.  
Libya inferior.  
Thebais. Aegyptus.  
Arabia. Auguſtanica.  
ASIANÆ X.  
Pamphilia.  
Helleſpontus.  
Lydia. Piſidia.  
Lycaonia.  
Phrygia Pacatiana.  
Phrygia ſalutaris.  
Lycia. Caria.  
Inſulæ.  
PONTICÆ X.  
Galatia. Bithynia.  
Honorias.  
Cappadocia prima.  
Cappadocia ſecunda.  
Pontus Polemoniacus.  
Hellenopontus.  
Armenia prima.  
Armenia ſecunda.  
Galatia ſalutaris.  
THRACIÆ VI.  
Europa. Thracia.  
Hæmi montis.  
Rhodope.  
Mœſia ſecunda.  
Scythia.  
*Sub præf. præſ. Illyrici ſunt  
diœceſes infra ſcripti.*  
Macedonia. Dacia.  
Prouinciæ Macedoniae VI.  
Achaia.  
Macedonia. Creta.  
Theſſalia.  
Epirus uetus.  
Epirus noua.  
Prouinciæ Daciae v.  
Dacia mediterranea.  
Dacia Ripenſis.  
Mœſia prima.  
Dardania. Præualitana.  
Eſt & Macedonia ſalutaris,  
quæ partim Macedoniae,  
partim Daciae adſcribitur.  
OFFICIUM uirorū illuſtrium  
Præf. prætorio.  
Princeps.  
Cornicularius.  
Adiutor.  
Cōmentarienſis.  
Ab actis.  
Numerarij IIII. In his aurif u-  
nus, opere uel operarius,  
alter ſubadiuuus.  
Cura epistoliarum.  
Regerendarius.  
Exceptores.  
Adiutores, Singularij.

Vterq; Præfectus prætorio e-  
uectiones annuales nō ha-  
bet, ſed Præfectos ipſi emit-  
tunt.

*Sub magiſtro militū præſen-  
tiali.*

VEXILLATIONES PALA-  
TINAE V.

Equites promoti ſeniores.  
Comites Clibanarij.  
Comites ſagittarij iunio-  
Comites Tarſali. (res.  
Equites Arcades.

VEXILLATIONES COMITA-  
TENSES VII.

Equites cataphractarij Bi-  
turigenſes.  
Equites armigeri ſeniores  
Gallicani.  
Equites quinto Dalmatae.  
Equites nono Dalmatae.  
Equites primi ſcutarij.  
Equites promoti iuniores.  
Equites primi Clibanarij  
Parthi.

LEGIONES PALATINAE VI.

Lanciani ſeniores.  
Iouiani iuniores.  
Herculiani ſeniores.  
Fortenſes. Neruij.  
Martiani iuniores.

AVXILIA PALATI-  
NA XVIII.

Bataui ſeniores.  
Braccati iuniores.  
Salij.  
Constantiani.  
Matoiaci ſeniores.  
Sagittarij ſeniores Gallica-  
ni.  
Sagittarij iuniores Galli-  
cani.  
Tertij ſagittarij Valentis.  
Defenſores.  
Metobarij.  
Angleuarij.  
Hiberi.  
Vrſi.  
Felices Honoriani iunio-  
res.  
Victores.  
Tertij Theodoſiani.  
Felices Theodoſiani Iſau-  
rii.

*Sub alio magiſtro militum.*

VEXILLATIONES PALA-  
TINAE VI.

Comites ſeniores.  
Equites Braccati iuniores.  
Equites Bataui iuniores.  
Comites Sagittarij Arme-  
ni.  
Equites Theodoſiani ſe-  
niores.  
Equites Perſæ Clibanarij.

VEXILLATIONES COMITA-  
TENSES VI.

Equites Cataphractarij.  
Equites Cataphractarij  
Ambienſes.  
Equites ſexto Dalmatae.  
Equites ſecundi ſcutarij.  
Equites ſecundi Clibana-  
rii Parthi.

LEGIONES PALATINAE VI.

Martiani ſeniores.  
Daci Scythæ.  
Primani.  
Vndecimani.  
Lancearij iuniores.

AVXILIA PALATINA XV.

Regij.  
Cornuti.  
Tubantes.  
Martiani iuniores.  
Sagittarij ſeniores Orien-  
tales.  
Sagittarij iuniores Orien-  
tales.

Sagittarij dominici.  
Vindelici.  
Buccinobantes.  
Falconarij.  
Thraceſes.  
Turingi.  
Felices Theodoſiani.  
Felices Arcadiani iunio-  
res.  
Secundi Theodoſiani.

*Sub magiſtro militum per  
Orientem.*

VEXILLATIONES COMITA-  
TENSES X.

Comites Cataphractarij  
Bucellarij iuniores.  
Equites armigeri ſeniores  
Orientales.  
Equites tertio Dalmatae.  
Equites primi ſcutarij O-  
rientales.  
Equites ſecundi Stableſiani  
Equites promoti Clibana-  
rii  
Equites quarti Clibanarij  
Parthi.  
Equites primi ſagittarij.  
Cuneus equitū II. Clibana-  
riorum, Palmyrenorū.  
Felices Arcadiani ſenio-  
res.

LEGIONES COMITATEN-  
SES VIII.

Quinta Macedonia.  
Marteniſes ſeniores.  
Septima gemina.  
Decima gemina.  
Baliftarij ſeniores.  
Prima Flauia Conſtantia  
The-

Thebæorum.  
Secūda Felix ualentis The-  
bæorum.  
Prima Flauia Theodoſia-  
na.

PSEUDOCOMITATENSES X.

Prima Armeniaca.  
Secunda Armeniaca.  
Fortenſes auxiliarij.  
Funditores.  
Prima Italica.  
Quarta Italica.  
Sexta Parthica.  
Prima Iſauria ſagittaria.  
Baliftarij Theodoſiaci.  
Translygriani.

*Sub magiſtro militum per  
Thracias.*

VEXILLATIONES PALA-  
TINAE III.

Comites Arcadiaci.  
Comites Honoriaci.  
Equites Theodoſiani iu-  
niores.

VEXILLATIONES COMIT. IIII.

Equites Cataphractarij Al-  
bigenſes.  
Equites ſagittarij ſeniores  
Equites ſagittarij iuniores  
Equites primi Theodoſia-  
ni.

LEGIONES COMITATENSES.

Solenſes ſeniores.  
Menapij.  
Prima Maximiana The-  
bæorum.  
Tertia Diocletiana Thebeo  
Tertio decimani. (rum.  
Quarto decimani.  
Prima Flauia gemina.  
Constantini ſeniores.  
Diuitenſes Gallicani.  
Lancearij Scobenſes.  
Constantini Daphnenſes.  
Baliftarij iuniores.  
Pannonici iuniores.  
Tranni.  
Solenes Gallicani.  
Iulia Alexandria.  
Auguſtenſes.  
Valentinianenſes.

*Sub magiſtro militum per Il-  
lyricum.*

VEXILLATIONES COMI-  
TATENSES II.

Equites ſagittarij ſeniores  
Equites Germanici ſe-  
niores.

LEGIO PALATINA I.

Britones ſeniores.

AVXILIA PALATINA VI.

Haſtarij ſeniores.  
Haſtarij iuniores.  
Perulantes iuniores.  
Sagittarij lecti.

Inuicti iuniores.  
Atecotti.

LEGIONES COMITATEN-  
SES VIII.

Martiani conſtantes.  
Martij.  
Dianenſes.  
Germanici ſeniores.  
Secundarij.  
Lancearij Auguſtenſes.  
Mineruij.  
Lancearij iuniores.

PSEUDOCOMITATENSES.

Tunacenſes auxiliarij.  
Felices Theodoſiani iunio-  
res.  
Burgaracenſes.  
Senipenſes.  
Vlpianenſes.  
Metenſes.  
Secundi Theodoſiani.  
Baliftarij Theodoſiani iu-  
niores.  
Scapenſes.

Exiſtimantur autem ſuprà  
ſcripti magiſtri militū eſſe  
Cardinales, habentq; ſub  
ſe literatam hanc militiam:  
Principem.  
Numerarios duos.  
Cōmentarienſem.  
Primifcrinios, qui nume-  
rarij ſiunt.  
Scriniarios.  
Exceptores, & cæteros ap-  
paritores.

*Sub magiſtro officiorum.*

Schola ſcutariorum pri-  
ma.  
Schola ſcutariorum ſecun-  
da.  
Schola armaturarum iu-  
niorum.  
Schola Gentilium ſenio-  
rum.  
Schola ſcutariorum ſagit-  
tariorum.  
Schola ſcutariorum cliba-  
nariorum.  
Schola Gentilium iunio-  
rum.  
Schola agentium in rebus.  
Menſores & Lampadarij.  
Scriniū memoriae.  
Scriniū epistoliarum.  
Scriniū libellorum.  
Scriniū diſpoſitionum.  
Officiū cōmiſſionum.

FABRICAE Orientis

IIII.

Scutaria & armorum Da-  
maſci.  
Scutaria & armorum An-  
tiochia.

Scutaria & armamenta E-  
deſſæ.  
Haſtaria Hirenopolitana  
Ciliciae.

PONTICAE III.

Clibanaria Cæſareæ Cap-  
padociae.  
Scutaria & armorum Ni-  
comediae.  
Scutaria & armorum Sar-  
dis Lydiae.

ASIANAE II.

Scutaria & armorum Ha-  
drianopolis, itemq; Hæ-  
mi montis.

THRACIARVM I.

Scutaria & armorum Mar-  
tianopolis.

ILLYRICI IIII.

Theſſalonicenſis.  
Naſſatensis.  
Retiatensis.  
Scutaria Hercomagenſis.

OFFICIUM magiſtri of-  
ficiorum.

Adiutor.  
Subadiuuus.  
Adiutores II.  
Fabricarum III.  
Barbariorum III.  
Orientis I.  
Aſianæ I.  
Ponticæ I.  
Thraciarum & Illyrici I.  
Curioſus curſus publici I.  
Curioſi per omnes prouin-  
cias.

Interpretes diuerſarū gen-  
tium magiſter officiorū  
ipſe emittit.

*Sub Comite ſacrarum lar-  
gitionum.*

Comites largitionum per  
omnes diœceſes.  
Comites cōmerciōrū per  
Orientem.  
per Aegyptum.  
per Mœſiam.  
per Scythiam.  
per Pontum.  
per Illyricum.  
Præpoſitus theſaurorum.  
Comes metallorum per Il-  
lyricum.  
Comes rationalis ſumma-  
rum Aegypti.  
Magiſtri lineæ ueſtis.  
Magiſtri priuatae.  
Procuratores Gynæcio-  
rum.  
Procuratores Baphiarum.  
Procuratores monetarū.  
Præpoſiti Baſtagarum.  
Procuratores linificiorū.

OFFICIUM supra scripti illu-  
stris Comitibus habet,  
Primicerium totius officij.  
Primicerium scriniij Cano-  
num.  
Primicerium scriniij Tabu-  
lariorum.  
Primicerium scriniij nume-  
ratorum.

aureæ massæ.  
auri ad responsum.  
uestiarij sacri.  
argenti.  
anularis.  
à pecunijs.

Scriniarios supra scriptorū  
scriniiorum.

Secundocerium officij qui  
primicerius est excepto-  
rum.

Tertiocerium officij qui tra-  
ctat Bastagas, quarto lo-  
colibellos tractat, & cæ-  
teros palatinos ipsius of-  
ficij.

*Sub Comite rei priuatae.*

Domus diuinæ.  
Rationales rerū priuatarū,  
Bastaga priuata.  
Præpositi gregum & stabu-  
lorum.

Procuratores saltuum.

OFFICIUM eiusdem illust.

Primicerius totius officij.  
Primiscriniū beneficiorū.  
Primiscriniū canonum.  
Primiscriniū securitatum.  
Primiscriniū scriniij largi-  
tionum.

Scriniarios.  
Secundocerium officij qui  
tractat chartas & ceteros  
palatinos officij.

*Sub Comite domesticorum.*

Domestici equites.

Domestici pedites.  
Deputati eorum.

*Sub spect. V. Castrensi.*

Pædagogia.  
Ministeriales dominici.  
Cura palatiorum.

OFFICIUM.

Tabularius dominicus.  
Tab. Dñ. Augustarum.  
Adiutor.

Chartularius.

Scriniū ipsius.

Cæteri palatini officij.

*Sub dispositione uiri illust.*

Primicerij Notariorū, om-  
nis dignitatum & admi-  
nistrationum notitia, tam  
militariū q̄ ciuiliū: scho-  
las etiam & numeros tra-  
ctat: officium autem nō ha-  
bet, sed adiutorē de scho-  
la notariorum.

MAGISTER memoriae adno-  
tationes omnes dicit & e-  
mittit, & precib. respōdet.

MAGISTER epistolarū lega-  
tiones ciuitatū, consultatio-  
nes & preces tractat.

MAGISTER epistolarū græ-  
carū, eas epistolas que græ-  
cè solent emitti, aut ipse di-  
ctat, aut latinè dictatas trā-  
fert in græcū. officium ex ip-  
sis nemo habet, sed adiuto-  
res electos de scrinijs.

*Sub V. SP. Procōf. Asiae.*

Asia.

Insulæ.

Hellepontus.

*Sub V. SP. Proconf.*

Achaia.

OFFICIUM utriusq̄ Procōf.  
Princeps de schola agentium  
in rebus ducenarijs, qui

adorata clementia princi-  
pali cum insignibus exit  
transacto biennio.

Cornicularius.

Cōmentariensis.

Quæstor. Adiutor.

Ab actis.

Numerarij.

Alibellis.

Exceptores.

Cæteri apparitores.

*Sub sp. V. Comite Orientis.*

Prouinciæ orientis xv. qua-  
rum nomina supra retuli-  
mus.

OFFICIUM idem ferè cum  
officio Proconsulum.

*Sub præf. Augustali.*

Prouinciæ Aegypti sex.

*Sub Vicarijs.*

Suæ unicuiq̄ prouinciæ su-  
prà recitatae.

*Sub V. perfectiss. Præsides*

Dalmatiæ.

Prouincia Dalmatia.

OFFICIUM.

Principem.

Cornicularium.

Tabellarios duos.

Commentariensem.

Adiutorem. Ab actis.

Subadiuum.

Exceptores.

Reliq̄s Cohortalinos, qui-  
bus nō licet ad aliā transi-  
re militiam sine annota-  
tione clementiæ princi-  
pali.

Cæteri Præsides ad similitu-  
dinem Præsidis Dalmatiæ  
officia habent.

Idem & de uiro Cl. Consulari  
Campaniæ, itemq̄ V. Cl.  
Correctore Apuliæ & Ca-  
labriæ constitutum est.

## INDEX DIGNITATVM TAM CIVILIVM

QVAM MILITARIVM IN PARTIBVS OCCIDENTIS.

PRÆFECTVS pratorio  
Italiæ.

Præfectus pratorio Gallia-  
rum.

Præfectus urbis Romæ.

Magister peditum in præ-  
senti.

Magister equitum in præ-  
senti.

Magister equitū per Gal-  
lias.

Præpositus sacri cubiculi,  
Magister officiorum,  
Quæstor,

Comes sacrarum.

Comes rerum priuatarū.

Comes domesticorū equi-  
tum.

Comes domesticorum pe-  
ditum.

Primicerius sacri cubiculi.

Primicerius notariorum.

Castrensis sacri palatij.

Magister scriniiorū, memo-  
riæ, epistolarū, libellorū,  
Proconsul Africae.

VICARII VI.

Vrbis Romæ. Italiæ,

Aphricæ. Hispaniarum.

Septem prouinciarum.

Britanniarum.

COMITES REI MILITARIS VI.

Italiæ. Africae.

Tingitaniæ.

Tractus Argenteratensis.

Britanniarum.

Littoris Saxonici per Bri-  
tannias.

DVCEs XII.

Limitis Mauritanæ Cæsa-  
riensis.

Limitis Tripolitani, Pan-

Pannoniæ primæ & Nori-  
ci Ripensis.

Pannoniæ secundæ Vale-  
riæ Ripensis.

Rhetiæ primæ & secundæ.

Sequanicæ.

Tractus Armoricarij.

Neruanicæ.

Belgiæ secundæ.

Germaniæ primæ.

Britanniæ.

Maguntiacensis.

CONSULARES XXII.

Pannoniæ.

Per Italiam octo,

Venetici & Histriæ.

Aemiliæ. Liguriæ.

Flaminiæ & Piciniani-

nonarij.

Thuscicæ & Vmbriæ.

Picini suburbicarij.

Campaniæ. Siciliae.

Per Africam duo,

Byzaciæ. Numidiæ.

Per Hispanias tres,

Betica. Lusitaniæ.

Galleciæ.

Per Gallias sex,

Viennensis.

Lugdunensis.

Germaniæ primæ.

Germaniæ secundæ.

Belgiæ primæ.

Belgiæ secundæ.

Per Britannias duo,

Maximæ Cæsariensis.

Valentiae.

CORRECTORES:

Per Italiam duo,

Apuliæ & Calabriae.

Lucaniæ & Brutiorum.

Per Pannoniam unum,

Sauia.

PRÆSIDES XXXI.

Per Illyricum quatuor,

Dalmatiarum.

Pannoniæ primæ.

Norici Ripensis.

Per Italiam septem,

Alpium Cotiarum.

Rhetiæ primæ.

Rhetiæ secundæ.

Samnij. Valeriæ.

Sardiniae. Corsicæ.

Per Africam duo,

Mauritanæ Sityphensis.

Tripolitanae.

Per Hispanias quatuor,

Tarraconensis.

Carthaginensis.

Tingitaniæ.

Insularum Balearium.

Per Gallias undecim,

Alpium maritimarum,

Alpium.

Maximæ Sequanorum.

Aquitaniæ primæ.

Aquitaniæ secundæ.

Nouem populanae.

Narbonensis primæ.

Narbonensis secundæ.

Lugdunensis secundæ.

Lugdunensis tertiæ.

Lugdunensis Honoricæ.

Per Britannias tres,

Britanniæ primæ.

Britanniæ secundæ.

Flauia Cæsariensis.

INSIGNIA VIRI ILLVST.

PRÆFECTI PRÆTORIO

per Italiam.

*Sub dispositione uirorum illu-*

*stru præfectorum prætorio dice-*

*ceses infra scriptæ.*

Italia. Illyricum.

Africa.

Prouinciæ Italiæ XVII.

Venetici.

Aemiliæ. Liguriæ.

Flaminiæ & Piceni anno-

narij.

Thuscicæ & Vmbriæ.

Piceni suburbicarij.

Campaniæ. Siciliae.

Apuliæ & Calabriae.

Lucaniæ & Brutiorum.

Alpium Cotiarum.

Rhetiæ primæ.

Rhetiæ secundæ.

Samnij. Valeriæ.

Sardinie. Corsicæ.

Illyrici sex,

Pannoniæ secundæ.

Sauia.

Dalmatiarum.

Pannoniæ primæ.

Norici mediterranei.

Norici Ripensis.

Africae septem,

Byzaciæ. Numidiæ.

Mauritanæ Sityphensis.

Mauritanæ Cæsariensis.

Tripolis.

Præfectus annonæ Africæ.

Præfectus fundorū patri-

montalium.

OFFICIUM uiri illust. Præfe-

cti prætorio Italiæ.

Princeps.

Cornicularius.

Adiutor.

Cōmentariensis.

Ab actis.

Numerarij.

Subadiuue.

Cura epistolarum.

Regerendarius.

Exceptores. Adiutores.

Singularij.

*Sub dispositione uiri illust.*

*Præfecti prætorio Galliarū dice-*

*ceses infra scriptæ.*

Hispaniæ.

Prouinciæ septem.

Britanniæ quinq̄.

Prouinciæ Hispaniarum,

Betica. Lusitania.

Gallecia. Tarraconensis.

Carthaginensis.

Tingitania.

Balearis.

Prouinciæ Gallie XVII.

Viennensis.

Lugdunensis prima.

Germania prima.

Germania secunda.

Belgica prima.

Belgica secunda.

Alpes maritimæ.

Alpes Pœninae & Graie.

Maxima Sequanorum.

Aquitania prima.

Aquitania secunda.

Nouem populi.

Narbonensis prima.

Narbonensis secunda.

Lugdunensis secunda.

Lugdunensis tertiæ.

Lugdunensis Senonauia.

Britanniarum v.

Maxima Cæsariensis.

Valentia.

Britanniæ prima.

Britanniæ secunda.

Flauia Cæsariensis.

OFFICIUM uiri illust. Præfe-

cti prætorio Galliarū.

Princeps.

Cornicularius.

Adiutor.

Cōmentariensis.

Ab actis.

Numerarij.

Subadiuue.

Cura epistolarum.



Tribunus fori uarij.  
 Consularis aquarum.  
 Curator operū maximorū.  
 Curator operū publicorū.  
 Curator statuarum.  
 Curator horreorum Galbanorum.  
 Centenarius pontus.  
 Tribunus rerum nitentiū.  
 OFFICIUM uiri illust. præf. cti urbis.  
 Princeps.  
 Cornicularius.  
 Adiutor.  
 Cōmentariensis.  
 Abactis.  
 Primiscrinus siue numerarius.  
 Subadiuuæ.  
 Cura epistolarum.  
 Regerendarius.  
 Exceptores.  
 Adiutores. Censuales.  
 Nomenclatores.  
 Singularij.  
 INSIGNIA VIRI ILLVST. MAGISTRI PEDITVM.  
 Sub dispositione uiri illust.  
 Magistri peditum præfentialis, Comites limitū infra scripti.  
 Italia. Africa.  
 Tingitania.  
 Tractus Argentoratensis.  
 Britanniarum.  
 Littoris Saxonici per Britannias.  
 DVCEs LIMITVM INFRA SCRIPTORVM X.  
 Mauritania.  
 Cæsariensis.  
 Tripolitani.  
 Pannoniæ secundæ.  
 Valeriæ Ripensis.  
 Pannoniæ primæ & Norici Ripensis.  
 Rhetiæ primæ & secundæ.  
 Belgicæ secundæ.  
 Germaniæ primæ Britanniarum.  
 Maguntiacensis.  
 LEGIONES PALATINAE XII.  
 Iouiani seniores.  
 Herculiani seniores.  
 Diuitenses seniores.  
 Tungræcani seniores.  
 Pannonitiani seniores.  
 Mœsiaci seniores.  
 Armigeri propugnatores seniores.  
 Lancearij Sabarienses.  
 Octauiani. Thebei.  
 Cymbriani.  
 Armigeri propugnatores iuniores.

AVXILIA PALATINA XLV.  
 Cornuti seniores.  
 Braccati seniores.  
 Petulantes seniores.  
 Celtæ seniores.  
 Herculi seniores.  
 Bataui Mattiaci seniores.  
 Mattiaci iuniores.  
 Ascarij seniores.  
 Ascarij iuniores.  
 Iouij seniores.  
 Cornuti iuniores.  
 Sagittarij Neruij.  
 Leones seniores.  
 Leones iuniores.  
 Exculcatores seniores.  
 Sagittarij Tungri.  
 Exculcatores iuniores.  
 Tubantes.  
 Salij. Grati.  
 Felices seniores.  
 Felices iuniores.  
 Gratianenses seniores.  
 Inuicti seniores.  
 Augustei Icnij iuniores.  
 Victores n. iuniores.  
 Bataui n. iuniores.  
 Bructeri.  
 Ampluarij.  
 Gratianenses iuniores.  
 Valentinianenses iuniores.  
 Rheti. Sequarij.  
 Sagittarij uenatores.  
 Latini. Sabini.  
 Braccati.  
 Honoriani Atecotti seniores.  
 Honoriani Marcomani seniores.  
 Honoriani Marcomani iuniores.  
 Honoriani Atecotti iuniores.  
 Brisigauj seniores. (res.  
 Brisigauj iuniores.  
 Honoriani Mauri seniores.  
 Honoriani Mauri iuniores.  
 Celtæ iuniores.  
 Inuicti iuniores.  
 Britanicani.  
 Exculcatores iuniores Britanicani.  
 Felices Valentinianenses.  
 Mattiaci iuniores.  
 Gallearij.  
 Salij Gallicani.  
 Sagittarij Neruij.  
 Iouij iuniores.  
 Segusienfes.  
 Galli uictores.  
 Honoriani uictores iuniores.  
 Honoriani arcarij seniores.  
 Felices iuniores.

Gallicani. Tungri.  
 Honoriani Gallicani.  
 Mauritonantes iuniores.  
 Mauritonantes seniores.  
 LEGIONES COMITATENSIS XXXII.  
 Menapij seniores.  
 Fortenses.  
 Propugnatores seniores.  
 Armigeri defensores seniores.  
 Septimani seniores.  
 Regij Pacatianenses.  
 Velontes.  
 Mattiarij iuniores.  
 Mauriseruati.  
 Vndecimani.  
 Secundani Italiciani.  
 Germaniciani iuniores.  
 Tertiani, siue tertia Italica.  
 Tertia Herculea.  
 Lancearij Gallicani.  
 Honoriani.  
 Propugnatores iuniores.  
 Legio secundæ Britannicæ, siue secundani.  
 Septimani iuniores.  
 Præsidenses.  
 Vrsarienses.  
 Cortarienses.  
 Geminiacenses.  
 Honoriani felices Gallicani.  
 Tertia Iulia Alpina.  
 Prima Flauia pacis.  
 Secunda Flauia uirtutis.  
 Tertia Flauia salutis.  
 Flauia uictrices Constantina, id est, Constantici.  
 Secunda Flauia Constantiana.  
 Tertio Augustiani.  
 Fortenses.  
 PSEUDOCOMITATENSIS XVIII.  
 Legio prima Alpina.  
 Legio secunda Iulia Alpina.  
 Lancearij Lauriacenses.  
 Lancearij Maginenses.  
 Taurunenses.  
 Antianenses.  
 Pontinenses.  
 Prima Flauia Gallicana.  
 Constantia.  
 Martenses.  
 Abrincateni.  
 Defensores seniores.  
 Mariosifiniaci.  
 Prima Flauia Metis.  
 Superuetores iuniores.  
 Cōstantiaci Corniacenses.  
 Septimani.  
 Romanenses.

OFFI

OFFICIUM supra scripti magistri peditum præfentialis.  
 Princeps. Numerarius.  
 Cōmentarienses.  
 Adiutor.  
 Regerendarius.  
 Exceptores, & reliqui apparitores.  
 INSIGNIA VIRI ILLVST. MAGISTRI EQVITVM.  
 Sub dispositione uiri illust.  
 Magistri equitum præfentialis.  
 VEXILLATIONES PALATINAE X.  
 Comites seniores.  
 Equites promoti seniores.  
 Equites Braccati seniores.  
 Equites Bataui seniores.  
 Equites Cornuti seniores.  
 Equites Cornuti iuniores.  
 Comites Alani.  
 Equites Bataui iuniores.  
 Equites Cōstantes Valentinianenses.  
 Valentinianenses seniores.  
 VEXILLATIONES COMITATENSIS.  
 Equites armigeri.  
 Equites primani Gallici.  
 Equites octauo Dalmatice.  
 Equites Dalmatiæ Passerentiaci.  
 Equites Maurialites.  
 Equites Honoriani.  
 Taifali iuniores.  
 Equites Honoriani seniores.  
 Equites Mauri feroces.  
 Equites Cōstantiaci feroces.  
 Equites scutarij.  
 Equites Stableiani Africanani.  
 Equites Marcomani.  
 Equites armigeri seniores.  
 Equites sagittarij clibanarij.  
 Equites sagittarij Parthi seniores.  
 Equites primo sagittarij.  
 Equites secundo sagittarij.  
 Equites tertio sagittarij.  
 Equites quarto sagittarij.  
 Equites sagittarij Parthi iuniores.  
 Comites iuniores.  
 Equites promoti iuniores.  
 Sagittarij iuniores.  
 Equites cetrati iuniores.  
 Honoriani iuniores.  
 Armigeri iuniores.  
 Equites secundi scutarij iuniores.  
 Eques Stableiani Italiciani,

Equites sagittarij Cordueni.  
 Equites sagittarij seniores.  
 Cuneus equitū p. motorū.  
 OFFICIUM supra scriptæ magistreriae potestatis.  
 Princeps. Numerarius.  
 Primiscrinus.  
 Cōmentariensis.  
 Adiutor. Regerendarius.  
 Exceptores, & reliqui apparitores.  
 Qui numeri habent ex prædictis per infra scriptas provincias. Intra Italiā.  
 Iouiani seniores.  
 Herculiani seniores.  
 Diuitenses seniores.  
 Tungræcani seniores.  
 Pannonicani seniores.  
 Mœsiaci seniores.  
 Cornuti seniores.  
 Braccati seniores.  
 Petulantes seniores.  
 Celtæ seniores.  
 Heruli seniores.  
 Bataui seniores.  
 Mattiaci seniores.  
 Iouij seniores.  
 Victores seniores.  
 Cornuti iuniores.  
 Leones iuniores. (res  
 Atecotti Honoriani iuniores.  
 Brisigauj iuniores.  
 Mauri Honoriani iuniores.  
 Galli uictores.  
 Octauiani Thebei.  
 Mattiarij iuniores.  
 Septimani iuniores.  
 Regij. Germaniciani.  
 Prima Iulia.  
 Tertia Iulia.  
 Placidi Valētiniani felices.  
 Gratianenses iuniores.  
 Marcomani. Fortenses.  
 Intra Illyricū cum uiro spectabili Comite Illyrici.  
 Sagittarij Tungri.  
 Iouij iuniores. Sequani.  
 Rheti. Sagittarij.  
 Venatores. Latini.  
 Valentinianenses felices.  
 Honoriani uictores.  
 Segusienfes Tungri.  
 Mauri Honoriani seniores.  
 Mattiarij Honoriani Gallicani. Tertiani.  
 Tertia Herculea.  
 Pacatianenses.  
 Mauri cetrati.  
 Propugnatores iuniores.  
 Lancearij Lauriacenses.  
 Lancearij Comagenenses.  
 Secunda Iulia.

Valentinianenses.  
 Catarienses.  
 Intra Gallias cum uiro illust. magistro equitū Galliarū.  
 Mattiaci iuniores.  
 Leones seniores.  
 Braccati iuniores.  
 Salij seniores.  
 Gratianenses. Bructeri.  
 Ampluarij.  
 Valentinianenses.  
 Bataui.  
 Bataui iuniores.  
 Britones.  
 Atecotti Honoriani seniores. (ni.  
 Sagittarij Neruij Gallicani.  
 Iouij iuniores Gallicani.  
 Mattiaci iuniores Gallicani. Atecotti iuniores.  
 Gallicani.  
 Hastarij Honoriani seniores.  
 Armigeri defensores seniores.  
 Lancearij Honoriani Gallicani.  
 Lancearij Sabarienses.  
 Menapij seniores.  
 Secundani Britones.  
 Vrsarienses.  
 Præsidenses.  
 Geminiacenses.  
 Cortarienses.  
 Honoriani felices Gallicani.  
 Marienses. Abrientani.  
 Defensores seniores.  
 Mariosifiniaci.  
 Prima Flauia.  
 Superuetores iuniores.  
 Balistarij.  
 Defensores iuniores.  
 Garronenses.  
 Andereniciani.  
 Acincenses.  
 Cornacenses.  
 Septimani iuniores.  
 Cursarienses iuniores.  
 Musmagenses.  
 Romanenses.  
 Insidiatores.  
 Tricesimani.  
 Abulci. Exploratores.  
 OFFICIUM uiri illust. magistri equitū per Gallias.  
 Princeps ex officijs magistrorum militū præfentialium, uno anno a parte peditū, alio a parte equitum.  
 Cōmentariensis.  
 Numerarij ex uiris & officij singularis.  
 Adiutor.

Reuerendarius.  
 Exceptores.  
 Reliqui apparitores.  
 Intra Hispanias cum spectabili Comite.  
 Hastarij seniores.  
 Hastarij iuniores.  
 Sagittarij Neruij.  
 Excultatores iuniores.  
 Tubantes.  
 Felices seniores.  
 Inuicti seniores.  
 Victores iuniores.  
 Inuicti Britones iuniores.  
 Brisigau seniores.  
 Salij iuniores Gallicani.  
 Fortenses.  
 Propugnatores seniores.  
 Septimani seniores.  
 Vefontes. Vndecimani.  
 Intra Tingitaniam cum uiro spectabili Comite.  
 Mauritonantes seniores.  
 Mauritonantes iuniores.  
 Constantiniani.  
 Septimani iuniores.  
 Intra Africam cum uiro spectabili Comite Africæ.  
 Cetta iuniores.  
 Armigeri propugnatores seniores.  
 Armigeri propugnatores iuniores.  
 Secundani Staliciani.  
 Cymbriani.  
 Primani. Secundani.  
 Tertiani.  
 Constantiniani.  
 Constantiaci.  
 Tertio Augustani.  
 Fortenses.  
 Cum uiro spectabili Comite Britanniarum.  
 Victores iuniores Britannici.  
 Primani iuniores.  
 Secundani iuniores.  
 Item Vexillationes intra Italiam.  
 Comites seniores.  
 Equites promoti seniores.  
 Equites Brachiati seniores.  
 Equites Cornuti seniores.  
 Comites Alani.  
 Equites Mauri feroces.  
 Equites constantes Valentinianenses iuniores.  
 Intra Gallias cum uiro illustri Comite & Magistro equitum Galliarum.  
 Equites Bataui seniores.  
 Equites Cornuti seniores.  
 Equites Bataui iuniores.

Equites Brachiati iuniores.  
 Equites Honoriani seniores.  
 Equites Honoriani iuniores.  
 Equites armigeri seniores.  
 Equites octauo Dalmatæ.  
 Equites Dalmatæ Passerentienses.  
 Equites primi Gallicani.  
 Equites Mauri alites.  
 Equites Constantiaci feroces.  
 Intra Africam cum uiro spectabili Comite Africæ.  
 Equites Stableisiani Italiani.  
 Equites scutarij seniores.  
 Equites Stableisiani seniores.  
 Equites Marcomani. (res.  
 Equites armigeri seniores.  
 Equites clibanarij.  
 Equites Parthi sagittarij seniores.  
 Equites Cornuti seniores.  
 Equites primo sagittarij.  
 Equites secundo sagittarij.  
 Equites quarto sagittarij.  
 Equites Parthi sagittarij iuniores.  
 Equites Cornuti iuniores.  
 Equites promoti iuniores.  
 Equites scutarij iuniores.  
 Comitatenfes.  
 Equites Honoriani iuniores.  
 Equites scutarij iuniores scholæ secundæ.  
 Equites armigeri iuniores  
 Intra Britannias cum uiro spectabili Comite Britanniarum.  
 Equites cataphractarij iuniores.  
 Equites scutarij Aureliaci.  
 Equites Honorianici seniores.  
 Equites Stableisiani.  
 Equites Syri.  
 Equites Taifali.  
 Intra Tingitaniam cum uiro spectabili Comite Tingitanæ.  
 Equites scutarij seniores.  
 Comitatenfes.  
 Equites sagittarij seniores.  
 Comitatenfes.  
 Equites Cardueni Comitatenfes.

INSIGNIA VIRI ILL. MAGISTRI OFFICIORVM.  
 Sub dispositione uiri illust. magistri officiorum.

Schola scutariorū prima.  
 Schola scutariorū secundæ.  
 Schola armaturarū seniorum.  
 Schola gentiliū seniorum.  
 Schola scutariorum tertia.  
 Schola agentum in rebus, & deputati eiusdē scholę.  
 Scrinium memoriale.  
 Scrinium dispositionum.  
 Scrinium epistoliarum.  
 Scrinium libellorum.  
 Amisionales.  
 Cancellarij.  
 FABRICAE infra scriptæ in Illyrico.  
 Sirmiensis scutariæ.  
 Scordiscorum, & armorū.  
 Acincensis scutariæ.  
 Cornutenfis scutaria.  
 Lauricensis scutaria.  
 Salonitana armorum.  
 Italia.  
 Concordiensis sagittarij.  
 Veronensis scutarij & armorum.  
 Mantuana lorica.  
 Cremonensis scutaria.  
 Ticinēsis fabrica arcuaria.  
 Lucensis spatharia.  
 In Gallijs.  
 Argentomagensis armorum omnium.  
 Matisconensis sagittarij.  
 Augustodunēsis lorica.  
 Augustodunensis scutaria  
 Suefionensis balistaria & clibani.  
 Remensis spatharia.  
 Triborum scutaria & balistaria.  
 Ambianensis spatharia & scutaria.  
 OFFICIUM autem infra scripti uiri illust. magistri officiorum.  
 De schola agentum in rebus habetur hoc modo.  
 Adiutor.  
 Subadiuuæ adiutoris.  
 Subadiuuæ fabricarum diuerfarum.  
 Curiosus cursus publici in præsent.  
 Curiosi omnium prouinciarum.  
 Interpretes omnium gentium.  
 INSIGNIA ILLVST. QVAESTORIS.  
 Sub dispositione uiri illust. Questoris.  
 Leges dictandæ, preces.  
 Habet subadiuantes.

Adiu.

Adiutores memoriales.  
 De scrinijs diuersis.  
 INSIGNIA VIRI ILLVST. COMITIS SACRARVM LARGITIONVM.  
 Sub dispositione uiri illust. Comitum sacrarum largitionum.  
 Comes largitionum per Illyricum.  
 Comes uestiarij.  
 Comes auri.  
 Comes largitionum Italianarum.  
 Comes titulorum largitionum per Africam.  
 Rationales.  
 Rationalis summarū Pannoniæ secundæ, Dalmatiæ, & Sauriæ.  
 Rationalis summæ Pannoniæ primæ, Valerię, Norici, mediterranei, & Ripensis.  
 Rationalis summarum Italia.  
 Rationalis summarum urbis Romæ.  
 Rationalis summarū triū prouinciarū, id est, Siciliae, Sardinie, & Corsicę.  
 Rationalis summarum Africa.  
 Rationalis summarū Numidiæ.  
 Rationalis summarum Hispaniæ.  
 Rationalis summarū quinque prouinciarum.  
 Rationalis summarū Galliarum.  
 Rationalis summarū Britanniarum.  
 Præpositus thesaurorū Salonitarum Dalmatiæ.  
 Præpositus thesaurorū Siscianorum Sauriæ.  
 Præpositus thesaurorū Sabinensium Pannoniæ primæ.  
 Præpositus thesaurorū per Italiam Aquileiæ.  
 Præpositus thesaurorū Mediolanensium Liguriæ.  
 Præpositus thesaurorū urbis Romæ.  
 Præpositus thesaurorū Augustę Vindeliciensis Rhetiæ secundæ.  
 Præpositus thesaurorū per Gallias Lugdunensis.  
 Præpositus thesaurorū Arelatensium.  
 Præpositus thesaurorū Nemorum.

Præpositus thesaurorum Triborum.  
 Præpositus thesaurorū Augustensium in Britannis.  
 Procuratores monetæ.  
 Procurator monetæ Siscianæ.  
 Procurator monetæ Aquileiensis.  
 Procurator monetæ urbis Romæ.  
 Procurator monetæ Lugdunensis.  
 Procurator monetæ Arelatensis.  
 Procurator monetæ Triborum.  
 Procuratores Gynæciarum.  
 Procurator Gynæciensis Basiensis Pannoniæ secundæ translati Salonis.  
 Procurator Gynæciensis Sirmiensis Pannoniæ secundæ.  
 Procurator Gynæciensis Iouensis Dalmatiæ Aspalati.  
 Procurator Gynæciensis Aquileiensis inferioris Venetiæ.  
 Procurator Gynæciensis Mediolanensis Liguriæ.  
 Procurator Gynæciensis urbis Romæ.  
 Procurator Gynæciensis Canusini & Berus Apulii.  
 Procurator Gynæciensis Carthaginensis Africa.  
 Procurator Gynæciensis Arelatensis prouinciæ Viennensis.  
 Procurator Gynæciensis Remensis Belgicæ secundæ.  
 Procurator Gynæciensis Tornacensis Belgicæ secundæ.  
 Procurator Gynæciensis Triborum Belgicæ primæ.  
 Procurator Gynæciensis Augustuduno translati Metis.  
 Procuratores Gynæciensis in Britannis.  
 Procurator linificij Viennensis Galliarum.  
 Procurator linificij Rauenatium Italia.  
 Procuratores Basiorum.  
 Procurator Batutanensium Calabria.  
 Procurator Basij Salonitani Dalmatiæ.  
 Procurator Basij Cifensis Venetijs & Histria.

Procurator Basij Syracusani Sicilia.  
 Procurator Basiorum omnium per Africam.  
 Procurator Basij Girbitani prouinciæ Tripolitana.  
 Procurator Basij insularū Baleariū in Hispania.  
 Procurator Basij Tolonensis Galliarum.  
 Procuratores Basij Narbonensis.  
 Præpositi Barbariciorū siue argentariorū.  
 Præpositi barbariciorū siue argentariorum Arelatensium.  
 Præpositi barbaric. siue argent. Remensium.  
 Præpositi barbariciorū Triborum.  
 Præpositi bastagarum primæ Orientis, orientaliū & quartæ.  
 Præpositus bastagæ secundæ orientalis & tertiæ.  
 Præpositus bastagæ tertiæ orientalis.  
 Præpositus bastagæ quartæ orientalis.  
 Præpositus bastagæ primæ Gallicanorū & quartæ.  
 Comes comerciorum per Illyricum.  
 OFFICIUM autē uiri illust. supra scripti Comitum sacrarū largitionū.  
 Primiceriū totius officij.  
 Primicerium scriniorū canonum.  
 Primicerium scriniorū tabulariorum.  
 Primicerium scriniorū numerorum.  
 Primicerium scriniorū auri massæ.  
 Primicerium scriniorū auri ad responsum.  
 Primiceriū scriniorum uestiarij sacri.  
 Primiceriū scriniorum ab argento.  
 Primicerium scriniorum à Miliarenlibus.  
 Primicerium scriniorum à pecunijs, & cæteros scrinarios.  
 Secundicerium officij qui primicerius est exceptorum.  
 Tertioceiū officij qui tractat bastagas.

INSIGNIA VIRI ILLVST.



## COMITIS PRIVATORVM.

*Sub dispositione uiri illust.**Comitis rerum priuatarum.*

Comes largitionum priuatarum.

Comes Geldoniaci patri-moniij.

Rationalis rerum priuatarum per Illyricum.

Rationalis rerum priuatarum per Italiam.

Rationalis rei priuatæ per Italiam.

Rationalis rei priuatæ per urbem Romam &amp; suburbicarias regiones cū parte Faustinae.

Rationalis rei priuatæ per Siciliam.

Rationalis rei priuatæ per Africam.

Rationalis rei priuatæ per Hispanias.

Rationalis rei priuatæ per Gallias.

Rationalis rei priuatæ per quinque prouincias.

Rationalis rei priuatæ per Britannias.

Rationalis rei priuatæ fundorū domus diuinæ per Africam.

Rationalis rei priuatæ per Siciliam.

Procurator rei priuatæ per Apuliā &amp; Calabriā, siue saltus Carminianensis.

Præpositus rei priuatæ per Sequanicum &amp; Germaniam primam.

Procurator rei priuatæ per Dalmatiam.

Procurator rei priuatæ per Suauiam.

Procurator rei priuatæ per Italiam.

Procurator rei priuatæ per urbem Romam.

Procurator rei priuatæ per urbicarias regiones. Rerum Iuliani.

Procurator rei priuatæ Gynæcorū Triborum.

Procurator Gynæcei Iuua rensis rei priuatæ Merti, translata Anhelat.

Præpositus bastagæ rei priuatæ orientalis inferiorū.

Præpositus bastagæ priuatarum Galliarum.

OFFICIUM autē supra scripti uiri illust. Comitum rerum priuatarū habet, Primiceriū totius officij.

Primiscriinium beneficiorum.

Primiscriinium nonum.

Primiscriinium securitatū.

Primiscriinium largitionū priuatarum.

Scriuarios etiam reliquos supra scriptorū scriniorum.

Secundicerium totius officij, qui tractat chartas officij, cæteros etiam palatinos.

## COMES DOMESTICORVM EQVITVM, COMES DOMESTICORVM PEDITVM.

*Sub dispositione uirorum illust. Comitum domesticorū equitum siue peditum.*

Domestici equites.

Domestici pedites.

Deputati eorum.

*Sub dispositione uiri spect. Castrensis.*

Pædagogia.

Ministerialis domini, aliās curæ palatiorum.

OFFICIUM autē uiri spectabilis Castrensis habet, Tabularium domini.

Adiutorem.

Chartularium &amp; scriinium ipsius, &amp; cæteros palatinos officiorum.

*Sub cura uiri spectabilis primicerij Notariorum.*

Notitia omnium dignitatum &amp; ministratum tam ciuiliū quā militarium.

Officiū autem non habet, sed adiutores.

MAGISTER scriniorum.

Magister memoriæ adnotationes omnes dicit &amp; emittit, respondet etiam precibus.

Magister epistolarū, legationes ciuitatum &amp; consultationes &amp; preces tractat.

Magister libellorū cognitiones &amp; preces tractat.

PROCONSUL AFRICAE.

*Sub dispositione uiri spectabilis Proconsul. Africæ.*

Prouincia &amp; Consularis &amp; legati eius duo.

Officiū autem habet ita. Principē de schola agentū in rebus duodenarium.

Cornicularium.

Numerarios duos.

Primiscriinium.

Cōmentariensem.

Adiutorem.

Ab actis.

Subadiuuas.

Exceptores singulares, &amp; reliquum officium.

*Sub dispositione uiri spectabilis Vicarij urbis Romæ prouinciae infra scriptæ.*

Consulares,

Campaniæ.

Thuscianæ &amp; Vmbriæ.

Piceni suburbicij.

Sicilia.

Correctores,

Apuliæ &amp; Calabriae.

Brutiorum &amp; Lucaniae.

Præsides,

Samnij.

Sardiniae.

Corficae.

Valerie.

OFFICIUM autem supra dictus uir spectabilis Vicarius habet ita.

Principem de schola agentum in rebus ducenariū.

Corniculariū.

Numerarios duos.

Cōmentariensem.

Adiutorem.

Ab actis.

Cura epistolarum.

Subadiuuas.

Exceptores singulares, &amp; reliquos officiales.

VICARIVS AFRICAE.

*Sub dispositione uiri spectabilis Vicarij Africæ.*

Consulares,

Byzaci. Numidiæ.

Præsides,

Tripolitani.

Mauritaniae Sitiphensis.

Mauritaniae Cesariensis.

OFFICIUM autē habet idem uir spectabilis uicarius hoc modo.

Principem de schola agentum in rebus ducenariū.

Cornicularium.

Numerarios duos.

Cōmentariensem.

Ab actis.

Cura epistolarum.

Adiutorem.

Subadiuuas.

Exceptores singulares, &amp; reliquos officiales.

VICARIVS HISPANIAE.

*Sub dispositione uiri spectabilis Vicarij Hispaniarum.*

Consulares,

Beticæ.

Lusi-

Lusitaniae.

Galleciæ.

Præsides,

Tarraconensis.

Carthaginensis.

Tingitaniae.

Insularum Balearium.

OFFICIUM autē habet idem

uir spectabilis hoc modo.

Principem de schola agentum in rebus ex ducenarijs.

Cornicularium.

Numerarios duos.

Cōmentariensem.

Ab actis.

Adiutorem.

Subadiuuas.

Exceptores singulares, &amp; reliquum officium.

VICARIJ SEPTEM Prouinciarum.

*Sub dispositione uiri spectabilis Vicarij septem prouinciarum.*

Consulares,

Viennenses.

Lugdunenses.

Germaniæ primæ.

Germaniæ secundæ.

Belgiæ secundæ.

Præsides,

Alpium maritimarum.

Alpiū Pœninarū &amp; Graiarum.

Maximæ Sequanorum.

Aquitaniæ primæ.

Aquitaniæ secundæ.

Narbonensis primæ.

Narbonensis secundæ.

Lugdunensis secundæ.

Lugdunensis tertiæ.

Lugdunensis Senoniæ.

OFFICIUM autē habet idem uir spectabilis Vicarius hoc modo.

Principem de schola agentum in rebus ex ducenarijs.

Cornicularium.

Numerarios duos.

Cōmentariensem.

Ab actis.

Cura epistolarum.

Adiutorem.

Subadiuuas.

Exceptores singulares, &amp; reliquos officiales.

VICARIJ BRITANNIARVM.

*Sub dispositione uiri spectabilis Vicarij Britanniarum.*

Consulares,

Maximæ Cesariensis.

Valentiae.

Præsides,

Britanniæ primæ.

Britanniæ secundæ.

Flauiae Cesariensis.

OFFICIUM autē habet idem

uir spectab. Vicarius

hoc modo.

Principē de schola agentū

in rebus ex ducenarijs.

Cornicularium.

Numerarios duos.

Cōmentariensem.

Ab actis.

Cura epistolarum.

Adiutorem.

Subadiuuas.

Exceptores singulares, &amp; reliquos officiales.

COMES AFRICAE.

*Sub dispositione uiri spectabilis Comitum Africæ.*

Limitanei,

Præpositus limitis Thamalensis.

Præpositus limitis Montensis in castris Leptitanis.

Præpositus limitis Bazensis.

Præpositus limitis Gemelensis.

Præpositus limitis Tubunensis.

Præpositus limitis Zabenensis.

Præpositus limitis Tubusubditanis.

Præpositus limitis Thamalomenis.

Præpositus limitis Balarentanis.

Præpositus limitis Columnatensis.

Præpositus limitis Tablatis.

Præpositus limitis Caputcellensis.

Præpositus limitis secundum forum in castris Tilibanensibus.

Præpositus limitis Taugensis.

Præpositus limitis Bidensis.

Præpositus limitis Badensis.

OFFICIUM autē habet idem uir spectab. Comes hoc modo.

Principē ex officij magistrū militū presentialiū uno anno à parte peditū,

alio à parte equitum.

Cornicularium.

Adiutorem.

Cōmentariensem.

Numerarios duos ex utriusque officij.

Magistros militum presentialium singulos.

Subadiuuam.

Regerendarium.

Exceptores singulares, &amp; reliquos officiales.

COMITES TINGITANIAE.

*Sub dispositione uiri spectabilis Comitum Tingitaniae.*

Limitanei,

Præfectus alæ Herculeæ Tannico.

Tribunus cohortis secundæ Hispanorum Duga.

Tribunus cohortis primæ Herculeæ Adlucos.

Tribunus cohortis primæ &amp; Tityreorum Castrobariensis.

Tribunus cohortis Pacatianensis, Pacatiana.

Tribunus cohortis tertiæ Hastorum tabernas.

Tribunus cohortis Friglenensis, Friglas.

OFFICIUM autē habet idem uir spectab. Comes hoc modo.

Principem ex officio magistrum militū presentialiū uno anno à parte peditū,

alio anno à parte equitū.

Cōmentariensem ut supra.

Numerarios duos.

Singulos ex officio supra dicto.

Cornicularium.

Adiutorem.

Subadiuuam.

Regerendarium.

Exceptores singulares, &amp; reliquos officiales.

COMES LITTORIS SAXON. PER BRITANNIAM.

*Sub dispositione uiri spectabilis Comitum littoris Saxon. per Britanniam.*

Præpositus numeri Fortensium Othone.

Præpositus militū Tungre canorum Dubris.

Præpositus numeri Tornacensium Lemannis.

Præpositus equitū Dalmatarum Branodun. Branoduno.

Præpositus equitū Stablefian. Gariannonen. Gariannor.

Tribunus cohortis primæ Vetasiorum Regulbio.

Præfectus legionis secundæ.

da Aug.  
Præpositi numeri Abulcorum.

Præpositi numeri exploratorum Portum adurni.  
OFFICIUM autē habet idem uir spectab. Comes hoc modo.

Principem ex officio magistrī præfentialiū à parte peditum.

Numerarios duos, ut supra ex officio supra dicto Cōmentariensem ex officio supra dicto.

Cornicularium.

Adiutorem.

Subadiuam.

Regerendarium.

Exceptores singulares, & reliquos officiales.

COMES BRITANNIAE.

*Sub dispositione uiri spectabilis Comitū Britanniarum.*

Prouinciæ Britannia.

OFFICIUM autē habet idem uir spectab. Comes hoc modo.

Principem ex officio magistrī militum præfentialiū alternis annis.

Cōmentariensem ut supra Numerarios duos. Singulos ex utriusq; officijs supra.

Adiutorem.

Subadiuam.

Exceptores singulares, & reliquos officiales.

COMES ITALIAE.

*Sub dispositione uiri spectabilis Comitū Italiae.*

Tractus Italiae circa Alpes  
COMES ARGENTORATENSIS.

*Sub dispositione uiri spectabilis Comitū Argentoratensis.*

Tractus Argentoratensis.  
DVCS ET PRAESIDIS  
PROVINCIAE MAVRITANIAE.

*Sub dispositione uiri spectabilis Ducis & Praesidis prouinciæ Mauritanie Cæsariensis.*

Præpositus limitis Columnatensis.

Præpositus limitis Iudæsis.

Præpositus limitis inferiorum.

Præpositus limitis Fortēsis.

Præpositus limitis Muticitanii.

Præpositus limitis Audienlis.

Præpositus limitis Caputcellensis.

Præpositus limitis Augustensis.

OFFICIUM autē habet idem uir spectab. Dux & Præses hoc modo.

Principem ex officio magistrī militū præfentialiū alternis annis.

Numerarios duos.

Singulos ex officijs.

Cōmentariensem ex officijs alternis annis.

Cornicularium.

Adiutorem.

Subadiuam.

Regerendarium.

Exceptores singulares, & reliquos officiales.

DUX PROVINCIAE TRIPOLITANAE.

*Sub dispositione uiri spectabilis Ducis prouinciæ Tripolitane.*

Præpositus limitis Talaentensis.

Præpositus limitis Tēchetani.

Præpositus limitis Bizerenanae.

Præpositus limitis Tillibarenlis.

Præpositus limitis Madensis.

Præpositus limitis Maccomadensis.

Præpositus limitis Timptiberitani.

Præpositus limitis Budensis.

Præpositus limitis Mamucensis.

Præpositus limitis Balēsis.

Præpositus limitis Varēsis  
Milites Fortēses in castris Leptitanis.

Milites munifices in castris Madensibus.

Præpositus limitis Sarcitani.

OFFICIUM autē habet idem uir spectab. Dux hoc modo.

Principē ex officijs magistrorum militū præfentialium alternis annis.

Numerarios utrosq;

Cōmentariensem utrunq;

Cornicularium.

Adiutorem.

Subadiuam.

Regerendarium.

Exceptores & reliquos officiales.

DUX PANNONIAE.

*Sub dispositione uiri spectabilis Ducis prouinciæ Pannoniae secundae Pariensis siue Saurae.*

Cuneus equitum scutariorum Cornacum.

Cuneus equitum Dalmatarum Teutiburgio.

Cuneus equitum Constantianorum Burgenas.

Cuneus equitum promotorum Cuccis.

Cuneus equitum Constantium Aciminci.

Cuneus equitū Italicianorum secundarum.

Equites Dalmatae Nouas.

Equites Dalmatae Albano.

Equites promoti Teutiburgio.

Equites Dalmatae Cornaco.

Equites sagittarij Cuccis.

Equites Dalmatae Bononiae.

Equites Dalmatae Cusi.

Equites sagittarij Aciminci.

Equites Dalmatae Ricci.

Equites Dalmatae Burgenas.

Equites promoti Tauruno.

Auxilia Herculea ad Herculem.

Auxilia Nouensia Arfaciana siue Nouas.

Auxilia Augustensia citra Bononiam in barbarico in castello Onachrino.

Auxilia praesidentia in castris Herculeis.

Auxilia Astarij Tauruno siue Marfonia.

Præfectus legionis quinte Iouie cohortis quinte partis superioris Bononiae.

Præfectus sextae Herculee cohortis quinte partis superiorum Aureomontae.

Præfectus legionis quinta cio uiae Burgenas.

Præfectus legionis sextae Herculeae Teutiburgio.

Præfectus legionis quintae Iouie sextae Herculeae in castello Onagrino.

Præfectus militum Calca-riensium Sirmij.

Præfectus classis primae Flauiae Augustae Sirmii.

Præfectus classis secundae Flauiae Graio.

Præfectus classis Histricae Mursae.

Tribunus cohortis tertiae Alpinorū Dardanorū.

Ala-

Ala Sirmiensis.

Sirmi.

Præfect. classis primae Pannoniae Scruitiij classis agentiu, siue secundae Pannoniae Minefcythiae.

Tribunus cohortis tertiae.

Tribunus cohortis primae Iouiae Leonatae.

Tribunus cohortis primae Thracū ciuium Romanorum caput Basensis.

OFFICIUM autē habet idem uir spectabilis hoc modo.

Principē de eodē officio.

Numerarium

Adiutorem.

Commentariensem.

Subadiuam.

Regerendarium.

Exceptores singulares, & reliquos officiales.

DUX PROVINCIAE VALERIAE.

*Sub dispositione uiri spectabilis Ducis prouinciæ Valeriae Ripensis.*

Cuneus equitū scutariorū Soluae.

Cuneus equitū Dalmatarum Intercisa.

Cuneus equitū Cōstantianorū Lusonio, nunc Intercisa.

Cuneus equitū Stablestianorū Ripa alta, nunc Conradensia.

Cuneus equitum Fortensium Altino.

Equites Dalmatae Odiabo.

Equites promoti Erumero.

Equites Mauri salua.

Equites Dalmatae ad Herculem.

Equites Dalmatae Cirpi.

Equites Dalmatae Cōstantiae.

Equites Dalmatae Caupona.

Equites promoti Matrice.

Equites Dalmatae Vetulinae.

Equites sagittarij Intercisa.

Equites Dalmatae ad Namantia.

Equites Dalmatae Luffonio.

Equites Dalmatae ripa alta.

Equites Dalmatae ad statuas.

Equites Dalmatae Florētię.

Equites sagittarij Altino, nunc Inburgo cōtra Florentiam.

Equites Flauinenses ad mihiare.

Auxilia Herculensia ad Herculem.

Auxilia Vrsariensia pone Nauata, nunc ad statuas.

Auxilia uigilum cōtra Acinco trans in barbarico.

Auxilia Fortensia Cirpe.

Auxilia insidiatorū Cardabianca.

Præfectus legionis primae adiutricis cohortis quintae partis superiorū Bregecione.

Præfectus legionis secundae adiutricis cohortis partis superiorum.

Præfectus legionis secundae adiutricis partis inferiorum Florentiae.

Præfectus legionis secundae adiutricis tertiae partis superiorum Acinco.

Præfectus legionis secundae adiutricis in castello contra Tautantum.

Præfectus milit. legionis secundae adiutricis Cirpi.

Præfectus legionis secundae adiutricis Luffanio.

Præfectus classis Histricae Florentiae.

Tribunus cohortis Vincetiae.

Tribunus cohortis Quadruburgio.

Tribunus cohortis Iouia.

Tribunus cohortis ad Burgum centenarium.

Tribunus cohortis Alesee.

Tribunus cohortis Marinanae.

Præfectus legionis trans Acinco.

OFFICIUM autē habet idem uir spectabilis hoc modo.

Principē de eodē corpore.

Numerarium.

Commentariensem.

Adiutorem

Subadiuam.

Regerendarium.

Exceptores singulares, & reliquos officiales.

DUX PANNONIAE PRIMAE.

*Sub dispositione uiri spectabilis Ducis Pannoniae primae & Norici Ripensis.*

Cuneus equitum Dalmatarum Flexo.

Cuneus equitū Stablestianorum Arrabonae.

Equites promoti Arrabonae.

Equites sagittarij Quadruburgio.

burgio.

Equites Dalmatae ala noua

Equites Dalmatae aquinoctiae.

Equites Dalmatae ad Herculem.

Equites sagittarij Gerolae.

Equites promoti Flexo.

Equites Mauri quadrato.

Tribunus gentium Marco manorum.

Præfectus legionis decime Vindomarae.

Præfectus legionis quartae decimae geminae militū Liburnariorum cohortis partis superiorū Carnuto.

Præfectus legionis decime & quartae decimae geminae militum Liburnarū Arrabonae.

Præfectus classis Histricae Arunto siue Vindomanae à Carnuto translata.

Tribunus cohortis Arrianis.

Tribunus cohortis Carantensis.

Equites promoti ad Mauros.

Equites sagittarij Lentiae.

Equites sagittarij Lacufelicis.

Equites Dalmatae Arlapae.

Equites Dalmatae Augustianis.

Equites promoti Comagenis.

Præfectus secundae Italicae militū Liburnariorū Iouiaco.

Præfectus legionis Italicae partis inferiorū Lentiae.

Præfectus legionis secundae Lauriaco.

Præfectus legionis primae Noricorū militū Liburnariorum quartae partis superiorum Adiuuense.

Præfectus legionis Liburnariorū primorū Noricorum Fasiana.

Præfectus classis Arlapensis & Maginensis.

Præfectus classis Lauriacensis.

Tribunus cohortis Boiodoro.

Tribunus cohortis Austurum.

Tribunus cohortis Canabica.

OFFICIUM autē habet idem uir spectab. Dux hoc modo.

Principē de eodē corpore.



Numerarium.  
 Commentariensem.  
 Adiutorem.  
 Subadiuam.  
 Regerendarium.  
 Exceptores singulares, & reliquos officiales.  
 DVX RHETIAE.  
*Sub dispositione uiri spectabilis Ducis prouinciae Rhetiae primae & secundae.*  
 Equites Stablesiani seniores Augustanis.  
 Equites Stablesiani iuniores Pōte eni, nūc Febiās  
 Equites Stablesiani iuniores Submontorio.  
 Praefectus legionis tertiae Italicae partis superiorū castra Regina, nūc Valato.  
 Praefectus legionis tertiae Italicae partis superiorū deputata ripae primae Submontorio.  
 Praefect. legionis tertiae Italicae pro parte media praetendēte à Cumania Cassiliacū usq; Campiduno.  
 Praefect. militum Vrsariensium Guntiae.  
 Praefect. legionis tertiae Italicae trāsuectioni specierū deputatae Foetibus.  
 Praefect. legionis tertiae Italicae trāsuectioni specierū deputatae Teriolis.  
 Praefectus alae primae Flauiae Rhetorū Quintanis.  
 Tribunus cohortis nouae Batauorum Batauis.  
 Tribunus cohortis tertiae Britonum Abusina.  
 Praefect. alae secundae Valeriae singularū Vallato.  
 Tribunus cohortis sextae Valeriae Rhetorū Venaxamodorum.  
 Tribunus cohortis primae Herculeae Rhetorū Parroduno.  
 Tribunus cohortis quintae Valeriae Frigū Pinianis.  
 Tribunus cohortis tertiae Herculeae Pannoniorū Caëlio.  
 Tribunus gentis per Rhetias deputatae Teriolis.  
 Praefectus numeri barbariorū Cōfluentib. siue Brigantia.  
 Praefectus alae secundae Valeriae Sequanorū Iuuania.  
 Tribunus cohortis Hercu-

leg Pannoniorū arbore.  
 OFFICIUM autē habet idem uir spect. Dux hoc modo.  
 Principē ex officijs magistrorū militū praesentia-  
 lium alternis annis.  
 Numerarios duos, ex utriusque officijs praesentia-  
 lib. singulos.  
 Cōmentariensem ex utriusque officijs alternis annis.  
 Adiutorem.  
 Subadiuam.  
 Regerendarium.  
 Exceptores singulares, & reliquos officiales.  
 DVX PROVINCIAE SEQUANICAE.  
*Sub dispositione uiri spectabilis Ducis prouinciae Sequanici limitis.*  
 Latauiensis Olinonae.  
 OFFICIUM autē habet idem uir spect. Dux hoc modo.  
 Principem ex officijs magistrorū militū praesentia-  
 lium à parte peditum.  
 Numerarium.  
 Cōmentariensem ut supra.  
 Adiutorem.  
 Subadiuam.  
 Regerendarium.  
 Exceptores singulares, & reliquos officiales.  
 DVX TRACTVS ARMORICANI.  
*Sub dispositione uiri spectabilis Ducis tractus Armorici & Neruicani.*  
 Tribunus cohortis primae nouae Armoricae Gran-  
 nona in litore Saxonico  
 Praefect. militū Carronen-  
 sium Blabia.  
 Praefect. militū Maurorū,  
 Venetorum Venetis.  
 Praefectus militum Mauro-  
 rum Osismia Coromosis-  
 mis.  
 Praefectus militum Super-  
 uentorum Mannatias.  
 Praefectus militū Marten-  
 sium Aleto.  
 Praefectus militum primae  
 Flauiae Constantiae.  
 Praefectus militum Vrsarien-  
 sium Rotomago.  
 Praefectus militū Dalmata-  
 rum Abrincatis.  
 Praefectus militum Gran-  
 nonensium Grannono.  
 Extenditur tamen tractus Ar-  
 moricani & Neruicani li-  
 mitis per puincias quinq;

Per Aquitaniā primam & secundam.  
 Senoniam secundam.  
 Lugdunensem & tertiam.  
 OFFICIUM autē habet idem uir spect. Dux hoc modo.  
 Principē ex officijs magistrorum militum praesentia-  
 lium alternis annis.  
 Numerarium à parte peditum uno anno.  
 Commentariensem de officijs alternis annis.  
 Adiutorem.  
 Subadiuam.  
 Regerendarium.  
 Exceptores singulares, & reliquos officiales.  
 DVX BELGICAE SECVNDAE.  
*Sub dispositione uiri spectabilis Ducis Belgicae secundae.*  
 Equites Dalmatae Marcis in litore Saxonico Sambrica in loco Quartensi siue Hornensi.  
 Tribunus militū Neruiorum Portuapaciaci.  
 OFFICIUM autē habet idem uir spectab. hoc modo.  
 Principem ex eodem corpore.  
 Cornicularium.  
 Commentariensem.  
 Adiutorem.  
 Subadiuam.  
 Regerendarium.  
 Exceptores singulares, & reliquos officiales.  
 DVX BRITANNIARVM.  
*Sub dispositione uiri spectabilis Ducis Britanniarum.*  
 Praefectus legionis sextae.  
 Praefectus equitum Dalmat. Praesidio.  
 Praefectus equitū Crispianorum Pano.  
 Praefectus equitum Cataphractariorū Morbio.  
 Praefectus numeri Barca-  
 riorum Trigrisensium Arbeia.  
 Praefectus numeri Neruiorum Dictensium Dicti.  
 Praefectus numeri uigiliū Concagios.  
 Praefectus numeri exploratorum Lauatres.  
 Praefectus numeri directorum ueterum.  
 Praefectus numeri defensorum Braboniaco.  
 Praefectus numeri Solensium

sium Magloue.  
 Praefectus numeri Pacentium magis.  
 Praefectus numeri Longouicariorū Longouicio.  
 Praefectus numeri Petueriense de Ruentione.  
 ITEM per lineam Valli.  
 Tribunus cohortis quartae Lergorum Segeduno.  
 Tribunus cohortis primae Cornouiorū Pōte Aeli.  
 Praefectus alae primae astorum Conderco.  
 Tribunus cohortis primae Frixagorū Vindobala.  
 Praefectus alae Sauiniana Hunno.  
 Praefectus alae secundae hastorum Cilurno.  
 Tribunus cohortis primae Batauorum Procolitia.  
 Tribunus cohortis primae Tungrorū Borcouicio.  
 Tribunus cohortis quartae Gallorum Vindolana.  
 Tribunus cohortis primae astorum Aesica.  
 Tribunus cohortis secundae Dalmatarum magnis.  
 Tribunus cohortis primae Aeliae Dacorum ambo Glanna.  
 Praefectus alae Petrianae Petrianis.  
 Praefectus numeri Mauro-  
 rum Aurelianorū Abalaba.  
 Tribunus cohortis secundae Lergorū Cōgauata.  
 Tribunus cohortis primae Hispanorū Axeloduno.  
 Tribunus cohortis secundae Thracum Gabrosenti.  
 Tribunus cohortis primae Aeliae classicae & Vno-  
 cello.  
 Tribunus cohortis primae Marinorū Glannibāta.  
 Tribunus cohortis tertiae Neruiorum Alioue.  
 Cuneus armatorū Brementeuraco.  
 Praefectus alae primae Herculeae Olenaco.  
 Tribunus cohortis sextae Neruiorum Virosido.  
 OFFICIUM autē habet idem uir spectab. Dux hoc modo.  
 Principē ex officijs magistrorum militū praesentia-  
 lium alternis annis.  
 Cōmentariensem utrunq;

Numerarios ex utrisq; officijs omni anno.  
 Adiutorem.  
 Subadiuam.  
 Regerendarium.  
 Exceptores singulares, & reliquos officiales.  
 DVX MOGVNTIACENSIS  
*Sub dispositione uiri spectabilis Ducis Moguntiacensis.*  
 Praefect. militū Pacensium Saletonie.  
 Praefect. militū Menapiorum tabernis.  
 Praefect. militum Andercianorum uico Iulio.  
 Praefect. militum Vindicū Nemetis.  
 Praefect. militum Martensium alta ripa.  
 Praefect. militum secundae Flauiae Vangione.  
 Praefect. militū armigerorum Maguntiaco.  
 Praefect. militum Brigen-  
 sium Bīngio.  
 Praefect. militū balistariorū Bodobrica.  
 Praefect. militum defensorum Confluentibus.  
 Praefect. militum Acincensium Antonaco.  
 OFFICIUM autē habet idem uir spect. Dux hoc modo.  
 Principē ex officijs magistrorum militum praesentia-  
 lium alternis annis.  
 Numerarium à parte peditum semper.  
 Cōmentariensem à parte peditum semper.  
 Adiutorem.  
 Subadiuam.  
 Regerendarium.  
 Exceptores.  
 Singulares, & reliquos officiales.  
 ITEM PRAEPOSITVRAE  
*Magistri milit. praesentia-  
 lium à parte peditum in Italia.*  
 In puincia Venetia inferiore  
 Praefectus classis Venetū  
 Aquileie.  
 In prouincia Flaminia.  
 Praefectus militū iuniorū  
 Italicorum Rauennae.  
 Praefectus classis Rauennatum cum curis eiusdem ciuitatis.  
 In prouincia Liguria.  
 Praefectus classis Comensis cum curis eiusdem ciuitatis Comi.

In prouincia Campania.  
 Praefectus classis Misentan-  
 tium Miseno.  
 In prouincia Gallia Ripa-  
 rensi.  
 Praefectus classis fluminis  
 Rhodani Viennae siue  
 Arelati.  
 Praefectus classis Barcariorum Ebroduni Sabaudie.  
 Praefectus militum Musculariorum Malsilie Graecorum.  
 Tribunus cohortis primae  
 Flauiae Sabaudie Calarone.  
 In prouincia Populana.  
 Tribunus cohortis Nouae  
 populanae Lapurdo.  
 In prouincia Lugdunensi  
 prima.  
 Praefectus classis Araricae  
 Cabaloduno.  
 In prouincia Lugdunensi  
 Senonia.  
 Praefectus classis Andercianorum Parisius.  
 In prouincia Hispaniae Gal-  
 lecia.  
 Praefect. legionis septimae  
 geminae Legionae.  
 Tribunus cohortis secundae  
 Flauiae Pacatianae Paetaonio.  
 Tribunus cohortis secundae  
 Gallicae ad cohortem  
 Gallicam.  
 Tribunus cohortis Lugensis  
 Luco.  
 Tribunus cohortis Celtiberiae  
 Brigantiae, nūc Iuliobriga.  
 In prouincia Tarraconensi.  
 Tribunus cohortis primae  
 Gallicae Veleia.  
 Praefectus latorū Teutonicianorū Carnuta Senoniae  
 Lugdunensis.  
 Praefectus latorum Batauorum  
 Baioacas & Constantiae  
 Lugdunensis secundae.  
 Praefectus latorum gentium  
 Sueuorum & Cenomanis  
 Lugdunensis tertiae.  
 Praefectus latorum Francorum  
 Rhedonas Lugdunensis  
 tertiae.  
 Praefectus latorum Lingonensium  
 per diuersa dispartitorū  
 Belgicae primae.

Præfct. latorum actorum  
Epufo Belgicæ primæ.  
Præfct. latorū Neruiū Fa  
nomātis Belgicæ secun  
da.  
Præfct. latorum Batauo  
rū Nemetacensū Atre  
batis Belgicæ secundæ.  
Præfct. latorū gentiliū  
Remo & Siluanectas  
Belgicæ secundæ.  
Præfct. latorū agentium  
per Petungros Germa  
niæ secundæ.  
Præfct. latorum gentiliū  
Sueuorū Arumbernos  
Aquitanicæ primæ.  
Item in prouincia Italia.  
Præfctus Sarmatarū gen  
tilium Apuliæ & Cala  
bria.  
Præfct. Sarmatarum gen  
tiliū per Brutios & Lu  
caniam.  
Item in prouincia Italia medi  
terranea.  
Præfct. Sarmatarū genti  
liū Apuliæ & Calabrię.  
Præfct. Sarmatarū genti  
lium per Brutios & Lu  
caniam.  
Præfct. Sarmatarum gen  
tilium Forofuluenfi.  
Præfct. Sarmatarum gen  
tilium Patauio.  
Præfct. Sarmatarum gen  
tilium Cremonæ.  
Præfct. Sarmatarum gen  
tilium Taurinis.  
Præfct. Sarmat. gentiliū  
Aquis siue Dertona.  
Præfct. Sarmat. gentiliū  
Nouariæ.  
Præfct. Sarmat. gentiliū  
Vercellis.

Præfct. Sarmat. gentil. re  
gionis Samnitis.  
Præfct. Sarmat. gentil. Bo  
noniæ in Aemilia.  
Præfct. Sarmat. gentiliū  
Quadrates & Eporidio.  
Præfct. Sarmat. gentil. in  
Liguria Pollentia.  
Præfct. Sarmat. & Taifalo  
rum gentiliū Pictauis  
in Gallia.  
Præfct. Sarmat. gentil. A  
chora Parisios usq.  
Præfct. Sarmat. gentil. in  
terrenos & Ambianos  
prouinciæ Belgicæ secū  
dæ.  
Præfct. Sarmat. gentil. per  
tractum Sem & Alauno  
rum.  
Præfct. Sarmat. gentiliū  
Lingonas.  
CONSULARIS CAM  
PANIAE.  
Sub dispositione uiri clariss.  
Consularis Campanie.  
Prouinciæ Campanie officiu  
autem habet ita.  
Principem de officio præ  
fecti prætorio Italiæ.  
Cornicularium.  
Tabularios duos.  
Pronumerarios.  
Adiutorem.  
Cōmentariensem.  
Ab actis.  
Subadiuuam.  
Exceptores & reliquos co  
hortalinos, quibus nō li  
cet ad aliam trāsire mili  
tiā sine annotatione cle  
mentiae principalis.  
Cæteri omnes Consulares  
ad similitudinē Conſu  
larium Campaniæ offi

cium habent.  
CORRECTOR APVLLIÆ  
ET CALABRIÆ.  
Sub dispositione uiri clarissi  
mi Correctoris Apuliæ & Calabria.  
Prouincia Apulia & Cala  
bria.  
OFFICIUM habet ita.  
Principem ex eodē officio  
Cornicularium.  
Tabularios duos.  
Commentariensem.  
Adiutorem.  
Ab actis.  
Subadiuuam.  
Exceptores & cæteros co  
hortalinos, quibus nō li  
cet ad aliam trāsire mili  
tiā sine annotatione cle  
mentiae principalis.  
Cæteri Correctores ad si  
militudinem Correcto  
ris Apuliæ & Calabria  
officiū habent.  
PRAESES DALMATIAE.  
Sub iurisdictione uiri perfe  
ctissimi Praesidis Dalmatiae.  
Prouincia Dalmatiae.  
OFFICIUM autē habet hoc  
modo.  
Principem ex eodē officio.  
Cornicularium.  
Tabularios duos.  
Commentariensem.  
Adiutorem.  
Ab actis.  
Subadiuuam.  
Exceptores & reliquos co  
hortalinos, quibus nō li  
cet ad aliā trāsire mili  
tiā sine annotatione cle  
mentiae principalis.  
Cæteri Praesides ad similitu  
dinem Praesidis Dalmatiae  
officiū habent.

INDICIS DIGNITATVM IN PARTIBVS  
OCCIDENTIS FINIS.

# D. ANDREAE ALCIATI Iurisconsulti, de ponderib. & men

SVRIS LIBELLVS, AD CLARISSIMVM IV.  
reconf. & Cæsareum Senatorem, D. Hieronymum  
Archintum Mediolanensem.



VM unā de cōmūibus studijs uerba faceremus, & de ueterum mensuris  
mentio incidisset, dixisti eum tibi tractatum per obscurum uideri, nec in ea  
re omnino tibi placere quæ à recentioribus, Budæo, Portioq; traduntur:  
quorum alter etsi græcè latineq; doctus, magnæq; eruditionis uir, quid  
in hoc argumento difficultatis subesset, diffusissimè quidem ostenderit, non  
tamen dissidentes simul tot autores conciliarit: alter uerò in cæteris diligen  
tissimus, hac in re tam suspensa manu scripserit, ut non multò studiosis usui esse possit. Ambo  
certè in mensurarū ponderibus inuicem discrepent, dubiumq; relinquunt, utri magis adhiben  
da sit fides. Rogasti itaq; me, uel potius coëgisti, ut sententiæ te meæ certiozem facerem. Nō  
potui precibus tuis diutius aduersari, cum ob immensum meum erga te amorem (nec conque  
uerat Leopoldus Dikius meus, subinde ad hoc generis studium adhortans, ut totius rei li  
terariæ, tum præcipuè Iuris professoribus quàm liberaliter gratificarem) tum quòd publica  
etiam studiorum causa, quam citra præuaricationis notam deserere non possum, me hortaba  
tur, ne freti tantis ducibus studiosi in utranq; aurem dormientes, uel à uero aberrarent, uel in  
certiores quàm prius, quærendum amplius censerent. Nec uerò ferre iniquo animo hoc ipsi  
debent, qui supra omnē inuidiæ aleā positi, quòd in se fuit, primi rem felicissimè aggressi sunt,  
si deinde alijs atq; alijs artificibus inuentum suum clarius illustriusq; reddatur: concedant mi  
hi, quod etiam parci agricolæ non solent prohibere, ut post optimorum uindemiatorum terga  
racemationem faciam, illeclāmue stipulam post messores colligam. Tu uale, & lege feliciter.

520



N primis inter autores id con  
stat, qd in ponderibus est As, in  
Geometricis mensuris pes, in  
aridorū uel etiā humentiū men  
suris esse apud Romanos Sexta  
rium, principiu uidelicet quoddam, ad quod  
cæteræ maiores mensuræ referuntur. Quò  
fit, ut qui eius certam scientiam habuerit, fa  
cile sequentia intelligat: qui non habuerit,  
quanto magis progreditur, tanto profundius  
fallatur, & toto (quod aiunt) aberret cælo.  
Sextarium ergo Isidorus uiginti quatuor un  
ciarum esse definiuit: cuius sententiæ asser  
tor uideri potest Africanus, qui Libram esse  
Sextarij dimidium scripsit: & Plinius, dum  
Heminam (quæ dimidium Sextarij capit) es  
se & Minā autor est, subditq; in ea drachmas  
Atticas centum esse. Addunt & in eandem  
sententiā quædam rationes recentiores qui  
dam, quæ rem in coniecturam potius dedu  
cunt, quàm in probationis fidem. Ego nō ui  
deo quid hosce summi iudicij homines im  
pulerit, ut Isidorum nequaquam bonum au  
torem opinatissimis scriptorib. prætulerint,  
è quibus Plinius lib. xxi. cap. ultimo, Cya  
thum pendere drachmas decem scripsit: un  
de cum in sextario cōstet duodenos esse cya  
thos, consequens est, Sextariū non xxiiii.  
uncias, sed drachmas cxx. hoc est, quindecim  
uncias pendere. Idem & à Rhemnio Fan  
nio Palæmone in carmine de ponderib. pro  
ditum est, quod opus nomine Priscani uul

gò circumfertur, ubi de Cyatho loquens, Bis  
quinq; inquit, hunc faciunt drachmæ, si ap  
pendere uelles. Sed & Græci *ἑξάω* suū, quem  
Sextarium Plinius solet appellare, Libræ es  
se scripserunt unius, itemq; semissis. Sic Pau  
lus Aegineta, sic & interpres Nicandri, sic  
& Suidas ipse in dictione *μείδιον* prodidit.  
Huic sententiæ etiam accessit Serapion A  
rabs medicus, qui apud Dioscoridem libro  
primo, cap. de Pinu, quod græcè legitur, tres  
Cyathos, quatuor uncias ipse transfudit. con  
stat autem Cyathos duodecim in sextario es  
se. Accedit his, quod in confesso est, Modiū  
Sextarios sedecim continere: quapropter  
ex Isidori ratione trigintaduas Libras pēde  
re deberet, & tamen Plinius libro xviii. au  
tor est, Modium tritici leuissimum pendere  
libras uiginti, grauissimum Libras xxvii.  
& dodrantem. Sed & Iuuenalis Satyra se  
xta mulierem quandam describit, quæ, quo  
niam uitrum omne purum, ut Dioscorides  
libro quinto scribit, *ὀρεκτιμὸν* est, ipsa ante ci  
bum, quo appetentiam excitaret, de Oeno  
phoro, quod ut sola biberet, ante pedes ser  
uabat, alterum Sextarium duceret. Vnde  
ostenditur haudquaquam tantæ mensuræ  
Sextarium fuisse, alioquin bibacissima fuis  
set existimanda, quæ uel duos Sextarios in  
tegro prandio sorbillaret. His igitur rationi  
bus arbitror Isidori sententiā ueram non  
esse. Quid ergo censendum? Ipse mensuras  
siue humidorum, siue arentiū, eiusdem pon  
Aa



deris non esse, & apud Nicandri interpretem, & apud Palæmonem legi. Quapropter si uasculum, quod sextarium tritici capiat, pondus unciarum sedecim habeat, quis aqua uel uino impleuerit, uiginti fere uncias efficiet: grauius enim est uinum seu aqua non solum tritico, sed etiam oleo. Mel quoque utpote grauisimum, pondere à cæteris differt, ita ut in duabus quibusque Libris Selibra super sit, si conferatur oliuo. Cùm ergo in pondere mensuræ huiusmodi differant, arbitror ueteres in commune constituisse, ut unciam quindecim esset sextarius, ut quod uas leuissimi tritici uncias quindecim contineret, sextarius esset. Sic de aqua, oleo, melle, cæterisque siue aridis siue humentibus. Nam & huius ponderis, ut infra ostendam, fuit etiam Græcorum *ἑξῆς*, sic opinor à sextario nostro dictus. Hæc enim uox apud ueteres, Aristotelem, Theophrastum, Herodotum, idque genus scriptores non inuenit, sed apud Dioscoridem, Paulum Aeginetam, & huiusmodi, qui rerum potentibus Romanis, & Latina lingua etiam in prouincijs recepta, floruerunt. Cùm itaque constituerimus quid sit sextarius, cætera nullius difficultatis sunt. Dimidium sextarii Hemina est, quam aliqui Græci corruptè Minam appellant. hincque factum est, ut plerique bilibrem sextarium crediderint, quod unius Libræ Minam esse cognouerant: quo in errore recentiores præuissè uidentur, quos supra retuli, Africanus & Plinius. Et ut demus eos ita scripsisse, utrunque id defendit, quod ab alijs scriptoribus accepta referunt, quorum fidem ipsos præstare minimè conuenit: alioqui Plinius pugnantia dixisset, cùm decem drachmas pendere Cyathum affirmet. Mihi tamen uerisimilius uidetur, scriptorum incuria codicem corruptum, qua de re infra quoque disserturus sum: doctiores enim Heminam hanc non Minam, sed Cotylam uel Tribilon dicunt. hæc senis Cyathus constat, qui & sextarii uncia dici possunt: qua ratione dicimus, Sextantem, Quadrantem, Trientem, Deuncem, duos, tres, quatuor, undecim cyathos. Sextarios quatuor Chœnix continet, quam interpretes Nicandri pendere Libras sex autor est. Est & alio pondere apud Athenienses Chœnix. Sed nunc de Romanis mensuris loquar. Congius Sextario nomen dedit, sex enim Sextarii eum efficiunt. is *ἕξῆς* græcè dicitur, & ut Suidas scribit, differt ab ea mensura quæ *ἕξῆς* dicitur: est enim illa *ἑξῆς*, hoc est, duorum sextariorum. Quam tamen differentiam nusquam alibi præditam memini, nec Palæmon ipse agnouit. Modius Sextarios habet sedecim, Romana uox, quam medimnum Græcis esse Politianus credidit: in quam sententiam etiam iussè uideo Hefychium & Lucianum, qui in dialogo Alexandri & Annibalis, cætorum Romanorum annulos *μεδίωνος* mensos fuisse tradit, cùm Titus Lilius, & cæteri Latini, unde ipse sumpsit, Modijs dicant.

Sed certè non uidentur Græci Modium Latinum satis intellexisse. Medimnus enim maior est, ut qui sex modios habeat: quamuis Siculum Medimnū quinq; Modiorum esse, Cicero in Verrem ostendat: & Atticum medimnum septem Modiorum, Corn. Nepos in uita Pomponij Attici scripserit. Sed ipse suspicor corruptum numerum, qui ex his, quæ inferius dicturus sum, corrigendus sit. Suidas quodam loco Modium arbitratur duo decim Sextariorum esse: quæ sententia doctissimis scriptoribus repugnat. Vna Sextarijs uigintiquatuor conficitur, ut libro ultimo, capite xx. Columella scribit: cuius duplum est Quadrantal siue Amphora, eodem autore. Amphoras uiginti Culeus habet. Sane Amphoram cùm Græci significant, *ἡ ἀμφόρα* solent appellare: capit enim Corgios octo, qui sunt Sextarij XLVIII. Nam Amphora Græca, quam masculino genere ipsi *τὴν ἀμφόρα* uocant, à nostra multum distat, ut quæ solum xxxvi. Sextarios nostros contineat: tamen si Attica amplior sit, ut infra dicam. Sed & Medimnus Atticus à cæteris non parum differt: is Chœnicas octo & quadraginta complectitur, cuius dimidium est semimedimnus, tertia pars triteus, id est, Tertiaris sedecim Chœnicum. Sexta pars *ἑξῆς*, id est, Sextarius, octo Chœnicas habens, cuius dimidium est *ἡμικύβητος* Aristophani in Nubibus, quatuor Chœnicum, qui & Tetrametrum ibi appellatur. Metron enim, ut eius poetæ interpretes attestatur, præcipuè Chœnica appellabant, ex eo quod illa principium sit omnis fere mensuræ: quapropter & à quibusdam libra dicta est, sed improprie. Videtur Rhemnius Palæmon non ipsam Chœnicen, sed eius dimidium libram appellasse, dum Atticam libram commemorat ponderis drachmarum septuagintaquinque. Erat autem Chœnix, ut Iulius Pollux, & Suidas, & interpretes Nicandri ait, Cotylarum trium, id est, ut idem interpretes inquit, septem & uiginti unciarum Græcarum, quantum uidelicet in dies singulos panis solebāt seruis antiqui demetiri. Vnde apparet Chœnicis Atticæ differentia ab alia communi Græcorum Chœnice, quæ sextariorum quatuor erat. De hac Attica intellexit Herodotus libro VII. dum quinquaginta & uigintiocto hominum myriades, quas in Græciam Xerxes duxit, absumere potuisse Medimnorum myriadas undecim scribit, si singulis hominibus Chœnix tritici fuisset admensa. De hoc Medimno etiam Suidas intellexit, dum Medimnū scripsit sextariorum esse septuagintaduorum, & pendere Libras centum & octo. Hincque etiam ostenditur, Atheniensium mensuras à cætorum tam Græcorum quam Latinorum mensuris plurimum differre: quod & in Vncia, Libra & Choëo, & Amphora, & Mina dicendum est. Et primo de Vncia loquamur. Scribit Plinius lib. uigesimo primo, in drachma Attica sex esse Obolos, in Obolo Chalcos, id est,

Medimnus.

Vrna.

Quadrantal. Amphora. Culeus.

Medimnus Atticus. Chœnix.

Sextarius.

Tetrametrum.

Libra.

Chœnix.

...

...

...

id est,

id est, Areolos decem, in obolo uero Græcorum comuni octo tantummodo Chalcos esse, Iulius Pollux lib. IX. Paulus Aegineta & cæteri tradunt. quo fit, ut Vncia Attica, quæ eadem cum Romana est, Chalcos habeat CCLXXX. cùm uncia græca solos habeat CCLXXXIII. Merito ergo Cornelius Celsus lib. V. cap. XVII. in uncia græca pondus septem denariorum esse tradit, cùm alioqui Latina & Attica uncia denarios habeat octo: tamen nec eius ratio omnino quadret: quandoquidem id septem denariorum pondus aliquanto grauius est uncia Græca: sed maluit Celsus paulò ampliorem modum dicere, quàm leuiorem: quod fecisset, si sex denarios in uncia solos constituisset: contineret enim Chalcos præterea quatuor & uiginti. Eadem ratione factum est, ut cùm sextarius Romanus quindecim unciarum sit, ut supra dixi, Græci suo sextario uncias octo & decem attribuant, quod uidelicet uncia communis ipsorum, nostra itemque Attica leuior sit, in pondereque decem & octo uncia ipsorum, & quindecim nostræ, fere nihil differat. Et hæc de uncia satis. Nunc de Libra uideamus, quam illi *λίτρα* dicunt. & minimi fuit ponderis, uidelicet stagiorum, id est, sextularum trium, ut interpretes Nicandri scribit, de qua multa quoque Iul. Pollux scripsit. cui opinioni adstipulatur etiam Hefychius, qui *λίτρα* interpretatur siculum, qui idem est cum stadijs tribus, & tamen libra Græca communis. ipsa quoque est unciarum duodecim. Est & alia Attica libra, cuius meminit Rhemnius Palæmon, ponderis drachmarum LXXV. quarta uidelicet parte minor nostra libra, cuius supra mentionem fecimus: sed improprie hanc libram uocitari supra dixi. De Choëo non minor est uariatio: nam Choa græcum, supra diximus latinum Congium esse, continereque sex sextarios. At diuus Hieronymus Commentariorum in Ezechielē libro primo, Choa Atticum, sextarium Italicum esse dixit. Quam sententiam ne improbem, autoritas quoque Plinij facit, qui lib. XIII. de Nectarite uino uerba faciens, quod apud Dioscoridem fieri legerat, uncijs quinque radice *ἑξ ἑξῆς*, quinque musti additis, uertit in sextarios sex, ut Atticum Choa apud autorem (quisquis fuit, seu Dioscorides, seu alius unde ipse accepit) legisse eum credam. De eo etiam intellexisse Athenæum arbitror, qui Rhyton (cuius uasis etiam Martialis meminit) describens, simile esse cornui dicit, & duos Choas capere, & ideo solis heroibus dari, utpote bibacioribus. Nam & regibus Spartanorum in conuiuio Cotylas binas dari solitum fuisse, apud Herodotum legi, cùm cæteris sola Cotyla daretur. Vnde ostenditur aliquanto parciores uini ueteres fuisse, quàm nunc nos fratres homines sint. Nam & Græca cantio Plauti in Stichō, solos denos Cyathos concedit. Horatius nouem, quoniam tres prohibet supra, rixarum metuens tangere gratia. Interpretes

Libra.

Choëo.

Rhyton.

tamen Aristophanis, & Suidas ab hac sententia dissidere uidentur, qui cotylas octo in Attico Choëo esse dixerunt, quasi Athenienses cū in Chœnice à cæteris differtent, quæ alij Chœnica dicebant, ipsi Choa appellarent. Quo fit necessario, ut duplicem Choa eos habuisse dicendum sit: alterum, quo in humidis forte utebantur, minorem: alterum, quo in aridis, maiorem: uasculum enim triticeum Chœnice angustius nullum ipsi habebant. Amphora quoque non eadem Atheniensibus & cæteris Græcis fuit: quandoquidem Palæmon scribit, nostra amphora Atticam maiorem etiam Vrna fuisse: unde consequens est ut sextarios habeat duos & LXX. sitque eadem mensura, quam illi medimnum dicunt, nisi quod hæc liquidorum, ille tritici erat. Cæteri Græci, ut interpretes Nicandri scribit, etiam Metretam appellant, uel Cadum, ut & Palæmon ait: nam Metreta & Cadus idem sunt, ut ex quorundam sententia etiam Pollux refert. Hefychius quoque amphoram & Cadum interpretatur esse *τὴν ἀμφόρα*. Nec me mouet quod in impressis Dioscoridis codicibus libro V. ubi de Helleborite uino agit, Metretam choas, id est, x. pendere legatur: nam corruptissimum illum locum quisquis legerit, facile deprehendet, deesseque arbitror β, ut scripserit Dioscorides Metretam esse Choas β, id est, duodecim, quæ mensura est sextariorum LXXII. Nec ab his quæ communi consensu traduntur, ex singulari aliquo testimonio facile recedendum est, cùm maximè lubricus Græcis sit error, in mensurarum præsertim notis. Apud Syros tamen metretam sextariorum CXX. fuisse, interpretes Nicandri scribit: sicut medimnū sextariorum CII. apud eosdem, ut opinor, Syros. Censeo igitur Metretam, Cadum, Medimnū, amphorā Atticam eiusdem fuisse ponderis, ut uidelicet amphoram nostram pendant, itemque Vrnā. Hieronymus in Esaiam lib. II. *ἀμφόρα* interpretatur non Amphoram, sed Lagunculam: uerum ad formam uasis magis respexisse mihi uideatur, quàm ad pondus. Superest ut de Mina dicamus. Et Atticam centum drachmarum esse, notius est, quàm ut probatione indigeat. Quapropter & Plinius supra dicto lib. XXI. cap. ultimo, sic legi posset, ut Mnam scribat, quam & nostri Minam uocant, habere drachmas Atticas centum: quem locum ita etiam à plerisque recentioribus correctum uideo. Cæterorum autem Græcorum Paulus Aegineta Minam unciarum esse sedecim autor est, Romanam uero unciarum uiginti. At interpretes Nicandri Minā simpliciter unciarum esse sexdecim, & ipse scripsit. Quæ uero Italica mina uocetur, esse Libræ unius semissis. Quæ sententia mihi uideatur uerior, ut Græci sextarium nostrum non solum *ἑξῆς*, alienā ab ipsis uocem, sed Italicam quoque Minam uocent, quæ unciarum nostrarum quindecim sit. Quapropter Plinius, cùm apud scriptorē Atticū Minam reperit,

Amphora.

Metreta. Cadus.

Mina.

uertit simpliciter Libram: minimū enim Li-  
bra nostra & Attica Mina differunt, nimi-  
rum quatuor solis Drachmis. At cum ean-  
dem uocem ab alijs transfert, Librā, inquit,  
& Quadrantem: quod lib. XIII. ubi de Oxy-  
melle, itemq; Cenchrute uino agit, potest ag-  
nosci: tamen sint, qui non satis in hoc Pliniū  
proben. Sed ipse uix mihi persuadere pos-  
sum, ut existimem in re tam seria Pliniū non  
fuisse diligentissimū: quoties enim de men-  
sura non agitur, sed de uasculi forma, parum  
refert, si pro Xeste, qui sextarius est, argen-  
teum cyathū dicat: aut pro Cotyledone, qui  
Heminā capax est, acetabulum, qui Oxyba-  
phus est scribat, quoniam tunc de forma uas-  
is, non de mensura tractatur. Sed ubi de his  
medicamentis agitur, quæ ex minima adie-  
ctione, diminutione ue salutem uel mortem  
afferunt, quis credat tanti iudicij hominem  
non fuisse oculatissimū? Et hæc de maiori  
bus mensuris, ponderibus ue sufficiant, mi-  
niores paucioribus attingendæ sunt. Ponde-  
sculum minimū est lentis semen, cuius duo  
granulum tritici conficiunt. Granulo huius-  
modi paulò amplior est Chalcus, de quo su-  
prā dixi. Granula quatuor Ceration, id est,  
Siliquam pendunt. Est & Græcis Therme,  
itemq; Paroxis, pro leuissimo pondere, sex  
uidelicet granulorum. Tres Siliquæ obulum  
constituunt: Oboli duo grammæ, id est, scrupulum:  
Oboli tres cochlear, Rhemnio Palæ-  
monī & Isidoro, licet interpres Nicādri qua-  
tuor dicat, quandoq; & nouem: sed tunc de  
cumulato fortè intelligitur, cuius & L. Co-  
lumella libro ultimo meminī. Oboli sex dra-  
chmam, quæ Atticis eadem est cum Olea,  
itemq; cum eo quod Carium Ponticum uo-  
cant. eandem & cum Chyme uidetur existi-  
masse Palæmon, nisi quod Chyme ad mensu-  
ram, drachma ad pondus magis refertur. O-  
boli octo stagiū, qui & sextula Latinis di-  
citur, cuius ponderis est aureus numus, qui  
Solidus in iure appellatur. Sunt & ex Græ-  
cis qui δλωάειον nuncupent, aliud uidelicet  
pondus à nostro denario, qui drachmæ At-  
ticæ æquipollet. Oboli duodecim assem, quæ  
Greci ποσάειον dicūt. est & Sicilicus, qui Pal-  
ladio, & L. Columellæ, & Plino lib. XVIII.  
cap. XXII. autoribus, duas drachmas in  
se habet. Oboli sedecim duellam Latinis. O-  
boli XVIII. Mystrum paruū, quod quidam  
& Chymen uocant: huius mensuræ nomen  
latinum nec Columella quidem lib. ultimo,  
cap. XXI. reperire potuit. Paulus tamen Ae-  
gineta Chymen quandam magnam nomi-  
nat, quæ sit obolorum XXVI. Meminit ei-  
us & interpres Nicandri, sed corrupto co-  
dice, in quo uulgò legitur μνῆς μακρῆς, pro χυ-  
μας μακρῆς ἢ τοι μνῆς μακρῆς. Oboli uiginti qua-  
tuor Staterem, id est, semuncia eiusdem pon-  
deris, cuius Mnestron, & Siclum, itemq; Ca-  
rium Regium, & Ectomorion, & Cyathus  
Aegyptius, & Libra Attica. Nec me mouet  
quod Iosippus atq; Hieronymus libro Com-

Lentis semen.  
Granulum.  
Chalcus.  
Ceration.  
Siliqua.  
Therme.  
Paroxis.  
Obolus.  
Gramma.  
Scrupulum.  
Cochlear.  
Drachma.  
Olea.  
Carium Pon-  
ticum.  
Chyme.  
Stagium.  
Sextula.  
Solidus.  
As.  
Sicilicus.  
Duella.  
Mystrum.  
Chyme.  
Stater.  
Mnestron.  
Siculum.  
Carium regium.  
Ectomorion.  
Cyathus Aegy-  
ptius.  
Libra Attica.

mentariorū in Ezechielem XIII. Staterem  
& Siclum tradunt obolos uiginti pendere,  
quia de Atticis obolis intelligi debet, de qui-  
bus suprā dixi: nunc enim de communibus  
Græcorū ponderibus solū loquimur. Sta-  
teres duo uncia, itemq; quod Græci magnū  
Lytron dicunt, oboli XXVI. Chymen ma-  
gnam, itemq; mystrum magnum, oboli XL  
VIII. Vnciā, oboli septuagintadu. Cyathū,  
uncia duæ. quibusdā id pondus constituūt,  
quod δλωῖ magna dicitur. Sed & oxybaphus,  
quem nos acetabulum dicimus, uncias duas  
habet, itemq; obolos duodecim, quæ quarta  
pars est hæminæ, quam Cotylam Græci uo-  
cant, quidam ex Latinis etiā Lancem. Et hæc  
quidem de ueterum mensuris, humentiumq;  
& aridorum ponderibus dicta sufficiant: un-  
de & mensurarū, quibus nos in præsentia u-  
timur, ratio iniri potest. Vncia enim apud  
antiquos eadem fuit, quæ & nunc est: cuius  
rei duplex est argumentū. alterum, quod Pl-  
nius lib. XXIII. cap. III. autor est, aureos,  
qui apud ueteres didrachmales erant, XLV-  
III. in libra fuisse: hodie uerò cum nos-  
ter aureus drachmalis sit, uidemus XCVI. in ea ap-  
pendi, & paulò plus, propter Colybum & au-  
ctorem tū principalem monetæ. Alterū est,  
quod etiam nū reperitū uetera nomismata  
cum hac\* denarij nota eiusdem ponderis,  
cuius drachma est nostra. Denarium autem  
idem quod drachmā fuisse, suprā docuimus.  
quod si qui leuiores denarij reperiant, id ex  
intertrimento euenit: uel quia aliqui princi-  
pes propter difficultates numarias leuiore  
pondere eos percusserint: quod quandoque  
factitatum, Plinius eodem loco autor est, cu-  
ius uerba præposterè in sermonis contextu  
posita, crucem fixere grammaticis, dum eo-  
rum intellectum nequeūt assequi. nos sic in-  
telligendum arbitramur, cum prius docuiss-  
et denarium decem asses ualere, & quatuor  
sextarios numos in denario esse, primo bel-  
lo Punico imminutum pondus tradit, & tum  
percussos fuisse asses dextantario pondere,  
id est, duabus uncis minus: unde & sextan-  
tarij dicti sunt, quia sextans illis deesset: ita  
quinta parte facta lucri, dissolutū est æs alie-  
num. Duæ em̄ uncia quinta pars est dextan-  
tis. nec tamen magno detrimento populi af-  
fecti sunt, ut Festus scribit, cum solū quin-  
ta pars eis abesset. unde consicī malè, & con-  
tra ueterum codicum fidem, hunc locum ab  
his corrigi, qui quinq; partes, non quintam  
partem legunt: maximū enim damnū id es-  
set, si pro duodenis solæ binæ uncia restitue-  
rentur. Postea Hannibale res in Italia geren-  
te, facti sunt unciales asses, sic dicti, quod alia  
uncia ultra sextantem aliās deminutum illis  
detracta esset. Ita respub. dimidiū lucrata est,  
eius qd dempto sextante lucrificiebat. Mox  
maiore urgente necessitate, lege Papyriana,  
Secunciales facti sunt, detracta q; etiam alia  
uncia semis: quo fit, ut pro duodecim solæ  
septem cum dimidiō penderētur, qua ratio-  
ne

Lytron magnū.  
Olea.  
Oxybaphus.  
Acetabulum.  
Hemina.  
Cotyla.  
Vncia noua.  
Sextantarij.  
Vnciales asses.  
Secunciales.

ne sequebat, ut sextertius quatuor assibus,  
denarius sedecim æstimaretur. Sic ergo le-  
genda est illa clausula, & in suum locum re-  
stituendū, quod peruersum erat: Mox lege  
Papyriana Secunciales asses facti, placuitq;  
denarium sedecim assibus permutari, quina-  
rium octonis, sestertium quaternis. Subijcit  
deinde Plinius aureum numum percussum,  
ita ut scrupulum ualeret sestertios uicenos,  
quod efficit in libras, ratione sestertij qui  
tunc erat, denarios nongentos. post hæc pla-  
cuit XLVIII. signari ex auri libris, paulatimq;  
principes imminuere pōdus: minutissimus  
uerò ad XLVIII. Notas enim numerales IIII  
itemq; III. imperiti librarij propter similitu-  
dinē literæ m, millia significare crediderunt:  
nec computatio Plinij a uero abhorret, ut re-  
centiores existimant. Cum enim in Libra  
sint scrupula CLXXXVIII. sequit̄ ualuisse  
sestertios numos 5760. hoc est, Denarios  
M. CCCCXL. At tunc Denarij sedecim assib-  
us ualebant, unde si singulis diducantur sex  
illi asses, secundum æstimationem Pliniani  
temporis, ea summa rediget̄ ad denarios  
nongentos: hocq; uerum esse de abaco dili-  
gens ratiocinator statim deprendet. Sed hæc  
hactenus.

De Sextario, et Denario, Drachmaq; ad  
uersus G. Agricolam quædam disputata: Plutarchi  
in uita M. Antonij locus.

QVanta inter autores cum Græcos tum  
Latinos discordia in ponderum, men-  
surarumq; ratione esset, cum quandoq; ani-  
maduertissem, composuerā in priuatū usum  
quædā quasi aduersaria, unde adiuuari pos-  
sem, si forte in mentē uenisset id argumentū  
in iustos codices redigere: deinde quia Gu-  
lielmus Budæus idiplum copiose eruditeq;  
fecerat, decreuerā aliā potius materiā pertra-  
ctare, ne alioquin mihi cū eo posset ulla sub-  
oriri simultas, quod in plerisq; dissentirem: et  
tamen non potui eum libellum adeò suppri-  
mere, quin eruperit in publicum. Quod si is  
qui primus eum edidit hoc fecit consilio, qd  
existimari rem literariam sic quoq; augeri  
posse, habet non iniustam excusationē: quod  
si alia mente ab eo factū est, possem Aeli Do-  
nati uerbis in eum inuehi, qui solebat dice-  
re, Dñ malè ijs faciāt, qui nostra ante nos ede-  
re festināt. Tuli autē id equiore animo, quod  
literis ad me suis scripsit Budæus, haudqua-  
quam in malam partem se hoc accepisse: cu-  
ius exemplo nec ego eis irascar, qui à me dis-  
sentiant. Fuerunt autem aliqui uiri docti, sed  
ex ijs nemo acrius, nemo copiosius Agrico-  
la Germano medico, cuius omnia in me ar-  
gumenta si uelim diluere, ingenti uolumine  
opus esset: at mihi uix ocū suppetit, ut παρρη-  
γῆ hæc scribam: tuebor tamen arcem ipsam,  
nec sinam causæ iugulum interim perfodi.  
Tria autem potissimū sunt, quibus ille tradi-  
tiones meas subuertisse uidef. Primū, quod  
Sextarium constitueram XV. unciarum esse,

plurimis quidē argumentis, sed maxime Pl-  
nij libro XXI. cap. ult. autoritate, qui drach-  
mas XV. quartā hemine partem esse ait: cum  
autem duabus heminis constet Sextarius, cō-  
sequens est, CX. drachmas in eo esse, id est,  
uncias XV. Inquit ille, mirari se, quod non a-  
nimaduertērim, de Græcorū mensuris, non  
de Romanis Pliniū loqui. Respondeo, loqui-  
tur de Græcorū mensuris quo modo eum La-  
tinis conueniant, censetq; quod illis sint XV.  
drachmæ, id nobis esse Acetabulum: quod il-  
lis drachma Attica, id nobis esse Denarium.  
Atqui cum denarium acetabulumq; dicit, de  
Romanis ponderibus intelligit. Alij ergo a-  
liter dixerunt, nempe Plinium de medicorū  
ponderib. loqui, non de mercatorij, & quæ  
in promiscuo usu essent. Subijcitq; Agrico-  
la, me falli, qui idem pondus denarij & drach-  
mæ esse existimauerim. Sed & hoc haud fa-  
nè multū me mouerit: nam grauior est autor  
Plinius, quā ut tam facile ab eius sententiā  
discedi possit, qui, Drachma, inquit, Attica  
denarij argentei pondus habet: quod non so-  
lū in medicis autoribus, sed etiam in cæte-  
ris uerum esse ego arbitror. T. Linius libro  
XXIII. autor est, redemptos fuisse mille  
& CC. captiuos, cōstituto in capitā quingen-  
torū denariorum precio, eamq; rem centum  
talentis stertisse. Constat ex Iulio Polluce, &  
alijs autoribus, sex millia drachmarum in ta-  
lento Attico esse: unde uel solis digitis com-  
putari potest, quingentos illos denarios,  
quingentas drachmas fuisse. Plutarchus in  
Antonio, Iussit, inquit, cuidam ex amicis da-  
ri myriadas (sic enim legendum ex autogra-  
pho græco, nō millia, ut Leonard. Aretinus  
transtulit) uiginti quinq;: id Romani decies  
sestertium uocant. Constat argenti sestertij  
denarios habere CCL. quod Budæus osten-  
dit, & nemo nō affirmat: unde sequit̄, idem  
esse myriadas drachmarū quod denariorum,  
quorum XXV. constituūt mille sestertia, qd  
ueteres dicebant decies, subaudientes cen-  
tena millia numūm, ut ex abaco quilibet dili-  
gens numerator statim cognoscat. Sicq; sa-  
tis probatum est, idem Atticis esse drachmā,  
quod Romanis Denariū, non solū medi-  
cis, sed & negociatoribus. Cicero epistolarū  
ad Atticū lib. XVI. epist. CCCXXV. scri-  
bit, Octauium dedisse ueteranis qui Casilini  
erant, denarios quingenos. At Dion libro  
XLIII. ὀγδοκοντα πέντε δραχμῶν, quod idem est.  
Alij igitur Plinium de uncis mensuralibus  
intelligunt, non de ponderalibus, quas inter  
se distare ex Galeno Agricola ostendit, mi-  
raturq; quod talem ego differentiam non ui-  
derim, sicut nec Budæus, nec Portius. Atqui  
uerisimile est, etiam eos uidisse: sed quia un-  
cia in mensuris primū ut ponderib. concor-  
darent inuentæ erant, maluerūt de ponderi-  
bus loqui utpote certioribus, cum quæ men-  
surales sunt, ex liquentiū atq; aridorum quali-  
tate uariant: nec enim bilibre cornu, in quo  
mensurales uncia sint incisa, eiusdē est pon-



deris si uino impleat, cuius si melle, uel tritico, uel alia quauis materia: quæ tamē ego extra professionis meæ cācellos posita, medicis ad quos hæc res magis pertinet, tractanda libens relinquo, memor scilicet ueteris sententiæ, suæ quæque artis disputatorē esse optimū.

CL. GALENI

PERGAMENI DE PONDERIBVS ET MENSVRIS, ANDREA Alciato interprete.



ONDVS grauitate mensuræ diiudicat, mensurā uasculi concauitate, siue arida, siue humens sit quantitas. Esse autē earū quas dimitimur rerum triplicem differentiam cōstat: unam enim ponderis, alteram siccæ substantiæ, & quæ in cumulum queat aggerari, tertiam humidæ. Plurima uerò, & quæ experiri nemo unus possit, sunt huiusmodi ponderū mensurarūq; genera, uarijs regionibus, uarijs utentium moribus. Quapropter a nobis de his tantū sermo habebitur, quæ maximē in communi omnium usu sunt.

De notis mensurarum & ponderum.

Cæterum quoniam aliqui non integris literis, sed per signa, & præscriptas notas huiusmodi demonstrant, melius utiq; est & nos hac in re ueteres imitari, & in primis hosce characteres declarare. Primū quidem litera χ quoties superadditum habet alpha, chalcum, id est, æreolum significat, hac nimium figura λ. Quod si o habeat, choa, id est, est, congiūm, λ. Si o choenicem, χ. Si cheman, λ. Si uerò litera κ describatur, cuius inferius cornu acuto accentui similis recta linea fecet, ceratiū addito e ostendit, κ. Quod si supra u habeat, cyathū, κ. Si o cotylam, id est heminam, κ. Si uerò circum puncta linea omnino in obliquum flexa ponatur, obolum notat, ω. Si duæ circum punctæ huiusmodi notæ sint, duos obolos, ω. At qui gramma, id est, scrupulū faciunt, prima eius elementa describunt addita recta linea, γ. Duæ autem coniunctæ, atq; altera parte in angulum flexæ lineæ, uti duo cornua, rectam drachmam constituūt, λ. Cui cognominis est quam olcam uocant. Apud ueteres tamen olca per λ scribebatur, cui in medio litera o addebatur, λ. Nos idem drachmā olcamq; dicimus. At cum λ adiūctum i habet, libram significat, λ. Aliqui tamen eadem litera acuto accentu secunda idem demōstrant, λ. Cæterum quoties s litera in ipso sui angulo o habet, unciam denotat, s. μ autem cui in summo meditullio sit u appo sita, minam, μ. Si uerò u habeat, mystrum,

μ. Si e, medimnum, μ. Si o, modium, μ. Si quando τ scribas & ρ, itemq; u adijcias, tryblion feceris, τρυ. At cum ξ scripseris, iuxtaq; ε locaueris, xestem, qui sextarius est, designabis, ξ. Si o apposueris, oxybaphū, ξo. Aliqui tamen xestem recta linea ξ secantes conficiunt, sic ξ. u uerò adiacentē μ habens heminam indicat, ημ. Quod si κ effigaueris addito ρ, ceramium denotabis, κρ.

De ponderibus.

Mina Attica & Aegyptia habet uncias 16. Mina Romana uncias 20. Libra uncias 12. Vncia drachmas 8. hæ & olcæ quibusdam dicuntur. Olca, quæ & drachma, habet ceratiā, id est, siliquas 18. Aiuntq; in ea esse tres scrupulos. In scrupulo obolos duos. Habet autem obolus ceratiā tria: Ceratiū uerò granula quatuor, hoc est, chalcos, seu æreolos duos, itemq; duas tertij partes: in obolo quippe octo sunt chalcī.

De humentium dimensionibus.

Italicum ceramium habet choas 8. Chus ξ. Xestes cochlearia duo, quæ aliqui & triblia dicunt. Alij autem aiunt xestem pondus habere libræ semis. Triblium s. 9. tale enim est cochlearij pondus. Idem autē & pendere cotylam, id est, hæminam. Habet autem & trybliū mystra magna tria, oxybapha tria. Oxybaphum autem cyathum semis cōtinet. Cyathus uerò chemas paruas seu mystra parua duo. Si autem uelis humentis usiæ pondera diiudicare, uarias omnino in examine ipso differentias reperies, ut in olei, & uini, & mellis exēplo dicemus: etenim mel uino pōderosius quarta parte, itemq; decima est: quod fit, ut ferè tertia ponderis pars mellis accedat. Oleum autem melli & uino hoc distat, quod mel oleo sesquiplum est: tantū enim, itemq; eius dimidium pondus habet. at uinū nona tantū parte ipso grauius est: plus quippe claritatis in oleo est, qd infra scripta particulari ponderū formula ostendimus, ex qua per ordinem quid cōmuniter hæc differant constituemus.

Table with 3 columns: Ceramium Italicum, Olei, Vini, Mellis. Rows list various weights like libras, uncias, drachmas, and their equivalents in other units.

Oribasius autē secūdum Adamantinū auctor

tor est, sextarium quidem Italicum uini mensura unciarum 24. esse, pondere uerò unciarū 20. cum sextarius mensuræ mellis duas libras semis ponderet.

De aridis.

Aegyptia artaba habet modios 5. Modius Aegyptius & Italicus choenices octo. Choenix sextarios 2. Sextarius semifextarios duos, quos & heminas uocant. Hæmina habet cyathos 8. Atticus medimnus habet semifextaria, quæ hemiecta uocāt, 12. Hemiectum choenicas 4. Sic semimedimnus habet minas 49. xestas 96. Huiusmodi autem mensurarum pondus exprimere haud facile est, quod hæ usiæ trutinari non soleant. Ad hæc non modicū inter se differūt, quemadmodum medici in arte præstantissimi ante nos Doctores mirum in modum declararunt.

Eiusdem argumenti incerti auctoris de notis.

Ignororum notarumq; doctrinā utpote necessariam haudquaquā obiter perscribendam duxi, ut in pharmacorum compositionibus, si qua ex signis notata inueniamus, statim possimus ex ponderis ipsius significatione dignoscere. Igitur μ cuius litera u adijciatur, minam significat. λ adijciente i libram, λ. At gamma cum o, s, unciam: tamen si apud aliquos per v & o id significetur, hoc signo, u. μ uerò cui e superiectum sit, μφ, id est, partem significat, μ. Obliquum uerò λ in dextram liniolæ partem deflexum drachmam denotat ω, in sinistram uerò, eius dimidium ω. At Romanum s apud quosdam triobolum, apud nos uerò ponderis semissem indicat, s. Quod si in obliquū describatur, obolus est, ω. Si duplex ea sit nota ω, duos obolos ostendit. Intus autem conuersum græcum sigma semiobolum γ. ξ uerò e adiacentem habens xestem, id est, sextarium ostendit, ξ. At κ cui u insit, cyathum κ. o cui λ adiacet olcam, id est, drachmam, λ.

De ponderibus.

Mina Italica drachmas habet 144. Iuxta Atticos uerò 122. Quo fit ut illa libram unam semis cōtineat: Attica uerò libram tantum unciasq; tres, & præterea drachmas quatuor. Vncia Atheniensibus drachmas habet 7. Italis 8. Drachma scrupulos habet 3, quorum in uncia 24. sunt. Libra uncias 12. Didrachma olcas, seu quod idem est, drachmas 2. Scrupulus habet obolum unum, chalcos 4. Obolus habet chalcos 6. Chalcus autem & siliqua omnium ponderum minima sunt, & æquando trutinæ examini imponuntur. Medimnus habet semifexta 12. Semifextum choas quidem duas, choenicas uerò 4. xestas 8. Quo fit, ut medimnus choenicas habeat 48. xestas 129. Choenix cotylas, id est, heminas habet 8. xestas 4. Xestes heminas 2. cyathos 12. Et ita plurimi Græcorū metiuntur.

In Italis uerò congio utuntur, quo mensura sextarij quidem insunt sex, hoc est, heminæ 12. pondere uerò drachmæ 720. aqua pluuiali accepta, quod ea iustissima sit, nec unquam mentiatur. Choenix sextarios habet 3. heminas 6. quod pondus Atticis Tryblion dicit. Acetabulum quarta pars est heminæ. Habet uerò sextarios pondere drachmas 120. Propriè autem Græcorum cotyla olei habet librā unam, sextarius duas: Italica autem olei ferè octo uncias, uini nouem. Id autē sciendum, mensuris pondera nō æqualiter respondere, propter materiæ differentiam.

Ex Cleopatrarum libro de mundicijs.

Mina nomen ponderis habet uncias 16. drachmas 128. scrupulos 384. obolos 768. thermos, seu quod idem est, lupinos 1152. siliquas 2304. chalcos 6144. Attica mina habet uncias 12. semis, drachmas 100. scrupulos 300. obolos 600. thermos, seu lupinos 900. siliquas 1800. Ptolemaica mina habet uncias 18. drachmas 144. scrupulos 432. obolos 864. thermos 1296. siliquas 2592. chalcos 6912. Libra habet uncias 12. drachmas 96. scrupulos 288. obolos 576. thermos 864. siliquas 1728. chalcos 4608. Vncia habet drachmas 8. scrupulos 24. obolos 48. thermos 72. siliquas 144. chalcos 384. Vocatur autem uncia alio nomine etiam quatrufsis Italicum. Drachma habet scrupulos 3. obolos 6. thermos 9. siliquas 18. chalcos 48. Italicus denarius habet drachmam unam. Est & drachmæ cognominis, quæ Aegyptiaca uocatur, sextam tantum Atticæ drachmæ partem pendens, ut quæ solū obolum habeat. Scrupulus habet obolos 2. thermos 3. siliquas 6. chalcos 16. Obolus habet thermum unum semis, siliquas 3. chalcos 8. Semiobolus habet siliquā unam cum dimidia, chalcos 4. Thermus habet siliquas 2. chalcos 3. Atticus uerò semiobolus supra dicti semioboli quatuor quintas partes solū habet. Vnde & siliqua Atticos chalcos 2. itemq; chalcī duas quintas partes habet: cum aliās chalcus semioboli quarta pars sit, quippe 4. chalcī semioboli quarta pars sit, quippe 4. unde & tetradrachmon dicitur. Cuius ponderis est & quod duponditū uocant. Similiter & regium Carium, seu basilica nux. Cheme magna habet drachmas 3. parua autem drachmas 2. As, seu Assarion, drachmas duas. Cochlearium drachmam unam. Cyathus habet drachmas 10. scrupulos 30. obolos 60. thermos 90. siliquas 180. chalcos 480. Est & cyathus heminarum 6. Hæmina mensura quidem continet cyathos 6. pondere uerò drachmas 60. uncias 7. semis. scrupulos 180. obolos 360. thermos 540. siliquas 1080. chalcos 2880. Tryblion eiusdem est mensuræ cum hæmina, nimirum cyathorum 6. Pendet autem drachmas 60. Xestes mensura habet heminas 2. pondere drachmas 120. Vocatur ab Aegyptijs Inium

acetabulum, habet heminas 4. & sesquicyathum: pondere autem drachmas 15. Concha magna idem mensuræ & ponderis habet, quod & acetabulum. Concha minor femicyathi mensuram habet, pondus drachmas 5. Mystrum magnum sextadecima parte heminae cōficitur, drachmas scilicet tribus & semisse, itemq; quadrante. Quod autem paruum dicitur, heminae duas & uiginti partes habet, item siliquas 11. Chus, id est, congius, mensura quidem heminas Atticas 12. habet, sextariorum dimidio minus, nempe sex, chœnicas 4. pondere uerò drachmas 720. Chœnix mensura heminas tres, pondere drachmas 180. habet. In rusticis reperitur cotylam tertiam uel quartam esse sextarii. Choa autem sextariorum 9. heminarum 15. & Amphoram sextariorum 36. cotylarum 48. Metretam sextariorum 72. cotylarum 96. Medimnum uerò sextariorum 102. heminarum 136. Apud Syros autem metreta sextarios 6. habet, at Itolorum 120. Tryblion & Oxybaphum quartam similiter heminae partem habent. Cyathus heminae pars est sexta.

*Aliter de eisdem.*

**M**ina Attica habet uncias 12. alia mina uncias 16. Ptolemaica 18. Libra habet uncias 12. Vncia drachmas 8. Drachma scrupulos 3. Scrupulus obolos 2. Obolus lupinum unum cum dimidio. Lupinus siliquas 2. chalcos autem 5. Atticus semio-bolus alterius semio-boli quinta parte minor est. Siliqua autem Atticos chalcos 2. & unius decumam partem habet. At Chalcus ipsius semio-boli est quarta pars. Stater habet drachmas 4. quem & ideo tetradrachmon uocant, & dupondium, & Basilicum carium, & Chemen magnam: nam parua solas drachmas duas cōtinet, sicut & as, seu assarium, cochlear unum.

*Incerti autoris de mensuris & ponderibus ueterinariorum.*

**V**ncia habet drachmas 8. Drachma scrupulos 3. obolos 6. Hemina habet uncias 12. acetabula duo. Acetabulum cyathos 3. Cyathus mystra 4. Cochlear mystri dimidium. Oxybaphum facit uncias 6. Cyathus uncias 2. Mystrum uncias 2. cum dimidia. Cochlear scrupulos 6. Drachmas scrupulos 3. Obolus facit scrupulum. Sicilicum unciam semissemq;. Mystrum cochlearia duo. Sic esse traditur cochlearium unciarum 4. Mina habet uncias 15. drachmas 112. semis. Libra habet drachmas 6. Denarium scrupulos 4.

*De humentibus.*

**I**Talicum uas, quod Amphora dicitur, habet congios 8. Congius sextarios 6. Sextarius heminas 2. quæ & Tryblia dicuntur: pendunt enim idem, hoc est, mystra magna

tria, id est, acetabula quatuor: magno enim mystro inest acetabulum, itemq; eius triens. Habet autem acetabulum cyathum cum dimidio. Cyathus uerò habet chemas paruas, seu mystra parua duo.

*Dioscoridæ.*

**E**go charissime de mensuris & ponderibus cum sic censerē, à minimis incipiendum, & ad usq; minam multiplicando ascendendum duxi. Siliqua idem pondus habet chalcos. Obolus chalcos habet 3. Vnde & semio-bolus siliquam eiusq; dimidium pondus habet. Scrupulus habet obolos duos, id est, chalcos 6. Drachma siue Olca habet scrupulos 3. hoc est, obolos 9. Vncia uerò drachmas habet 8. scrupulos 24. Libra habet uncias 12. drachmas 96. Mina secundum medicorum usum habet uncias 16. quod est drachmas 128. Italica autem uncias 18. hoc est, libram unam semis, drachmas 144. Alexandrina mina habet uncias 20. hoc est, drachmas 160.

*De humentibus.*

**C**eramium, id est, amphora, habet libras 80. Vrna libras 40. Congius libras 10. Semicongius libras 5. Sextarius libram unam, uncias 8. Hemina, seu cotyla, uncias 10. Acetabulum, quarta pars heminae, habet uncias 2. semis. Cyathus, sexta pars heminae, unciam unam semis, & scrupulos 4. Cheme, quæ est cyathi pars quarta, habet drachmas 3. scrupulum unum. id autem est cum aquæ, tum & aceti pondus: aiuntq; pluuiialis aquæ adimpleri uasculum, certissimamq; hanc esse ponderis rationem. Chus, siue Congius, habet drachmas 720. Amphora habet libras 72. Vrna libras 36. Congius libras 9. Semicongius libras 4. semis. Sextarius libram unam semis. Hemina, quæ & Cotula est, uncias 9. Quartarius uncias 4. semis. Acetabulum, heminae quadrans est, habet uncias 2. & semissem ferè. Cyathus, qui sexta est heminae pars, habet unciam semis. Cheme, cyathi est quarta pars, habet drachmas 3.

*De melle.*

**M**ellis amphora habet libras 120. Vrna libras 60. Congius libras 15. Semicongius libras 7. semis. Sextarius libras 2. semis. Hemina libram unam, uncias 3. Quartarius habet uncias 7. semis. Acetabulum uncias 6. semis, itemq; drachmas 2. Cyathus habet uncias 2. semis. Cheme, quia quarta est pars cyathi, drachmas 5.

*De mensuris.*

**M**edimnus habet hemiecta, id est, semisexta 12. Hemiectū choas duas. Chus chœnicas 4. Chœnix heminas Atticas tres, pondere uerò habet drachmas 180. Chus uerò est mensura heminarum 12. Atticarum, at pondere drachmarum 720. Sextarius autem duabus

duabus heminis cēsetur, cum drachmas 120. pendeat. Hemina cyathos habet 6. pondus drachmarum 60. Hanc autem Attici nō solum Cotylam, sed & Tryblion uocant. Acetabulum mensura est heminae quarta pars, nempe cyathus unus semis: pondus uerò habet drachmas 15. Cyathus est drachmarum decem. Cheme est cyathi pars 4. drachmarum 2. semis. Magnū mystrum octaua & decima pars est heminae, drachmarum scilicet trium, scrupuli unius.

Paruum autem mystrū est ipsius heminae pars uigesimaquarta: habet drachmas 2. semis. Iustissimū autem mystrum scrupulos habet 8. Cochlearium uerò scrupulos 3. In regio Cario, seu nuce magna, uncia sunt 7. in pōtica una: in balano, id est, glāde, dimidium est drachmæ: in Aegypto Cyamo, id est, faba, obolus semis: in orobo, id est, eruo, chalci 2.

GALENI de ponderibus & mensuris finis.

AND. ALCIATVS SVO LEOPOLDO DICKIO S.

ORATIONEM, quam superioribus annis frequenti gymnasio habui, cum editurus essem, nemo potior mihi uisus est, cui eam mitterem, quam tu es, Leopolde charissime, cum ob amorem ergate meum, tum ob latinæ linguæ peritiā, quam cum iuris ciuilibus prudentia ita coniunxisti, ut dubium reliqueris, utra magis præualeas. Leges itaq; qualemq; hanc lucubrationem nostram, amoris nostri monumentum. Tu uale.

## D. ANDREAE ALCIATI

IVRIS CONSULTI ORATIO IN LAUDEM IVRIS CIVILIS, principio studij habita cum Auenionæ profiteretur.



Ogitauī sæpenumero animiq; incertus mecum uolutauī, Auditores præstantissimi, an præfatione aliqua mihi pro felici studiorum huius anni auspicio uobiscū opus esset. Cum enim ex superiorum annorū usu exploratissimū haberem, quo uos animi desiderio ad perdiscendā iuris prudentiā feramini, quaq; attentione aures præceptoribus uestris adhibeat, & qualiacūq; dictata nostra excipiat, mimimè mihi necessariū uidebatur, id apud uos dicendi munus assumere. Nam & nostra studia suapte natura ita prolixè, magnisq; cōmentarijs tractata sunt, ut multiloquio orationū ceu auctario aliquo nō indigeāt: & qui uos inuitare ad ea capeffenda uelit, nō satis industriam uestram perspectam habere uideri potest, qui ad id adhortet, ad quod spontè, ueliscq; & remis, quod dicitur, accurrere uos uideat: possetq; non immeritò mihi obijci nō tam quòd superuacuis in rebus tempus cōtererem, q̄ quòd uestris de studijs nullam fiduciā cōciperem, qui cum biennio cōtinuo summū moderationis, industriæ, attentionis exemplū dederitis, subuereri uiderer, ne in præfatione quoq; anno eosdē mores nō præstaretis. Quæ omnia cum uera sint, non tamen à maioribus nostris institutū morem omittere consilium fuit, tum ne uideremur manibus quodammo illois hæc studia atrectare, tum etiā, quòd sapientissimi illi patres optimè præuiderunt, semper ab huius tam excellentis disciplinæ laudibus incipiendum, ut qui eius cognitionē adepti sunt, sibī ipsi, quòd tantum boni habeāt, gratulari possent: qui uerò initiati in his rudimentis uersantur, diligentius alacriusq; operi instent, ut ad summū felicitatis culmen tandem perueniāt. Cum enim pulcherrima queq; eadē & difficillima sint, meritò & iuris hæc prudentiæ ars, quò dignior, honestior, laudabiliorq; est cæteris pfessioneibus, eò & summas in se difficultates, inextricabilesq; nodos ferè cōtinet. Quapropter ne in ipso limine, uixq; apertis stadij carceribus, iuniores absterreantur, æquum fuit singulis annis eos admoneri: & sicut in ipsis bellorum cōgressibus sono tubæ equos, sic præceptoris uoce candidatos ipsos ad studia hæc addiscenda animari. Quāuis em̄ strenuis ipsis ueteranisq; militib. uirtutē uerba non addant, & quem res ipsa, euidensq; periculum nō moueat, uix ulla imperatoris sui oratio possit impellere: tyronibus tamen ipsis cōciones istas non parum proficere usu uidemus, qua ratione & tum demū ingētes spiritus concipiūt, cum præeuntem animosq; sibi facientē ducem sequuntur. Idem etiam in literaria hac militia quotidie deprehendimus, possemq; ueterū q̄ plurima exempla in hanc



rem afferre, sed fatis nos nostra ætas instruit, in qua ex studiosis uix decimus quisque est, qui non absterreatur, & ad doctoris apicem ascendat: & sicut apud Græcos artifices, qui cytharcedi esse nequeunt, tibicines fiunt, sic ex eis, qui ob has difficultates in Iurisconsultos euadere non possunt, uel Pragmatici, uel Causidici efficiuntur. Non iniuria igitur istud orandi munus multis utile, pluribus necessarium apud uos suscepi, non quod de uestra erga me beneuolentia, attentioneque essem dubius, sed quod peritiores ipsos consolaretur, eosque suorum ornamentorum admonerem: iuniores uero bona spe implerem, ut facilius in huius disciplinæ amore incitati, in hoc albo nomen darent. Adeste ergo, & dijs fauentibus, benignas nobis aures præstare. Dicendum in præsentia est de legibus, quarum origo omnis & fundamentum est iustitia. Cæterum tam latus est de his dicendi campus, ut huius materie uel integra autorum uolumina extent, tum etiam Panegyrici quamplures, quibus recitandis id præsertim causam præstitit, quod singulis annis à professoribus id argumentum semper tractatum sit. Quo fit, ut plerumque eadem à docentibus pro suggestu audiantur, qui, sicut mali medici solent, qualicumque oculorum ægritudini idem semper collyrium imponunt. Quos ego hac in re minimè imitari constitui, cum quod infelicitis, ingrati que ingenij semper existimaui de aliorum uerbis pendere, nihilque de suo conferre, tum quod non istorum more multa, sed pauca & utilia differere melius duxi. Igitur ut ab earum origine exordiamur, crediderunt antiqui autores, à dijs immortalibus leges primum esse propagatas: Cretensem enim Minoem à Ioue, Lacedæmonium Lycurgum ab Apolline, Solonem Atheniensem à Pallade, edoctos: quod ut plerumque alia mysticè ab eis dictum esse crediderim: siquidem ut locum leges sibi uendicare possint, & maxima cum sapientia conditas esse oportet, & à summo iure, quod Crucem ueteres dixerunt, procul abesse, bonum æquumque respicere. Ad hæc eas ad principis curam pertinere, quibus si ipse uixerit, cæteris clarissimo erit exemplo, audacterque subditos in earum obseruatione compellet, quas ipse quoque inuiolatas, sacrosantasque habeat. Apollinem enim, quod Planetarum potentissimus sit Sol, potentia symbolum esse existimarunt: sicut Palladem prudentiæ, Iouem æquitatis atque clementiæ, unde & à iuuando nomen à Latinis acceperit. Potuerunt fortasse etiam ab Hebræorum uoluminibus sententiam hanc accepisse, in quibus Moysen à Deo opt. max. decem leges habuisse legitur: idque proculdubio ut credamus, Christiana ueritas admonet: cuius etiam aliqui autores tradunt, Platonem cum in Aegyptum uenisset, eos libros reuoluisse, & mutatis nominibus, de eis multa in suum opus transtulisse. Quapropter eius Theologia non multum à Christianorum traditionibus discrepat. Cæterum utcumque sit, siue rei ueritatem secuti, tam nobilem legibus originem dederint, siue ad mysticam interpretationem respexerunt, abunde constat, quantum honoris deferendum esse illis censuerint, quarum præstantiam ex eo facile iudicauerunt, cum cæterarum artium originem non ad deos immortales, sed ad homines retulere, qui demum inuentionis suæ præmiu hoc habuerunt, ut in deos referrentur. Sic Medicina Aesculapium, Astrologia Athlantem consecrauit. Ipsam uero legum prudentiam ab ipsis maiorum gentium dijs in homines transfusam, diuino quodam cultu merito accipiendam existimauerunt, à Ioue ipso ceu præcipuum quoddam donum mortalibus traditam, à iustitia neruos accipientem, à prudentia intellectum, à fortitudine executionem: cui si diuinæ uirtutes hæc absint, non iam leges dicuntur, sed hominum carnificinæ, sed seditioes, & quoduis potius aliud, quam leges. Neque enim uerba ipsa, & quod uel membris scribitur, uel ære figitur, Lex est: sed quod iustitia dictante, equitate præuia, bono consilio profertur, uerum Legis nomen habet. Alioquin & Saturnini, & Gracchorum, & C. Marii per uim & Tribunitij furoris impotentiam lata plebiscita, Leges dicerentur: quod minimè antiqui illi patres concesserunt, qui iuris ciuilibus scientiam nunquam ab æquitate seiunxerunt, qui hanc professionem ita exercuerunt, ut bonum neminem oppugnarent, innocentes & miseros tutarentur: ea instructi, improborum captiones, dolumque malum euitarent, pœnas & supplicia in malos & condignos aduertent, Chryssippi præcepta ad unguem obseruarent.

Is iusti-

Iustitia fundamentum legum.

Leges à dijs propagatae.

Lex quid.

Is iustitiæ imaginem ita expressit, ut puellari uirginis forma, aspectu uehementi, luminibus oculorum acerrimis conspiceretur, quod uidelicet iudicem incorrupto esse iudicio, sanctum, seuerum, contra improbos inexorabilem, uir & maiestate æquitatis, ueritatisque, terrificum esse oporteat. Quapropter memoriæ traditum est, magistratuum statuas à Thebanis ita solere formari, ut sine manibus essent, principum uero clausis oculis: nimirum eam iustitiæ naturam esse ostendentes, ut incorrupta sit, nec precio, precibusue, aut alienæ ulli uoluptati cedat. Cum itaque tot egregijs uirtutibus Legum hæc prudentia præcellat, quæ omnes ad eam producendam in unum conspirasse uidentur, non est mirum si clarissimas quaslibet artes in se aut contineat, aut fulgore suo exornet. Et ut ab eloquentia incipiamus, tradunt antiqui autores, in primæua illa rerum humanarum infantia fuisse homines insociabiles, qui per montes agrosque passim, & bestiarum more uagarentur, non diuinæ religionis, nec humani officij memores, quicquid omnia sola fortitudine pro uiribus corporis administraret, donec siue Mercurius (ut Plato & Aristides credidit) siue quilibet alius uir sapiens eloquentiæ artibus adiutus, accommodata oratione eos congregauit, quantumque in se utilitatis mutua conuersatio, & studia ciuilia haberent, admonuit. Sic humanum genus mite & mansuetum effectum est, sic fides culta, sic mutuis officijs certatum, & ex utrisque agrastibus illis moribus, meliores accepti: quæ omnia eloquentiæ debemus. Nec enim fieri potuit, ut qui plus posset, atque uiribus in cæteros præcelleret, ad ius sine ui uellet descendere, patereque se imbecillioribus æquari, nisi magni alicuius Oratoris eloquentia allectus, rationibusque persuasus esset. Quæ eloquentiæ gloria cum nostra hac arte communis proculdubio est: nec enim fidem seruare, iustitiam colere, similitates abolere, sub legibus esse, eloquentiam magis, quam professionem hanc nostram respicit, ut inde apertissimè deprehendi possit, studia hæc simul iuncta esse, & ab antiquissimis usque temporibus inuicem suffragantia, & quorum alterum altero indigeat. Nam & eloquentia, nisi iustitiæ annexa fuerit, Reipublicæ calamitatis, omniumque malorum causa est. Quapropter ab omnibus sapientibus laudata est Antiphontis illa sententia, qua non esse fas dixit, eum qui malè fecerit, idcirco seruari, quod bene dicat: sicut nec eum, qui rectè agat ob malum aliquod uerbum perire, cum animi delicta ulcisci, non linguæ lubricum, æquum sit. Merito ergo eloquentia Legum scientiæ quædam quasi soror, sine ea nullam maiestatem autoritatemque consequitur. Idem & in Poëtica arte senserunt Platonici, dum sub figmentis, uerborumque ambagibus tradiderunt sapientiæ studia à Poëtis celebrari solita. Sic Ulysses comite Minerua, omnia monstra superat, Tyrannos conficit, blanditijs, uoluptatibusque non allicitur. Sic Prometheus prouidentia dono uulturi iecur depascendum tradit, quod sapientiæ, præscientiæque symbolum id animal repræsentet. Sic Saturnus primus regnat, quod potissima principibus cura esse debeat popularis annonæ. Sic tres Harpyiæ tria iustitiæ genera indicant, Cum aliena desiderantur, cum re ipsa auferuntur, cum ablata, ne ad dominum peruenire possint, clam habentur. Sic Phaëton temeritatis, Cyclops impietatis, Phineus auaritiæ, Cacus furti, Sylla libidinis pœnas dederunt. Sic Midas non esse temerè ludicibus maledicendum, malo suo didicit, nimirum asininis auribus deformatus. Sic Paris, constuprati iudicij reus, malè mulctatur: quæ omnia hisque similia quamplurima, à Poëtis finguntur, ut animos mortalium ad ueræ iustitiæ cultum deflectant: quod etiam ad professionem nostram pertinet. Alioquin si Poëtæ uel Grammatici à iustitia abhorreant, uerum erit quod in illos Dion Sophista contorsit, eos uidelicet ab Homero Ulyssis errores quotidie inquirere, suos uero minimè. Cui & illud simile, Philoctetæ mala bene cantitant, sua bona malè disponunt. Ad Philosophiam uenio, quæ ita cum hac professione coniungitur, ut altera sine altera esse nullo modo possit. Nam ea demum uera Philosophia est, quæ iustitiæ inhæret. Quapropter legumlatores illi ipsi ueri sunt Philosophi. Sic Solon ab Atheniensibus, sic Zaleucus Locrensibus, Charondas Thurijs, Pheidon Corinthijs appellati. Quaratione etiam uidemus celeberrimos quosque huius sectæ autores de Legibus scripsisse,

Iustitiæ imago.

Eloquentiæ effectus.

Eloquentia Iurisconsulto necessaria.

Philosophia legali scientiæ coniuncta.

ut Chryſippus, ut Plato, & Platonem imitatus M. Cicero, Quid aliud habet Ariſtotelis Ethica, Politica, Oeconomica, q̄ priuatas publicasq; ſanctiōnes, & quam quicq; iuſtē ſanctēq; uiuendi legē obſeruet? Neq; enim ueteres illā tritāq; altercationes, de uniuerso, de materia, de ideis, de cauſis, de inani, de motu, ceteraq; huiusmodi, ſeu phyſica, ſeu metaphyſica reſpiciant, quicq; habent ad ueram ſapientiam pertinēs, cum propter incertitudinē, tum quod ea ſola uera eſt Philoſophia, quæ probum, ſyncerū, incorruptū hominē efficit: quæ utilitas minimē de eis deſertationibus habetur. Vnde ille diuinus Plato cenſuit ſapientiam, quæ à iuſtitia ſeiungatur, calliditatem eſſe, nec quicq; ad uirum bonū pertinere. Si igitur ciuilibus ſtudijs iuncta ſit ſapientia, tunc demū nomen ſuum retinet: ut meritō nos ueram Philoſophiam colere, cæteros ſimulatā, Vlpianus ſenſerit. Eandem cōditionem ſequitur etiam Theologia, quæ, ſeu antiquiſſimā illam Orphei & Muſæi reſpiciamus, ſeu recentē, & à Chriſtiana lege exortā, tota ab his ſtudijs pendet. Scripſit poëta Tragicus Euripides, cum beluina uitam prius homines agerēt, legibus latis cœpiſſe eorum facinora cōerceri. Cæterū cum manifeſta tantūmodo punirentur, ne clam quoq; peccaretur, à uiris prudentibus perſuaſum cæteris fuiſſe, extare in cœlis deos immortales, his omnibus inſeſtos, qui propter ſecreta facinora pœnas legibus nō dediffent. Sic legis prudentia, Theologiaq; eandem ob cauſam fuerunt introductæ, ut ſcilicet obuiam iretur delinquentibus: alteraq; ſecreti mali, altera manifeſti uindex eſſet: ut nō iniuria nos Theologi appellemur, qui iuſtitiam colimus, qui diuina ſtudia proſitemur, qui, ut pietate maxima ſuperi colantur, introduxiſſimus. Senſit & idem Plato, exemplūq; Indicæ cuiuſdē gentis adducit, in qua non qui ſacrificandi peritior, ſed qui rerum gerendarum prudentiſſimus eſt, ſacris præſicitur, nihilq; aliud precibus à dijs immortalibus petit, quàm iuſtitiam. Nam & cum Neoterici peccatū eſſe diffiniuerūt, id faciendi uoluntatē, q̄d iuſtitia uetet, nōne apertiſſimē nequaq; nos poſſe ſcire, quid ſit peccatū (q̄d Theologi muneris eſt) oſtenderunt, niſi id prius perſpexerimus, quid uetet uel permittat iuſtitia, quod ad legalem profeſſionē pertinet. His adde tot nobis cum eis cōmunes materias, de ſumma Trinitate, de Baptiſmo, de Hæreticis, de Euchariftia, de pœnitentijs & remiſſionibus, de poteſtate clauū, atq; his multa ſimilia: quibus facile oſtenditur, quæ uerē ad rerum diuinarū ſcientiā pertinentia ipſi tractant, à noſtra profeſſione fuiſſe accepta: quæ uerō propria habet, uix ad Theologiam pertinere, qualia ſunt infinita altercationum uolumina, innumeræq; ineptę quæſtiones, quæ id in diuino cultu poſſunt, quod canis in balneo. Porro & apud Aegyptios Mercurius, cui Trimegiſti nomen fuit, quod ſacerdos, Philoſophus, maximusq; Rex extitiſſet, antiquæ Theologiæ celeberrimus autor, idē & legiſlator fuit, primusq; hæc ſtudia populos ſuos edocuit: unde in tanta hominū ueneratione eſt habitus, ut tēpla in eius honorē q̄ plurima ædificata ſint, nomenq; eius proprium, quod eorum lingua Tempungina dicebatur, pronunciarē religioſum eſſet. Sic nō modò ipſe Theologus, ſed & legiſlator, & Deus exiſtimatus eſt. quę opinio de Lycurgo quoq; Spartiata ferē inualuit, quę Pythia uates edito oraculo dixerit neſcire, quo nomine ſalutaret, hominē ne, an potius Deum. Cum igitur hæc ars cæteras omnes in ſe contineat, haudquaq; mirū eſt, ſi omnibus temporibus ſumma ſemper in exiſtimatione eius profeſſores fuerūt. Cum enim eos cæterorū primores eſſe conſtet, qui ſibi ipſis, quid in re ſit, ſciant conſulere: ſicut ſecundos, qui rectē admonentibus obediāt: poſtremos uerō & omniū deterrimos, qui nec ipſi quid agāt, norint, nec bene ſuadentib; parēre, in animū inducere poſſunt: meritō Iuriſconſulti cæteros omnes excellunt, qui nō ſolū ſibi ſciūt proſpicere, ſed etiam ſui muneris id præcipuū habet, ut alios quoq; tueantur, bonoq; cōſilio confirmēt. Quapropter & hodie ſimpliciter ſapiētes appellant, ne ſolos illos ſeptem habuiſſe ſe, Græcia prædicare ualeat. hi res priuatas, publicasq; ferē omnes tractant, nihil in domeſticis extraneisq; negocijs ſine his tutō fieri poteſt, horū uigilantia ciuilis concordia conſeruatur, ob horum autoritatē ſummi cum infimis pari iure utuntur, hi humani ſcederis uincula ſacroſancta cōtinent, hi pacis ſtudia

amplectuntur, reſectis uitijs ciues ad bonā frugem perducunt. Si hi de medio tollerentur, exploratū nemini eſſe poſſet, quid ſuū, quid alienum, quid à patre accepturus, quid liberis porro relicturus foret, nihil deniq; inter mortales æqui boniq; relinqueretur, diſcordiarū ſemina undiq; pullularent. Fugerent de ciuitate omnes uirtutes, omnes bonę artes cōtaminarentur, uis & auaritia ubiq; regnarent, innocentes nuſquā tuti eſſent: quibus omnibus malis ſola hæc legalis ſcientia frænā imponit: hæc in facinoroſos omnes ſeuerē animaduertit, diuinūq; iudiciū exequitur: bonos præmijs inuitat, oppreſſos calamitatibus erigit: quā ob cauſam ampliffima dignitate eius ſectatores culti, magnos magiſtratus, ſummas dignitates, honeſtiſſima officia à regibus impetrāt, primū in ciuitatibus locū obtinet, principis ipſius uox & cōſilium exiſtimatur, ſine his nihil egregij principes moliuntur, ipſi etiam multa ſine illis: eorum arbitratu nō ſolum pacis operā digeruntur, ſed etiam plerunq; bella diſcutiuntur. Cum ergo tot propoſita præmia huius diſciplinę ſtudioſis uideatis, agitē, omnes totis uiribus adnitimini, ut per tot laborioſos trames hoc caliginofum iter ſuperetis, & ad metam ipſam q̄ primū perueniatis, in qua omnia dulcia, omnia iucunda deguſtetis. Huic negotio accingāt ſe, qui nobilitate, qui diuitijs præpollent, nō deſperēt ignobiles, cōfirmēt ſeiſpos pauperes, omnibus hæc ars ex æquo patebit, qui in ea perdiſcenda plurimū operæ impenderint. Aluit ſemper honos artes, nullaq; tam barbara ætas fuit, in qua docti uiri in precio non eſſent. Poſſem hīc uobis multa cōmemorare, cum uetera, tum recentia exempla, quibus oſtenderē, qui uiri ex minimis, ignobilibusq; inijtjs ſola doctrinę cōmendatione ad maxima dignitatū decora aſcēderint. Fuit Alphenus Iuriſcōſultus (quod ſatis cōſtat) ſutrinæ tabernæ alumnus, qui calceis, in ſtrumentoq; omni coriario Cremonæ (quę illi patria fuit) relicto, Romam profeſtus, in maximi nominis Iuriſconſultū euasit, Cōſulatūq; adeptus, & publico funere honoris cauſa à populo Romano elatus eſt. Fuit & Domitius Vlpianus origine nō ſatis nobilis, ut qui Syrus ex Phœnice eſſet, & tamen eius uirtutis honos eſt habitus, ut Imperatoris Alexandri tutor eſſet, eiſq; cōſilio Romanū imperium adminiſtraret. Poſſem q̄ plurima ſuggerere eorū quoq; qui hac literaria cōmēdatione ſummas in eccleſia Chriſtiana infulas aſſecuti ſunt: ſed eorū tātus eſt numerus, ut nec huius loci, nec tēporis ſit latiſſimū hunc campū ingredi, ſatiſq; ſit nihil dicere, q̄ pauca de his attingere. Non igitur cuiq; deſperandū eſt, ſi materia ipſa difficilis, obſcura, indigeat longo ſtudio, q̄ plurimisq; extrinſecus adiuuētis, fauentē ſibi fortunā requirat: omnia tamen, ſi duraueritis, proſperē ſuccedent. Græcus eſt poëta Menandri uerſiculus, quo diſcipulos ſuos uenerabilis ſenex admonuit, ut alacri animo ſtudijs incūberēt: ſic enim fore, ut opes quoq; ſibi magnas cōpararēt. Cui nos nō abſimilē latinū habemus, Studioſus eſto, & poſsidebis plurima. Hinc alius poëta optimā ſtudiorū matrem pauperiē appellat: alius neceſſitatē nihil nō audere exclamat: alij aliter: in hunc tamē ſenſum omnes, ut nemo propter pauperiē abſterreat. nec in hoc adipiſcendæ uirtutis deſiderio diuites alijs cedere debent, cum nemini magis cōueniant eiſmodi ſtudia, q̄ illis, qui ea mercenaria minimē habituri ſint: nec enim diuitiæ magnū in ſe momentū in hominū uita habent, niſi uirtutibus honeſtentur. Vnde & beatioreſ iſti, quō magis omniū oculis expoſiti ſunt, eō etiā de cet optimis diſciplinis eſſe imbutos, ne aliter ueteri adagio purpuratę ſimię uulgō appellentur: nam in hoc ipſi alijs deteriori ſunt cōditione, quōd pauperi imperitia nō æque oneri eſt, ſicut illuſtri generoſoq; homini, qui cum ſe nobilē proſiteat, ſi indoctus ſit, etiā plebeis & uulgarib; uiris ridiculo habet. Nō eſt homo effigies illa, quam uides, ſed quod intus latet. Sic adoleſcentem affatus dicitur Socrates, Loquere, ut te uideam. Index enim ueri hominis eſt ſermo, nihilq; tacens ſtultus à ſapiēte differt. Verū enim uero nec illud ſtudioſum quicq; impedire debet, uel q̄d labili memoria, uel quōd modico ingenio, uel minimo iudicio ſit: nō omnes Papiniani, Pauli, Sceuolę eſſe poſſum⁹: eſt in hac profeſſione etiā mediocrib; locus. Quod memoriæ deeſt, ſuppleat ſtudio: q̄d propter ingenij uitium aſſequi nō poterit, diligentia conſequatur. Meritō maximus poëtarum, Labor, inquit, improbus omnia



uincit. Legi ego, extitisse summos aliquot Iurifconsultos per quos tenui memoria, ut Angelum, Fulgosiumque. Rursus alios minimo iudicio, qualis Andreas Siculus, & alij, quos nominare non attinet. Fuit Ludouicus Romanus tam dicendo ineptus, ut uel optima quaeque in eius ore sordesceret. Et tamen hi omnes summam dignitatem nacti, inter professores primarij tempore suo habiti sunt. Consolet ergo unusquisque seipsum, & spe plenus nobiscum haec studia aggrediatur, ego illi prauius per aspera, per deuia, per omnes anfractus adero, nec mihi ipsi satisfactum putabo, donec in summo huius artis culmine eum constituero. Scio me magna promittere, & quibus uires meae haud facile respondeant: sed tamen opinio quam quisque de preceptore suo conceperit, plurimum potest: & dii facientes (ut est in prouerbio) adiuuant. Adste mihi assidui, & quotidie de ore meo pendete. Nam si studia quoque uestra accesserint, non est cur dubitetis, quin ad optatum finem sitis quamprimum peruenturi. Vtruncque ut praestetis, uobis necessarium est: nec enim mea uos lectio peritos unquam fecerit, nisi ingentem operam in diligenti eorum, quae a me exceperitis, consideratione collocaueritis. Nec solum studium uestrum sine preceptore perfecte uos instruet: non sunt huiusmodi haec artes, ut per se possint percipi, opus est duce, qui rectam uobis uiam demonstrat. Damnat Hieronymus arrogantem eos, qui sine magistro se didicisse gloriantur. Vetus est Cleobuli Lyndij (qui unus ex septem sapientibus fuit) dictum, Debere hominem libentissimè audire, illibenter loqui. Apud Platonem Socrates in Phaedro disciplinas ex sermone potius & uiua uoce, quam ex lectione hauriendas esse existimauit: eas enim sic magis memoriter teneri, & melius intelligi, quam quaedam subtiliora quandoque occurrant, quam ut scriptis tradi commodè possint. Nam si satis esset ex solo commentario sapere, haudquaquam operae precium fuit tot philosophis, ut per exteras regiones peregrinarentur, eos audituri, quorum libros iam in cubiculo legissent. Cogitet ergo, qui se domi continet, non se Pythagora, non Platone, non Apollonio praestantior, qui maximas difficultates, summa incommoda perpessi sunt, dum ut uiua preceptoris uoce meliores fierent, per uarias prouincias proficiscuntur. Nulla est perniciosior studiorum calamitas, quam sui ipsius confidentia & admiratio: hunc morbum Graeci *ελαφρυνία* appellant. Est autem etiam adulatione deterior, eorumque hominem inducit, ut se existimet optimè scire, quae non intelligit, redditque eum negligentem, superbum, ociosum, aliorum contemptorem. Emen datur id malum non tam lectione, quam frequenti auditu & collatione, quae cum peritioribus habeat. Quapropter caute quaeso auditores charissimi, ab hac belluae nulla erit uerae sapientiae capitalior hostis, nisi assiduam preceptoris operam dederitis, eius dogmata diligenter obseruaueritis, idque cum philosophis persuasum habeatis, quae cunctae explorata uobis sunt, minimam esse eorum partem, quae ignoretis. Nec a nobis haec dicuntur, quod uelim mihi tantum credi, ut de Pythio tripode dictata nostra emanasse existimetis: absit a me, caeterisque bonis eiusmodi arrogatia: & nos homines sumus, & quidem ut modici ingenij, ita nihilo felicioris memoriae. Fallimur plerumque, & glaucomam, quod ille ait, ob oculos patimur. Sed beneuolentia erga me uestra id suadet, ut liberrimè uobis sententiam meam exponere, uosque boni & aequi consulturos, quicquid a me dictum fuisset, existimarem: nam nisi summa erga me humanitate utamini, seueramque de studijs nostri trutinam quandoque remittatis, aliqua ignoscatis, nunquam expectationi uestrae satisfacere potero. Eiusmodi huius artis est natura, ut in ea quandoque falli liceat. Nemo ex antiquioribus tam felix fuit ingenij, qui hanc notam euitauerit. Quapropter & preceptoris uestro quaedam concedenda erunt, & de summo iure sibi aliquid indulgendum, & uobis eadem quoque licentia non denegabitur, ut uel ob hoc audentiores ad hanc disciplinam esse debeatis, in qua etiam erranti tantum contouersum ius responderit, sit parata uenia. Dixi.

D. And.

TICINI IN CELEBERRIMA ACADEMIA PROFICIENTIS ORATIO HABITA.



Amet si moris non sit, ut qui pomeridiana hora proficitur orationem ullam habeat, siue quia id muneris ad ordinarios magis pertinet, siue quia satis esse uideatur, quod pridie iniorum in ipsis sacrae Missae auspicijs copiose hoc praestari soleat, mihi tamen commitones optimi haudquaquam uisum fuit tam repente ad legum interpretationem descendere, ne illotis quodammodo manibus, mysteria haec tractare existimer: praesertim cum personam, quam sustineo, qualitas me adhortaretur, ut ea quae uobis optima, & studijs uestris utilia essent, in medium proponere, quae si qui uestrum iam sciunt, habent quod in sinu gaudeant, tantum ex primo excellentissimorumque hominum genere sint, qui, ut in Hesiodi carmine est, per sese omnia norunt. Quod si qui adhuc non perspexerint, proximi prioribus esse possint, ut qui recta monenti pareant. Tertium enim illud genus, eorum qui nec ipsi sciunt, nec bene consulentibus obsequi uolunt, omnino respondendum esse, tantum prorsus inutile, idem poeta cecinit: a quo uos omnes abesse satis uideo, resque ipsa indicat. Cur enim plerique uestrum dimissa patria, relictis parentibus, amicis, consanguineis, huc uenistis, nisi amore uirtutis, & ut diligentia uestra, summisque cum laboribus ad legalem hanc sapientiam peruenire possitis? Solent homines ad aliquod munus capessendum uaria ratione impelli. Alij gloria alliciuntur, alios spes uel praesens utilitas trahit. Sunt qui ut principibus uiris placeant, etiam difficillima aggrediuntur. Quod si ita res se habet, nihil profecto est quod uos allicere magis debeat, quam huius quam profitemur artis studium. Videmus non apud ciues nostros tantum, sed ubique prorsus gentium, quanta nominis celebritate, quanta gloria agant Iurifconsulti: quot sibi amicos, quot clientelas parent. Quenam maior animi alacritas, quam periclitantem de salute aut facultatibus clientem protexisse, & facundia doctrinaeque sua defendisse? Tu sola, inquit Valerius Flaccus, animos mentemque peruris gloria, te uiridem uidet immunemque senectem. Quod si hoc nomine tantopere celebrati sunt ueteres illi Argonautae, & ferè numinum loco habiti, qui tot per immensa pericula, ad uellus aureum rapiendum properarint, quanto magis uos ueram laudem adipiscimini, qui ad hanc clarissimam artem pernostrandam accurristis: in qua proculdubio preciosius aurum inuenitur, quam in adeo decantata illa ouicula. Est quidem uirtus omnis sibi ipsi pulcherrimum praemium, sed tamen rerum humanarum conditio quandoque etiam sapientes cogit, ut ad utilitatem respiciant, quae certe nostris maxima est, si caeteris conferantur studijs. Videmus passim, qui se arti militari dederint (quod genus hominum ob bellicas calamitates maximo in usu nuper fuit) summis laboribus, infinitis periculis, paratissimo ubique exitio, in exigui stipendij spem nihil sibi reliqui facere, perpetuis sollicitari aerumnis, cum tandem ita uertentibus fatis, malus male perditur, & quod armis adeptus est, armis amittit. Videmus alios qui nullis literarum ornamentis adiuti, Pontificum Regumque palatia ambiunt, summamque in eo gloriam reponunt, si principibus uiris placuerint: mutata repente fortuna, collabescuntque regis sui amore, inopem plerumque senectam transigere, & infructuosam tot annorum sollicitudinem mcestos deplorare. Videmus alios alijs addictos scientijs, non minore labore, longè minoribus tamen praemijs affici. Celebratur Alexandri Magni egregium facinus, qui cum hominem spectasset, grana cicerum spacio distante, missa in acum continuo & sine frustratione inferentem, donasse eum eiusdem leguminis modio dicitur, praemium, ut Fabius inquit, illo opere dignissimum, cum scilicet uano labori, inanis quoque & nullius momenti merces rependit. At contra uidetis, quam magna praemia Iuris studiosos maneant. Promisit illis Iustinianus, legitimo opere perfecto, rempublicae se eorum fidei in partibus curandam gubernandamque traditurum. Quam pollicitationem scimus omnes, in hac usque diem continua serie a principibus omnibus obseruatam. Hoc Romani Pontifices, hoc Caesares, hoc Reges omnes, breuiter uniuersus orbis, institutum habent, ut eos potissimum a consilijs sumant, qui legali hac doctrina excellere credantur. Quod

si quisquam hactenus piè religiosèq; obseruauit, noſter profectò dux Sſ. nemini, cum ueterum tum recentiu, hac uirtutis laude ceſſurus eſt, qui tanto iudicio in locum ſenatoriũ doctiſſimos quoſq; cooptauit, tanta diligentia Rectores ciuitatũ, Prætores, Vicarios, Iudices elegit, ut omniu uoce conſtet nuſquã meliores poſſe conſtitui. Meretur certè tam prolixũ, tam magnificũ eius ſtudiũ, ut propenſiſſimo animo omnes operã uirtuti detis, quã adeò cordi illi eſſe quotidie experimini. Accerſiuit me ille de longinquis regionibus, & ſola uirtutis cõmendatiõẽ agnitũ reuocauit: reſiſtentiq; mihi, & quodammodo tergiuerſanti, iure ſuo iniecit manũ, & ſummæ dignitatis codicillis ornatum, cõdigno quoq; in hoc honorario donauit, ut uobis uſui eſſem, ſtudiãq; ueſtra excolerẽ, & quoad eius fieri poteſt ad excellentis diſciplinæ huius arcem uiam uobis aperirem. Agitè ergo optimæ ſpei iuuenes, & in hiſce artibus præeuntem me ſequimini, quæ uos in tutiſſimũ portum ſemper comitentur. Sumite de me præceptore ueſtro exemplum, qui bellica clade afflicto cenſu, cum nuſquã iam in patria auderem conſiſtere, ad ſacram hanc ancoram cõfugi, à qua ſalutem, honorem, opes, ſummũ deniq; decus conſecutus ſum. Tradunt Zenonem philoſophũ, cum naufragium feciſſet, dixiſſe, nunquam ſe feliciter nauigãſſe, quoniã rebus amiſſis uacare philoſophiæ deinde cõeperit. Idem & uſurpare ego poſſum, qui cum in patria ocio quondã, nimiaq; tranquillitate ferè marceſcerem, atrocitate bellorũ demũ excitatus peregrinari cõepi, & ad hanc diſciplinam conſugi, quæ mihi planè fuit, quod prouerbio græco dicitur, Myrtili clypeus. Fuit is ingentis animi miles, ſcuto pugnare ſolitus, qui cum ad maritimã expeditionẽ nauigãſſet, ſubmerſa fortè nauis, eidẽ clypeo innixus in tutũ relatus eſt. De quo hunc in ſenſum ſcripſit Leonides poëta:

Bina pericla unis effugi Myrtilus armis,

Cum premererq; ſolo, cum premererq; ſalo.

Incolumem ex acie clypeus me præſtitit, idem

Naufragum apprenſus littus aduſq; tulit.

Sic mihi egregia hæc

profefſio, omni in tẽpore, omni in fortuna auxilio fuit, quod ceu ſeneſtuti ueſtræ uiaticum ut & uos cõparetis hortor ſuadeoq;. Id autẽ facillimè cõſequemini, ſi cõſilio meo parère uolueritis: Obſeruauit ego quatuor potiſſimum uitia eſſe, quibus plerunq; oppreſſi iuuenes ad bonam frugem peruenire non poſſunt. Alij cum ſuperuacaneo quodam labore inutiles artes proſequunt, quod malũ Græci *ματαιοπραγία* uocãt. Alij amore capti detinẽtur. Sunt quibus alea & luſoriæ chartulæ bonas horas ſurripiant. Pleriq; ingenio feroci, in armis agunt, aliasq; ex alijs turbas ſemper cõcitant. Vitanda ſunt hæc omnia, ueſtraq; omnis cogitatio hac duntaxat in diſciplina eſt conſtituenda. Si libeat uobis recto iudicio ad hoſce effectus attendere: non admodum difficile erit remedium. Nam qui irrito labore inuoluunt, ſi ſinem ſpectent, cõfeſtim ſe colligẽt, amiſſumq; inaniter tempus noua diligentia reſarciẽt. Quo in numero ſunt qui magicis libris dant operam, qui Chemiſticę arti, huiusmodiq; imperitorũ ineptijs, quas lex noſtra ubiq; reprobat, falſasq; eſſe oſtendit. Huc pertinet & qui hiſce artibus incumbũt, quę quidẽ ex ſe optimę ſunt, ſed tamen leuiter & ſummis labris iudicio ſapientum attingendę ſunt: ut uerborũ diſceptatio, in qua laborandum eſſe, ſed paucis, ueteres uoluerunt. Vt rudimenta grammatice, in quibus Pallades poëta ait eſſe cauendum, ne uſq; ad ſepulchrum quis fatigaretur, ut onuſtus regulis ad orcum descendat. Vt linguę uulgaris, & idioticę anxia ſcrupuloſitas, quam adeò atroci odio eſt proſequutus Alexander Imol. ut in Boccatiũ eius autorẽ, nõ ſine ſtomacho inuehatur, quòd ſcilicet (ut ipſe ait) nulla bona ars ex hiſce libris addiſcatur, ſed ſoli amores, ſed muliercularũ fabellę, ſed ocioſorũ duntaxat ineptię: admonetq; ſcholasticos, ut ab hac Syrene maximè caueant. Quid hodie diceret, ſi rediuiuus ad ſcholas ſuas aſcenderet? Quod uerò ad eos attinet qui amore capti ſunt, quid aliud ego remedij ad eſſe dicã, quàm qd præſtantiſſimi medicorũ cenſuerunt: è quib; Paulus Aegineta lib. III. eos perinde ac inſanos pharmacis curat, obliuionemq; eis uel nouam ſollicitudinẽ ratione uictus inducit, ſicq; affectam animæ partem adiuuandam cenſet, cuius ſententiæ empirices

Myrtili clypeus.

empirices autor quoq; Cælius Aurelianus fuit, adducto Platonis loco, qui cum duplicem furioſorum ſpeciem conſtituiſſet, in altera eum collocauit, qui *ὀργιλος*, id eſt, amatorius dicit. Videtis q; male à ſapientibus audiant, qui hac affectione ſunt tacti: ut mirum non ſit, ſi q; plurimis fabulis triſtiſſimos horum ſucceſſus oſtenderint poëtæ, ut cum alium amore Proſerpine ad inferos deſcendiſſe aiunt, alium amore Amphitrites nymphæ in mare præcipitẽ ſe dediſſe, alium de Leucadis promontorio, alium de Atticę ſaxo in caput ceciſſiſſe. Qua ratione & conſictam fabellam illam Alexander Aphrodiſieus arbitrat, qua proditũ eſt Erinnyn furiam ab ipſo Cupidine adamatam fuiſſe, quòd ſcilicet pleriq; uarijs iniquisq; cupiditatibus afficiantur. Cæterũ quid de luſoribus dicam? qui & ipſi pari mentis uitio uexantur: quibus plurimũ expediret, ſi nullas unquam haberent pecunias. Videntur mihi ueteres luſiſconſulti uanam hanc animi paſſionẽ non abſurda pœna corrigere uoluſſe, cum ſuſceptores duntaxat puniendos eoſq; cenſuerunt, ut nullam ſurpetarum, dum luditur, rerum, damni aut iniuriæ actionẽ haberent. Prohibuit generaliter Juſtinianus omnẽ luſum, excepto qui uirtutis cauſa fiat: quoniã blaſphemie impietatisq; itemq; rixarũ maximam præſtet occaſionẽ. Ego uerò uobis ea quoq; ratione uitandum cenſeo, quoniã bonas horas malè cõſumit. Longum ſatis tempus, inquit Cicero, ad conſequendas artis natura nobis ſuppeditauit, ſed breues noſiſi facimus, in delicijs, iocis, uoluptatibus, ſodalitatibus, bonã eius partẽ abſumentes. Extat Heſiodi poëtę carmen: *ἀρχαυλοῦ δὲ πῖθου καὶ λήγοντος ἑὸς κρητῆρος, μέγιστος φέρτερος.* quo iubet, in ſummo ualiſ, itẽq; in imo, quantũ libet potare, dum in medio ſimus parci: quod eius poëtę interpretes *ἀλλυγοειδὸς* dictũ putant, quoniam temporis in pueritia ſeneſtutẽq; nulla nobis ſit reddenda ratio: at mediæ ætatis, quòd ea maxime ſtudijs ſit accõmoda, debere nos eſſe q; parcifſimos. Superẽſt ut de eis uerba faciamus, qui in armis agunt, & perpetuò rixas ex alijs alias nouãt, turbas cõcitant, manus cogunt, huiusmodiq; uitam degũt, qualem ducere milites inter claſſica deceret. His quid aliud ego dicam, quàm Palladi cum ſtolidiſſimo illo omniu deorũ Marte nihil conuenire? Haud facile eſt ut quæ manus ferrũ, poſito ferat enſe libellos. Nõ iure Quiritũ duntaxat, ſed omniu ferè populorũ moribus immunes à bellicis muneribus ſunt profeſſores, quòd ſatis exiſtimarent ueteres, haud quãq; poſſe hæc iungi. Eloquẽtiſſimus ille Demoſthenes cum arma tractare uoluſſet, græco ſcõmate notatus irriſuſq; eſt, & *ἰπλάων*, quòd clypeũ præ metu abieciſſet, uocatus. Qui ſtudijs apti ſunt, hi plurimũ atræ bilis habent. Qui rixis ſe dedunt, flaua conſtant. Quo ſit, ut ratione naturali ſimul iungi ſtudia & turbę nequeãt. Libetẽr Heſiodi teſtimonio propter antiquitatẽ grauitatemq; autoris utor: is duas facit eſſe Eridas, hoc nomine cõtentiones uocans: alteram mortalibus peſtiferam, alteram ſaneq; utilẽ. In priore certaminis genere qui uictor fuerit, diſcedit improbior: qui uictus infelicioſior. In poſteriore qui ſuperior fuerit, diſcedit glorioſior, uictus uerò ſeiſo redditur melior. Illa ad tumultuantũ iurgia, hæc ad ſtudiorũ contentiones diſputationesq; pertinet. Quin ergo poſitis gladijs ultimã hanc exercetis, & cum aduerſarijs de æquo & bono diſputantes, palmã occupatis: ut ſi uinci uos contingat, meliores efficiamini. Dicitur Pythagoras, cum in huiusmodi homines inciſiſſet, qui iamiam præ furore in quodam conuiuio uiderent arma rapturi, iuſſiſſe tibicinẽ mutare harmoniã, & dorion canere, quo cõcõtu illos ad ſanitatẽ erubeſcẽtiamq; reduxit. Quod ille muſices beneficio cõſequutus eſt, facite quaſo uos, ſi q; huius ingenij eſtis, ut legalis hæc doctrina impetret: quæ cum ad nobiliſſimã philoſophię partẽ, nempe Ethicẽ Politicẽq; pertineat, humanos uos & modeſtos, quietiſſimoſq; animo reddere debet, ne ſcilicet nomine ſolum philoſophari, non aut re ipſa exiſtimemini. Mementote hanc in Academiã uos eo cõſilio ueniſſe, ut poſt exantlatos ſtudiorũ labores, in patriam ſumma cum adeptę uirtutis expectatione reuertamini. Quod quidem ab eo fieri non poterit, qui hiſce turbis operam dederit. Huic cicatrices potius, q; ingenij aliquod monumentũ oſtentanti, rectè Vlyſſeũ illud in aurem quis inſufurrauerit: Quid ne domũ fertis decimo niſi dedecus anno? Et hæc quidẽ partim ad uniuerſos, partim ad paucos quoſdã dicta ſint.

De luſoribus.

De ijs qui in armis agunt.



Reliquum est ut de me uerba faciam: quod argumentū diffusio- rem exoptularet orationē, si incognitus apud incognitos sermonē haberem. Quamplurimi uest- rū optimē sciūt, ut belli calamitatibus eiectus, derelicta patria trans Alpes profectus sum: ibi professorio numeri addictus, aliquot annos summa cum omnium gratia morā traxi. Quod an illorū humanitati tribuam, an qualibuscūq; nostris studijs, non satis scio. Tria certē magnifica hac in disciplina tribus in celeberrimis gymna- sijs mihi contigerūt, quę nescio, quod citra arrogantiam dictum sit, an cuiquam alijs. Primum, ut Auenioni, cum nunq; ad eam diem cathedrā ascendissem, stipendiū sexcentorū mererer, & ætate longē impar, seniorib; tamē æquarer. Alterū in Bitu- rigibus: quorū liberalitate magistratus, Christianissimo ipso rege adiuuante, secun- do quā eō uenerā anno, duplicatū mihi est honorariū, & mille ducentiq; presti- ti. Tertium est, quod à tam longinquis partibus in patriam ab excellentissimo Du- ce nostro accersitus, Senatoria dignitate ornatus, hanc accessionē ne cogitās qui- dem, tantū abest ut petierim, sum consequutus. Quę ego meritis meis tributa mi- nimē interpretor, qui sciam quā omnia in me sint mediocria, ne dicā exigua: sed tantorū principum maximē propensissimēq; in studiosos munificentię accepta fe- ro, qui meo exemplo uoluerūt omnibus bonę spei iuuenibus ostendere, quā se faciles, quā liberales erga eos prestent, qui bonis artibus operā dare uelint. Ani- mātur enim hoc potissimū modo literarū cultores, cum parata esse suis laboribus præmia cōspiciant. Cum igitur apud Gallos recto exemplo omnibus fuerim, cum & patrię regionis, Italięq; ipsius, quantum in me erat, honorem decusq; auxerim, æquisimū est me mutua beneuolentia à uobis excipi, ut eundem à nostratibus fa- uorem experiar, quem ab alienis semper sum cōsequutus. Tractabimus hoc anno materiam omnibus contractibus cōmunem, quę de uerborū obligationib; inscri- bitur. Nolite arbitrari ullum in iure nostro argumentū esse, quod aut in actione foren- si frequentius, aut aduocatis ipsis conducibilis sit. Extāt maiorū nostrorū innumera hunc in titulum cōmentaria, quę si recensere omnino uellem, nescio an opere precii essem facturus. Illud certō scio, nihil eum processurū, qui tali modo profiteatur. Omis- sis ergo longis enthymematū ambagibus, quę ad ingenij osten- tationem potius, quā ad doctrinam absolendam faciūt, breuiter uobis referā, quid sentiendum sit: talisq; ratione interpretationem nostrā fulciam, quę sola sub- mouendis cæterorū contradictionibus sufficiat. Si quibus in locis errasse ueteres Doctores uidero, eorū nominibus parcā, neq; canoris (ut ita dixerim) nugis ideo me acutiorem uideri uolam, sed tanq; aliud agens, ostendam tamen quatenus eis standum sit. Tributum est uitio Aristoteli, quod quę compilasset, eis accepta non ferebat, à quibus habuerat: at è cōtrario eisdem ubi peccasse existimasset, nomina- tim carperet atq; infectaret. Demus id iuris tanto exemplo Peripateticis concedi, nobis certē Iurisconsultis agendū est modestius: moralis enim quam profiteremur sapientia, hoc ceu inhumanū & inciuile nō admittit. Tendūt huiuscemodi alterea- tiones in artis opprobriū, non in cōtrouertentis cōmendationē. Ego semper qua- liacuncq; studia mea publicæ utilitati prodesse optaui, & citra omnem ambitionē, bona fide auditores meos docui. Scio natura ita comparatū esse, ut nō omnes ea- dem ambiāt. Sunt qui breuitatē eam desiderent, quā ueteres, Dynus, Oldradus, Petrus Rayne. affectarunt: sunt qui maiorem copiam uelint, etiam citra acumē ul- lum, qualē in Barbatij, Felini, & id genus enarrationibus inuenimus. Alij subtili- tates perquirūt, & cum Aretino, Sozino, Ruino imaginari malunt, uel ut expres- sius loquar, quod de Socrate ait Aristophanes, ἀροβατέμ καὶ περιφρονέμ τὸν ἥλιον, id est, per aëra incedere, & circa solem fatagere. Verū ipso usu didici, neminē unum se- quendū esse, sed optima quęq; de singulis decerpenda. Floriferis, quod inquit Lu- cretius, ut apes in saltibus omnia libant, Omnia nos itidem depascimur aurea di- cta: debetq; scholasticus magis doctoris sui iudicio deferre, q̄ suo. Alio qui sum- mē esset arrogantis, uel philautiæ potius, si rectius se iudicare posse iuuenis existi- met, quā is qui docendo usum maximū cōpararit, tyro quā ueteranus, umbra- ticus quā soli aut pulueri assuetus. Cæterum quod ad stylum & docēdi phrasim attinet,

attinet, mediocrem elegimus, & qui omnino barbarus rusticusue nō sit, ut si qui bonas literas callent, cōmentariorū nostrorū lectione sermonis candorē non ma- culent: si qui nō callent, intelligant tamē quę diximus, possintq; ipsi uel ex dicta- tis nostris ornatiores fieri. Nec me quicquā eorum uoces mouerint, qui barbari moris patrociniū suscipiant, & recentiorum infantiam malint sequi. Cur enim ta- les mihi interpretes magis imitandos proponā, quā ueteres illos, Paulus, Papi- nianos, Scauolas, quorū beneficio Latini sermonis arx ipsa à barbaris māsse inex- pugnabilis: Stultissimū est nō optima quęq; ad imitandū proponere. Minus cer- tē mihi laboriosum id esset, si eorum sententię acquiescerē. Sed hi uideant, ne sibi obijciat, quod rudi seculo illis agricolis, qui frugibus à Cerere inuentis, ipsi tamē glande uesci malebāt: adeò in malis assuefcere durum est. Non dubito tamē quin hac quoq; ratione sim ei omnia facilia redditurus, qui lectioni nostrę attētus esse uelit: quę me causa cōpulit, ut cum defungi munere meo horę spacio possim, du- plicare tamen clepsydram maluerim, ut scilicet legitimo tempore cæterorū more doceā, reliquo uerò scribentibus dictem: utq; post horam, qui scribere aut nolit, aut nō possit, abeat: qui uerò uelit, & hoc à me ceu auctarium consequatur. Nihil in Iuriscōsulto magis necessariū est, quā memoria: at eam ualde extenuat cogita- tio, quę circa Iuris subtilitates uertitur, quocirca calamo adiuuari debet. Nam etsi quis ea prepolleat, alijs tamē curis, deniq; & diuturnitate tēporis obtundiē. Ad- uersus quod malum unicum est in scriptura subsidiū. Adde, quod si qua in decur- su sermonis minus præcepta erunt, ex cōmentario poterit cōfestim diligens audi- tor intelligere, meq; iterato illius repetitionis tedio subleuare, quo solēt aliqui ad- nauseam usq; audientium aures infestare. Agitē igitur studiosi iuuenes, & mecum ad hæc studia capeffenda consurgite. Quod facillimē uobis cōtinget, si græci uer- siculi memineritis, cuius similem nos hunc Latinum habemus:

Venter, pluma, Venus, laudem fugienda sequenti,

Dixi.

Bb 4

I. C. ORATIO HABITA FERRARIAE, M. D. XLIII. CVM  
PRIMUM PROFESSVRVS ILLVC VENIT.



Artium diuersa  
rum cum re lite-  
raria comparatio.

Vm ea cōditione primū creati sint homines, ut per uarios labo-  
res atq; ærumnas uitam suam trāsfigant: idēq; usu cōmpertum sit,  
plerosq; quō maiore collocati sunt in fastigio, eō etiam grauiori-  
bus curis affici: eos ego, spectatissimi auditores, cæteris sapiētio-  
res arbitror, qui humanis hisce incōmodis quantum fieri potest  
minimo negotio defunguntur. Sunt mechanicæ fabrilesq; artes  
ciuitati necessariæ, uerū contemptibiles, & modicæ utilitatis, & hæc quidem nec  
perpetuæ, cū senectute grauatos artifices soleāt deserere. Est mercatura, si copio-  
sa sit, satis honesta, multiq; rem suam non infeliciter tractarunt, qui eam cautē dili-  
genterq; exercuere: uerū & ipsa fortunæ lubrico plurimum subijcitur, contin-  
gitq; non rarō ut unde maximōs fructus se percepturum negociator arbitratur,  
ipse frustratus fortē ipsam desideret: sicq; deficiente pecunia perit omne mercimo-  
nium, nec etiā instaurādi modus amplius subest, cū angusta fides esse incipiat.  
Fuit & militiā aliquibus utilis, uerū tot periculis exposita est, ut ab antiquissi-  
mis temporibus non nisi inopes & necessitate adducti, in eius albo nomē darent.  
Pauper, inquit Vergilius, in arma pater primis me misit ab annis. Hodie uerō cū  
disciplina militaris ferē extincta sit, rarōq; ullæ bonæ artes ad eam afferantur, ma-  
ximē uidetur detestanda, ut mirum sit quenquam inueniri qui ludicrum hoc mor-  
tis non auerteret: & cū olim uilissimi serui uel mille drachmis uænum irent, ho-  
die reperiantur qui diurna drachma animā simul & corpus eant perditū: ut meri-  
tō Vlpianus noster milites à malitia duritiæq; dictos interpretetur, sicut & Græci  
athletas suos quasi *ἀδύτοις*, ut Cl. Pergamenus inquit, id est, miseros uocāt. Vnū est  
literarū studiū, quōd sedentaria opera, nō magno corporis periculo fortunarū  
ue iactura nobis paratur, quōd perpetuō usq; ad senectutem nos ornat atq; illu-  
strat, quōd amitti à nobis extorqueri ue ullo fortunæ impetu nō potest: qui enim  
ei se dedunt, haud sanē frequenter fortuitis casibus subijciuntur, imō plerūq; flu-  
ctuantibus alijs, ipsi in portu nauigāt: si pacis tempora sint, in magno honore ha-  
bentur: si Mars sæuus populos affligat, minore quā cæteri damno afficiuntur,  
siue quōd imminentes ictus euitare pro prudentia sua optimē calleant, siue quōd  
militaris auaritia magis in mercatores inquirat, qui id in arca habēt, quōd ipsi de-  
siderant, & cuius potiundi causa omnibus se periculis subijciunt. Solebant uete-  
res fortunam ipsam ita effingere, ut mulier esset, quæ pilæ insisteret. At Mercuriū  
studiosorum numen cū designabant, basem quadratā, seu undiq; quatuor an-  
gulis nitentem tesseram efficiebant: hoc modo firmitatem studiorum repræsen-  
tantes, quæ nullo fortunæ impetu possint cōcuti. Sic Bias ille Prieneus omnia sua  
secum portare prædicauit. Sic Aristippus Cyreneus ciuibus suis mandauit, ut eas  
sibi pararēt possessiones, quæ nauis fracta simul cum possessore enatarēt. Igitur hi  
mihi sapientes uidentur, qui periculosis artibus derelictis, togæ studia sequuntur.  
Et cū omnes literarum disciplinæ ad publicam utilitatem pertineant, ea tamen  
est maximē laudanda, quæ diuini humaniq; iuris cognitionē nobis aperit: quam  
ego toties pro suggestu celebraui, ut iam nihil amplius possim dicere, quōd nō sit  
dictū prius. Non negauerim ad eam adipiscendam magna diligentia, cōtinuo stu-  
dio, assiduo labore opus esse: sed & hoc omnibus disciplinis cōmune est, & uetu-  
tissimum est Hesiodi carmen, Virtutem posuere dei sudore parandam, tametsi is  
labor multa habet remedia, unde alleuari gratiorq; effici possit. Nec nos terrere  
debet librorū multitudo, totq; scriptorum numerus, qui nostra hac disciplina ad  
hanc diem adeō excreuit, ut duo & triginta interpretes in titulū quē exposituri su-  
mus extēt: siquidem & in apparatusissimo cōuiuio numerus ferculorū neminē one-  
rat, sed patrisfamilias liberalitatē ostēdit, cū uocati eligere possint, & nō nisi ne-  
cessarijs dapib. saturari. Nō ideo rosas negligimus, q; inter sentes & ruborū acu-  
leos lateāt. quo exemplo & uobis licebit eos interpretes eligere, quos sequamini,  
& ex multis paucos, sed meliores, continuē in manibus habere. Ad publicā quidē  
utilita,

Fortuna corpi-  
le, Mercurius  
uerō bast qua-  
drate insitat.

utilitatem pertinuisse Iustiniani edictum obseruari, & eam studiorū methodum  
sequi, quā ipse procemio Digestorum præfixit. Cæterum humana curiositas  
modum non habet, & eō planē deuentū est, ut uelimus nolimus, manus dare con-  
suetudini nos oporteat. Non æquales mei, non auditores, non gymnasiōrū præ-  
fecti sinerent amplius nos obsoletum illum morem in usum reuocare: plurisq;  
faciunt cceptam ducentis adhinc annis docendī uiam, quā ipsius legislatoris  
iussu. nec ego hac de re controuerti quicquam amplius uelim: quid enim hoc  
aliud esset, quā aduersus torrentem natare? Fertur equis auriga, nec audit cur-  
rus habenas. Curabo tamē quantū fieri possit, ut proximi ueteribus accedamus,  
utq; iandiu recepta consuetudo sit uobis utilissima. Naturaliter contingere solet  
ut homines dissentiant: unde sicut apud ueteres Cassiani diuersam à Proculianis  
sectam habebant, ita apud nos magna sunt inter Doctores dissidia. Ille copiosus,  
uberrimo ingenij fonte, magna memoria: ille breuis, acutus, quibusdam quasi  
punctis solū pugnat: alius fluit lutulentus, sed clarus & crassiore minerua: alius  
legum uerbis, alius Doctorum decisionibus nititur: sic non omnia uni placent,  
nec omnia uni dii dederunt, sed maximē in eo genere quisque proficit, ad quod  
suapte natura est propensior. Ego in nullius magistri uerba addictus, quod opti-  
mum esse iudicauerō, in medium afferā: quandoquidem ut in omnibus artibus,  
ita in hac nostra maximē primas partes tenet sanum iudicium: & uix fieri potest  
ut qui natura sit dubiæ sanitatis, idem legalis sapientiæ sit certus doctor. In hac ta-  
men temporis breuitate, quæ homini ad bonas artes perdiscendas data est, utilia  
tantum & quæ ad bonam frugem pertineant sunt perdiscenda: alioquin de friuo-  
lis rebus disceptare, & de uictoria magis quā de ueritate esse sollicitū, maximē,  
ut Cicero ait, contra prudentiā est. Versiculus est prouerbialis, Nimum altercan-  
do ueritas amittitur. Sunt dialectici, sunt & quandoq; oratores de uerbis magis  
quā rebus solliciti: at nos ad res magis attendimus, uerborumq; curam in secun-  
dis habemus. Negat idem Cicero, si sibi duplicetur ætas, habiturum se tantū tem-  
poris, quo lyricos poetas legat: adeō multi erant. eodem modo & dialecticorum  
captiones. Quid arbitramur dicturum Iustinianum, quid alios ueteres Iuris an-  
tistites, si recentiorum cōmentarios in lus nostrum aspicerent? de qua re toties à  
me declamatum est, ut non existimem operæ precium uerba amplius facere: alius  
fortasse de hoc differendi, cōquerendiq; potius erit locus. In præsentia enim, cū  
huius anni lectiones auspiciandæ sint, omnes nos querelas abijcere oportet, cū  
à bono potius omine, atq; à uotis preceationibusq; sit incipiendū. Dicamus ergo  
bona uerba, & Deum opt. max. precemur, ut successus nobis prosperos det atq;  
largiatur: quod nō dubito futurum, si manibus puris, si mundo corde ad hæc stu-  
dia accedatis. Nam sicut optima uina, si mucido uitiosocq; uasi cōmittant, in uap-  
pam transeunt atq; corrumpuntur: sic doctrina legalis malis hominibus credita,  
nihil aliud est quā quod uulgō dici solet, in manu furiosi gladius. Habetis hīc ur-  
bem studijs aptissimā, ab ipsa sui origine pacis alumna, ut quæ à Smaragdo patri-  
tio exarcho ceu tutissimo in loco constituta, mœnibusq; munita aduersus immi-  
nentes barbaros fuerit, qui alioquin per totam Italiam debacchabantur: de cuius  
celebritate atq; gloria, quod de Carthagine Sallustius ait, melius est silere, quā  
pauca dicere. Existimat M. Cicero, plurimum ad studiorum disciplinam cōferre  
urbis nobilitatem: quo potissimū nomine Athenas celebrat, quæ optimis exem-  
plis admonere atq; instruere studiosos possent. At ego hac maximē laude ciuita-  
tem istam celebrem esse existimauerim, siue ciuium elegantia, cultum, modestia,  
probitatem inspicere uelimus, siue mores castigatissimos, & publicā priuatamq;  
opulentiam, siue pacem & concordiam, maximamq; tranquillitatem, qua studio-  
rum animi ualde incitantur, & ad uirtutem capeffendam stimulari solent. Plu-  
rimum potest & autoritas per longissima tempora eodem tenore cōseruata. Scri-  
bit Ammianus Marcellinus, Alexandrinæ academiæ tantā fuisse olim existima-  
tionem, ut ad summam artis peritiā ostentandam sufficeret, si in ea se operā stu-  
dijs dedisse quis prædicaret, quod & de hac uniuersitate dici potest, in qua olim



tot egregij uiri, & quorum edita sunt opera, ut Salicetus, Aretinus, Felinus, Riminaldus, idēq; genus alij, professi sunt. Libet hac de re uerba Pij Pontificis, quæ in historia Europæ posuit, referre, ut locupletissimo testimonio cognoscatis, non nunc solum, sed ab antiquis quoque temporibus maximam fuisse huius academiam autoritatem. Apud Ferrariam, inquit, dum Pontifex Eugenius cum Græcis synodum uniuersalem haberet, palam factum est Latinos homines, qui iam pridem bellicis artibus & armorum gloria Græcos superauerant, ætate nostra etiam literis & omnium uirtutum genere anteire. Fuit autem (subijcit ille) domus Estensis semper doctis amica. Nostra ætate non solum Hugonem præstantissimum medicum magnis ad se præmijs traxit, sed multos in lure civili, plures in cæteris facultatibus honorauit: habueruntque plerique doctissimi uiri unicum apud Estenses in ea ciuitate senectutis suæ refugium, & illud quidem honestum, dignumque uirtutibus suis. Hæc ille. Ut mirum non sit, si maiorum suorum uestigijs innitens excellentissimus dux Hercules, post tot summos in omni artium genere professores, qui hanc academiam illustrant, opera quoque nostra uti uoluerit, quæ res animos uobis ad capeffenda hæc studia augere debet, quando uidetis Ducem ipsum tam propense ea amplecti, tamq; insigni munificentia studiosos prosequi: ad hæc tantæ integritatis ab eo constitutos magistratus, ut exemplar quoddam atq; illustre specimen omnium uirtutum de se quotidie præbeant: hi etiam uobis exemplo principis inuitati fauebunt, studiaq; uestra adiuuabunt. Aiebat Sergius Galba Imperator, Italorum ingenia huiusmodi esse, ut nec totam libertatem ferre possent, nec totam seruitutē, quod ego in scholasticis quoq; uerum esse arbitror: si enim quicquid uolunt eis liceat, uarijs affectionibus obnoxij iuuenes, non quæ sibi utilia sunt prouident, sed iurgijs atq; rixis dediti ætatem in armis agunt, in studijs nihil proficiunt. At hinc, quæ magistratum est autoritas atq; diligentia, à tumultibus eos cessare oportet, pacisq; & tranquillitatis studia amplecti, ut neq; se neq; alios in eiusmodi tricis conijciant, quæ non nisi autorum damno sedari possint: quæ res efficiet, ut ijs qui totos se studijs dedere uelint, aptissima futura sit hæc academia: tamen si arbitrer, & huius rei certissimus quodammodo sim, uos uestra sponte ab hisce malis temperaturos, qui cum uirtutis amore huc cōuolaueritis, humanos quoq; & modestos mores allaturi uidemini, illudq; meminisse, pacis uos, studiorum atq; togæ cultores, non armorū aut sagi esse. Prouerbio Græcorum hi notantur, qui inter graculos primas partes ambiunt, cum aquila esse possint. Solent hi qui uel ingenio destituti, uel inertia allecti ad lauream doctoralem peruenire posse desperant, ad militiam trāsire, quod ea præsertim nostro tempore cuiusque ociofi quoddam quasi asylum sit. Nolite queso militares mores legitimis præferre, sed cum legum scientiam profiteamini, secundum leges uiuite. Sæpissimè dixi, nihil stolidissimo deorum omnium Marti commune cum Pallade esse: expertus ego id pluries sum, & magno cum malo meo. Scio plerisq; suspectam esse posse tam frequentem mutationem meam, qui nunc Auenioni, nunc Biturigibus, nunc Ticini, nunc Bononiæ professus sim: nec deerunt qui inconstantia hoc tribuant, tanquam nusquam possim consistere, & quod in carmine Horatiano est,

Romæ Tybur amem uentosus, Tybure Romam.

Etenim non bene compositæ mentis argumentum est, cum quis huc atq; illuc uagus discurrit, nec quiescere potest. Ceterum mihi excusatio est in promptu: notissimumq; omnibus est, me dum bellicos tumultus subterfugio, tutamq; studijs meis sedem perquiro, diutissimè esse peregrinatū, principumq; iusionibus huc atq; illuc agitatū, certam sedem tenere non potuisse: Enimuero, inquit Plautus, dij nos tanquam pilas homines habent. Sic ego raptus instar lignorum quæ pro aquarum impetu feruntur, uarijs fluctibus agitatus fui, & tamen quicquid erroris hoc fuit, in publicam utilitatem semper celsit. Nemo est qui solem uituperet, quod dum radijs & calore suo cuncta uiuificat, ambitum terræ omnem circumquaque percurrit. Nec quisquam est qui aded fixas stellas laudet, ut errantes impro-

improbet. Commendat Vlysses Homerus, quod mores hominum multorum uidit & urbes. Constat & ueteres philosophos, ut Platonem, ut Apollonium, ut plerosq; alios, doctrinæ causa peregrinationes maximas suscepisse. Scribit Philostratus, Dionem Prusiensem quod ad Celtas Sarmatasq; se contulisset, tantum a Traiano Imperatore factum, ut reuertentem aureo curru exceperit. Sed & Aristoteles, ei qui ciuilibus conuersationis studia profiteatur, admodum conuenire peregrinationem existimat, idq; exemplo Hippodami Milesij, qui diutissimè per multas urbes errauit, priusquam quicquam scribere aggressus sit, quod & de Lycurgo, Solone, Zaleuco, Philolao, multisq; præterea alijs legumlatoribus proditum est. Hinc est quod Sophocleum illud, οἶκός μὲν δ' εἰ τὸν καλῶς οὐδ' ἀέμωνα, id est, domi manendum est cuncta cui sunt prospera, interpretantur sapientes, ad eos duntaxat pertinere, qui priuatam uitam agunt, quicq; domi & in ocio marcescere citra publicum incommodum possunt: alioqui studiorum professori, qui in luce omnium agere debet, haudquaquam conueniens est linguam, quæ plurimis academijs prodesse potest, intra unum locum, ubi propter bella nullum gymnasium sit, concludere. Sed quantum hac ratione alijs profuerint maximi professores, satis notum curiosis potest esse: mihi certè peregrè agentis firmissimum semper fuit in doctrina præsidium: fuitq; nobis legalis hæc professio tanquam Palladis ægiferæ clypeus, quo superatas Gorgones, id est, monstra omnia, in fabulis dicitur. Accidit quidem ut atrocitate temporum studia hæc nostra non leuem iacturam patiantur: sed tamen discussis hisce tempestatibus emergunt denique, & faciem suam fulgoremq; pristinum recuperant. Libet huius rei exemplum ex historia, quod ad præsens argumentum pertineat, repetere, & interina titulum operis, quod explanandum hoc anno sumpsimus, uobis declarare. Cum leges hæc nostras Iustinianus ex uetere illa confusione in clarissimū hunc ordinem redeigisset, aliquoq; tempore summo in honore hæc fuissent, paucis post eius mortem annis aded barbarorum armis atq; sauitia omnes Latine prouinciæ concussæ sunt, ut bonæ literæ prorsus interirent, eaq; Iuris nostri pars quæ ad successiones uniuersales, nempe dotium & hæreditatū pertinebat, exolesceret, sicq; in usu esse desineret, ut libri quoq; extinguerentur. Quid enim de rebus suis homines, uel de dotibus mulieres, post mortem suam disponerēt, cum nec uiuentes quidē hoc possent, Hunnis illis & Vandalis, deniq; & Sarracenis anniuersarios fructus locustarum more deuorantibus? Conqueritur nouella quadam constitutione Valentinianus Cæsar, quod propter Alarici Gothorum regis in Italiam ingressum, tot aduocati iudicesq; perissent, ut raro aut minimè reperirentur qui Iuris aut legum gnari essent. Quid credimus deinde tam diutinis bellis factum fuisse: non solum professores, sed professorum instrumenta, id est, libri ipsi perierāt, donec uicissitudine rerum ita ferente, pacatæ tandem sunt prouinciæ, moxq; subsequuta pacis studia. Et cum Rauennæ, quæ Græcis ad eam diem paruerat, extaret integrum Iuris corpus, placuit inde librum qui amissus fuerat repeti: deinde & Infortiatum dici, quod qui eum tradiderant Græci, suo sermone se *φορτία* nobis dare iactabant, id est, utilissimā partem Iuris, & quæ maximè ad farinas faceret: panes enim & farra, idq; genus edulia Græci *φορτία* uocant. Siquidem ut in eius constitutionis proœmio, quæ de æqualitate dotis sanxit Iustinianus, uerissimè traditur, hæc pars omnem humanæ uitæ mimum, id est, principium & finem continet, dotes scilicet, unde nuptiæ & procreatio liberorum est, ultimasq; uoluntates: ut mirum non sit si maxima inde aduocatis parantur lucra, honestaq; diuitiæ. Sensit hoc Baldus, quem fama est ex unius tituli legibus tot reponsa confecisse, ut supra quindecim aureorum millia pro honorario consequutus sit. Senferunt & alij maiores nostri, quorum consilia si diligenter perspiciamus, maxima ex parte ad hanc Iuris speciem pertinent. Cæteræ hominum actiones & contractus non aded nobis utiles esse possunt, quod in ijs uel de re modica, uel certè alteri debita agatur: at quæ ex dotibus uel hæreditatibus lucra percipiunt

Infortiatum.

tur, aduentitio quodam bono ceu cœlitus missa liberaliorem clientem reddunt. Ostendit hoc Plaut. à quo uice prouerbij usurpat, Sine sacris hæreditas, ostendit & Martialis, cum potissimū adnumerans quæ beatorē uitam faciāt, Res, inquit, non parua labore, sed relicta. Quot hodie in amplissimis curijs cōtrouertuntur lites, quarū cardo in aliqua substitutione consistit: solet enim nō in testamentis solum, sed in donationibus quoq; nobilissimus quisq; ob nominis sui familieq; perpetuandæ studium, substitutiones potissimū adijcere: quarum cognitionē & interpretandī diligentiam qui negligunt scholastici, hi mihi uidentur nec utilitatem suā satis agnoscere, & quod dicitur, extra oleas atq; repagula deferri. Nam quod ad ingenij acuminisq; exercitationē attinet, nihil nos in amplissima hac Iuris nostri sylua, maiore perspicacia subtilioreq; arte fabricatū habemus: ut cum Iureconulti nostri undecunq; admirabiles sint, hac certē in parte etiā seipso superasse uideant. Nec est quod pluribus uos hortor ad capeffenda alacerrimo animo hæc studia, satis scio quāto cum ardore, quanto desiderio his artibus incumbatis. Haudquaquā dux ego nouus, neq; milites uos ignoti duci uestro estis. Plerosq; uestrū nominatim citare possum, iandiu mihi studiorū cōsuetudine notissimos. Sæpissimè expertus sum quantū singuli, quantum uniuersi mihi tribuatis. Estote & hoc in nouo missu mihi fauentes, & si quādo aliās uos erga me beneuolos sum expertus, eandem mihi humanitatem hac in academia præstare: animū meum tanta mutatione fatiscētē, obsequio officioq; uestro confirmate. Nunc nunc insurgite remis Hæctorei focij, nunc illas promite uires, nūc animos. Id si feceritis, obscurissimas legum difficultates, quæ hoc anno occurrunt, facillè superabitis, ut uobis maxima utilitas, mihi non uulgaris honor accedat. Dixi.

CIO VICECOMITI V. C. ET EQ. S. P. D.



**M**AXIMA semper apud veteres fuit historiae autoritas, eoq; omnibus temporibus in honore habita, ut cum plurima variarum rerum studia & quidem nobilissima haberentur, rerum tamen gestarum scriptores semper primas partes sibi vendicarent. Profit corporibus medicina, publice inter plurimos esse Iurisconsultos, summo se in fastigio positos credant philosophi, de gradu deiici non sinat se militaris gloria, cedunt hæc tamen cessereq; omnia historiae autoribus: cumq; nulla non artium aliquo tempore male audiuerit, solam hanc professionem extra aleam esse, semper existimatum est. Eiecti vrbe Roma pluries philosophi & rhetores fuere, senatusconsultis quoq; diffamati mathematici, nec medici nisi post sexcentisimū & eo amplius annum cōditæ Urbis admissi, cum tamen interim Gn. Piso, Fab. Pictor, ceteriq; annalium scriptores summam dignitatem nanciscerentur. Si enim id genus professores cur tantopere studiis incumbant, diligenter animaduertemus, non aliud certe causa erit, quàm pecuniæ cupiditas. Quid enim æs medicis parat, nisi abominatione dignissimus morbus, maliq; aliqua lues? quid militibus, nisi humani generis discordia, rapacitasq;? quid aliud nostrorum temporū philosophia respicit? at sola gloriæ cupiditate scribitur historia, non mercenario obnoxia stipendio, sed quæ sola sibi ipsi pulcherrimum premium sit. Hinc non à vilissimo quoque tentata, sed in principum se re & illustrium virorum exercitamentis fuit: ut Casarem Augustumq; mittamus, Claudiamq; genitricis Imperatores vel à se, vel à potentissimis quondam populis gestas res, commentariis suis componere minimè dedignati sunt. Patrum quoq; nostrorum memoria Turcarum regis frater Zyzymus gentis suæ fortia facta, tametsi exul & maximis oppressus curis, complexus est: exemplo fortasse Thucididis existimauit, qui magnorum exercituum ductor relegatus esset, fore ut historiae scriptor reuocaretur. Sicut enim militaris ars plerūq; suis legionibus tribunisq; perniciosa est, quæ uidelicet lubrico fortuna ictui subiaceat: ita omnibus utilis historia firmissimo pedamento nititur: quippe quæ omnia moralibus in disciplinis à prudentioribus disputata ante oculos proponit, & quæ simplici admonitione ab illis sint tradita, facta esse exemplis docet, ut quanto magis humanam mentem exempla præceptis mouent, tanto philosophi ipsa præcellat. Exploratissimum id habuere veteres: quapropter non alia ratione Saturnum colentes, in templorum eius ianuis Tritonum imagunculas statuebant, quàm ut ab eo cœpisse historiam, aternitatemq; illis debere deos ostenderent, quorum præconio fuissent celebrati: ut merito non parum Pliny Secundi sententiā damnamdam opiner, potiore historiae Astronomiæ curam existimantis, cum pura putæ ea sit superstitionis ars, incertaq; & plerūq; falsa, quæ solis curiosorum auribus feliciter excipitur: cum contra bonorum ingentibus præmiis, legum in scelestos digna seueritate, bene beateq; uiuendi exemplis, historiae lectione admonemur: quæ sola profecto certissima philosophia uidetur nobis esse. Adde quod etiam tantum ex se iucunda est, lectorisq; gratiam sic aucupatur, ut quoquo modo scripta sit, lectio eius plurimum delectet: & sicut facta dictis priora sunt, ita res ipsas summa auiditate ut plurimum percurrimus, uerborumq; & structurae rationem in postremis duccendam arbitramur. Quapropter qui ornatissimis uerbis dissidentes ueritati res prosequuti sunt, sophistarum infami nomine dignos tantum diiudico: quorū nemini non celebratus Herodotus, quæ historia, si diis placet, parentē uocant, princeps est. Sequitur Diodorus, Philinus, Aristides, aliiq; plures, in quibus ueritatē desideres, elegantiam dicendi nō requiras. Grauiores Latini sunt, magisq; sinceri animi: idq; potissimum in eis deprandas, quò politiore stylo maioreq; doctrina sunt, eo etiam ueriora prædidisse: quod omnium consensus ostendit, easdem res posteris tradentium. Quæ tamen in re ut cæterorum laudi detrudere nihil ausim, ita Cornelium Tacitum nulli cedere constanter affirmauero. Non probet in Liuiio Patruinitatem Asinius, exprobet Crispo mendicata de antiquariis uocabula Lenæus, defendat Iulij Caesaris breuitatem titulus operis, notent incuria Trogum, eiusdemq; semper coloris. Q. Curtium critici, Tacito certè nihil horum sine cauillo obieceris. certat sermonis grauitas cum elegantia, māuultq; aliqua animo lectoris cogitanda relinquere, quàm longis eum narrationibus oneratum dimittere. quæ ratione fit, ut tametsi delicias



ioris stomachi lectorem, eius nunquam satietas capiat, cum huiusmodi viris etiam lactea Liuij  
 vbertas plerunq; fastidio sit: vt sicut illi non nisi ineptè aliquid addideris, ita huic non nisi temere  
 quicquam detraxeris. Sed grauior Tacitus, inflaturq; magis, siue quòd rerum dignitas hoc expo-  
 stulet, siue quòd sub Vespasianis id dicendi genus magis placuerit. At Liuius Crispus, vti atate ma-  
 ioribus, ita etiam dignatione cedere Tacitū, vt equum ducā, illud certè recti iudicij nemo diffite-  
 bitur, longè lectu digniora esse, quæ hic scripserit. Bella, tribunicia seditiones, armorum strepitus,  
 optimatum conspirationes, minimum ad bonos mores exemplo conducunt, quam vis & hæc quo-  
 que Tacitus exequatur: at senatorum varias sententias, ingentes quorundam etiam instante fa-  
 to spiritus, rerum gestarum consilia, principum varios motus, & pacis tempore necessarias artes,  
 apud alios non æquè offendas. Sed & nobis præ Tacito sordescet Liuius, cum ille clarorū virorum  
 exemplo plurimus nos præceptis instructos dimittit, quemadmodum in caput autorum scelera  
 vertantur, quantum nominis ex constantia animiq; fortitudine nobis queramus, quàm cautè  
 cum malis principibus agendum, quàm modestos cum omnibus esse conueniat, nisi magis morta-  
 libus prodesse longas prodigiorum narrationes aliquis credat, procurataq; à Pontificibus porten-  
 ta, tum fusius explicatos annuos magistratus, quorum nomenclaturā, vel diem dicendo eximere  
 quis posset. Eò temeritatis progredi nequaquam ausim, tantum virum vel in leuissima re vt da-  
 mnare velim: sed cum vtrunq; summopere & probe & admirer, alterius tamē in delectu iudicij  
 præpono. Meritò igitur tanti a P. Annio Tacito Imperatore habitus est, vt eius effigiem omnibus  
 in bibliothecis poni edicto mandauerit, librosq; tanta cura adseruari, vt singulis annis decuriones  
 ciuitatum eius historiam describendam nouis exemplaribus curare iussi sint, in publicisq; archi-  
 uis seruare, ne aliquo vnquā tempore deperiret. Quamquam tantum boni inuidentibus humano  
 generi satis, magna quoque pars etiamnum desideretur, essetq; adhuc ἀκέφαλον Tacitus, nisi  
 Christiani orbis Rex, Pontifex Leo X. priores quinq; libros de barbaris redemptos, postliminio  
 vt tandem reuenterentur effecisset: quo nomine tantum illi studiosi omnes debent, quantum pa-  
 renti eius Laurentio bonæ literæ, qui eas ferè solus in Italia à cæteris desertas curauit, sustinuit,  
 tutatus est. Cæterum & quamvis à doctissimis viris emendata volumina in lucem venerāt, sub-  
 tersugerunt tamen eorum limam errata quedam, quæ accuratum lectorem meritò possent remo-  
 rari. Erant & aliqua, quæ tametsi castigatione non indigerent, propria tamen obscuritate stu-  
 diosis incognita, operam nostram desiderare potuissent. Ea omnia, vt tibi doctissime nobilissimèq;  
 eques Galeaci morem gererem, in arctissimum libellum collecta, ad te eo animo destinaui, vt mei  
 erga te amoris perpetuum monumentum essent: cum enim affinitate iungamur, cum & græcis  
 latinisq; literis pari cura operam dederimus, cum & tu mihi studiorum hortator impulsorq; ex-  
 titeris, in gratissimus certè essem, nisi singulari te quodam amore prosequerem. qua ratione etiam  
 de me impetrare id potes, vt supra vires nihil nō aggredi te auriga moderatoremq; nō dubitè. Quā-  
 uis enim noui exempli esse penes nostrates viros cognoscerem, vt Iurisconsultus etiam historicos  
 pertractaret, tua tamen autoritas præualuit, præsertim quòd in hoc veteres me imitaturum tu  
 quoq; asserbas, quorum Modestinus etiam periochen in Vergiliū composuit, idemq; Græce  
 dissertauit. Antistius quoq; Labeo non iuris scientiæ solū, sed & aliis studiis tantum operæ de-  
 dit, vt in eis etiam peritissimus haberetur: quo in albo & Seruium Sulpitium oratorem celeberrimum  
 eruditi omnes ponunt, labolenūq;: quorum responsis ceu gemmulis Digestorum libri  
 creberrimè resperguntur. Iure igitur clientibus horulas paucas subtraxi, succisiusq; temporibus  
 quantum per frequentes aduocationum occupationes licuit, in amœna hæc Taciti vireta diuer-  
 ti, tum animi causa, tum vt id quantulumcunq; officij est, eius memoria impenderem, quò clarior  
 intellectūq; facilius per docta hominum ora volitaret. Qua in re si tibi satis facio, summum deside-  
 rij mei fructum fero: sin minus, quod tute intristi, tibi, ut in proverbio, excedendum est, qui me  
 ad intermissa grauioribus negociis studia paulisper regredi cōegisti, in quibus id  
 potuerim, quod canis in balneo. Vale.

Vtilis Taciti  
lectio.

ANDREAE ALCIA-  
TI IN P. CORNELIVM

Tacitūm annotationes.

EX LIBRO PRIMO.



NUMUS.

LEGATA nō vltra ciuilem  
 modum, nisi quod populo  
 & plebi CCCCXXXV.)  
 Præscriptos hosce nume-  
 ros Tranquillus quadrin-  
 genties, item tricies quin-  
 quies significare ostendit.  
 Subaudiuntur autem ex consuetudine lo-  
 quendi centena millia, quod infra ex Liui-  
 o demōstratur sum. Extant adhuc argētea nu-  
 mismata cum denarij nota X. quorum octo  
 vnam vnciam pendunt, vt inde cōstet nostris  
 affibus nouem valuisse denarium: hincq; nu-  
 mi quoq; valorem cognoscamus, quorū qua-  
 tuor denarius complectitur. Idem autem est  
 numus quod sestertius aris. at mille numis ar-  
 genti sestertiū neutro genere æstimatur: qua  
 ratione viginti quinq; coronatos nostros æ-  
 quabit. Igitur quadringentes centena millia  
 numorum, quadringentes centena sestertio-  
 rum argenteorum sunt, hoc est, monetæ no-  
 stræ coronatorum decies centena millia. qui-  
 bus si addas tricies quinquies, hoc est, octa-  
 gies septies millies coronatorum cum quin-  
 gentis, totum legatum quod Tacitus coniun-  
 ctim, Tranquillus separatim retulit, confecer-  
 is: & cum tribus Po. Rom. XXXV. essent, se-  
 quitur centena sestertia vnicuiq; legata.

Denis in diem affibus animam & corpus  
 æstimari.) Ostendit hic locus denarium decem  
 asses aris esse, quod diurnum stipendiū  
 erat militi: quam summā etiam Germani pe-  
 ditēs impræsentiarū accipiunt, tres videlicet  
 coronatos singulis mensibus, hoc est, impe-  
 ratorias libras XIII. asses X.

Germanicus agendo Galliarū censui in-  
 tentus.) Quæ regiones ius ciuitatis Roma-  
 næ non habebant, grauioribus tributis vexa-  
 bantur: cēsuali enim lege profiteri cogeban-  
 tur, quot capita essent in qualibet familia,  
 quot iugera terræ, quot seruos quis haberet.  
 sed & de lacubus piscatoriis census soluedus  
 erat Vlpiano Pauloq; Iureconf. Vt hinc sim-  
 pliciter accipiendus non sit census, cum nu-  
 merus ciuium defertur, vnde agnosci possit  
 qui militiæ nomina dare debeant. Hinc cen-  
 si, & censitores dicti.

Dum Mecœnati obtēperat effuso in amo-  
 rem Batylli.) Fuisse hunc histrionem, ostendit  
 quoq; Iuuenal. Mollī saltate Batyllo. Ho-  
 ratius à Mecœnate dilectū quoq; est autor,  
 dum ad Mecœnatis puerū, cui statuam ere-  
 xit Polycrates Samius, etiam Apuleio id pro-  
 dente, videtur alluisse:

Non aliter Samio dicunt arsisse Batyllo.

Anacreonta Teium.

Subsequiturq; ad Mecœnatem scribens:

Vreris ipse miser.

Tranq. autor est Augustum pro stulto Ba-  
 ceolum dixisse. ipse Bacelū probo, quòd Bæ-  
 xulos eunuchus fuerit, procerus quidem sta-  
 tura, sed insipiens, vt in prouerbium cesserit  
 Suidæ. Sed & Batalus odiosus quidam alius  
 & turpis eodem autore fuit, de quo alij mul-  
 ta: hinc Vergilius,

Batale cygneas repetamus carmine voces.

Quas dictiones hic cōgessi, vt Acronis Por-  
 phyrionisq; in Horat. Sabellici in Tranquill.  
 incuriam detegerem.

Aquilæ figi limosa humo non poterant.)  
 Dion oculum paruū esse tradit, in quo aquila  
 aurea collocetur: eū longissimo conto præ-  
 fixum in exercitu à signiferis gestari: qui, vt  
 facilius impingi terræ possit, in acutam cu-  
 spidem desineret.

Orantibus Florentinis ne Clanis solito al-  
 ueo, &c.) Fesulam, quā φαιούλα Theon ap-  
 pellant, ex Hiadibus vnam Fesulæ ciuitati no-  
 men dedisse, recentiores scripsere. ea à Go-  
 this diruta, concessisse ciues in proximā pla-  
 niciem, & urbē habuisse, quæ à flore sibi Ca-  
 roli Magni munificentia pro insigniis dona-  
 to, nomen Florentiæ sumpserit: quæ falsa es-  
 se nedum hic Taciti locus, sed & alij autores  
 ostendunt. Procopius à Totyla nō potuisse  
 expugnari autor est. Sed & in fragmētis Frō-  
 tini de coloniis ita legitur: C. Cæs. & Ant. &  
 Lepid. III VIR. colonia Florentina deducta  
 à IIII VIR. adsignata L. Iulia centuriæ Cæsā-  
 rianæ in iugera CCC. per cardines & decuma-  
 nos termini rotūdi pedales distant à se in pe-  
 des CCC. Meminit & Ptolemæus, vt dubio  
 procul antiquam nobilēq; coloniam exti-  
 tisse credendum sit, Francorū beneficio mini-  
 mē conditā. celebrat eam & Plin. XIII. cap  
 III. & in scholiis græcis φλωρεντία. quapro-  
 pter helleboro indigere arbitror qui Fluen-  
 tiam dicunt.

EX LIBRO II.

Tertia fermè vigilia insultatū est castris.)  
 Hoc est, à sexta hora noctis. Suidas in dictio-  
 ne προφυλακῆ quatuor esse vigiliās seu φυλα-  
 κὰς tradit in nocte, quarū unaquæq; treis ho-  
 ras habet. de his Vergilius: Et noctem custo-  
 dia ducit.

Ne vestis serica viros fœdaret.) Maximi  
 precij fuisse hanc vestē, illud argumento est,  
 quòd Alexan. Imp. nunquam holoserica in-  
 duit. Procopius ex Indis Romanos mercato-  
 res sericum emere solitos tradit, vnde vestis  
 conficiatur, quæ olim Medica dicebatur. Ce-  
 lebratur & à Paulo Iurisconsulto νῆμα σερικόν  
 tanquā Indica species. Arcadij principis con-  
 stitutione sericobaptæ vsus priuatis homini-  
 bus prohibitus est, vt ferè suspicer sericas ve-  
 stes non esse quibus vulgò vtimur.

Libero Liberæq; Cereræ aedes dedica-  
 uit.) Pro Libera Proserpinam accipiendam  
 arbitror. Diodorus in IIII. autor est, ex Ioue  
 Cererem, Liberum genuisse. In antiquis spe-  
 ctationibus legitur huiusmodi epitaphium:

FAB. ACCONIAE PAVLINAE C. F. ACONII CA- TVLINI V. C. EX PRAEF. CONS. ORD. VXORI VECTI PRAETEXTATI V. C. PRAEF. ET CONS. DES. SACRATAE APVD ELEVSINAM DEO BAC- CHO, CERERI ET CORAE SACRATAE APVD LA ERNAM, DEO LIBERO, CERERI ET CORAE SA- CRATAE APVD AEGINAM, DEABVS TAVRO- BOLIAE ET HIEROPHANTRIAE.

Augustinus tamen de ciuitate Dei, offen- dit Liberam dictam esse Ariadnam, quod & magis quadrat.

In conuiuio coronae aureae magno ponde re, &c.) Solebant antiqui in compositio- nibus coronas gestare, vt est apud Aristopha- nem in Equitibus, vt poeta, ἄσπασ (ait) κωνῆς, σέφανου μὲν ἔχων, δὲ μὴ δὲ ἀπὸ ἀλλοῦ. inuehitur e- nim in Cratinum tanquam ebrium & insanien- tem. meminit & Diogenianus. vnde Plauti carmen in Pseud. Quid ego video? cum co- rona ebrium Pseudolum tuum. mentio est et- iam Athenaeo, & aliis autoribus.

Et cupere renouari dextras.) Tacitus x viii. ostendit dextras concordiae signa vi- tro citroque destinari ab exercitibus solitas.

Rampsen Aegyptiorum regem.) Fuisse hunc in ordine x viii. Hieronymus & Eu- sebius autores sunt. ceterum regem illius re- gionis inenarrabilem ferē opulētiam eo con- iectari est quod Suidas tradit, idcirco memo- ratu dignum, quoniam Christianae veritatis dogma summopere adiuvat. fuisse enim Ae- gypti regem Thulem (corrupte Thuris legi- tur apud Eusebium) qui vsq; ad Oceanū do- minatus sit, nomēq; insulae Thyle dederit: hic cum Serapidis oraculum adiuisset, inter cetera rogauit, num quisquam esset, vel futu- rus foret se potentior. cui respondit oraculū:

Ἐρωτά θεός, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεύμα σὺν αὐτοῖς, Σύνφυκτα ἢ τρία, πάλιν εἰς ἑν ἴοντα. Est deus in primis, mox, verbum, et spiritus ipse: iuncta simul tria sunt, sed conuenientia in vnum.

Acerbe increpuit Tiberius eos, qui ipsum dominū dixerant.) Tametsi appellatio hęc priscis temporibus vt nimis superba, princı- pibus non adderetur, suadente tamen foeda adulatione tādē quoq; recepta, mox etiam in priuatos transiit. notum est illud Martia- lis: Edictum domini deique nostri. & Plinij in epist. ad Traianū, vocem hanc identidem in- gerentis. Sed & Seneca ad Lucil. Quomodo obuios, si nomen non succurrit, dominos salutamus. Martialis quoq; rursus:

Cum te non nossem, dominum regemq; vocabam.

Sed nemo certe felicius, nemo elegātius græ- co poeta Pallada, hoc tetraſticho:

ἢ ὁ φίλος πὶ λάβῃ, δὴ μὲν φερέτω δὴ θὺς ἔργα λον, ἢ δὲ αὐ μὴ πὶ λάβῃ, τὸ φερέτω εἴτε μόνον. ὦναι γὰρ καὶ τοῦτα πᾶσι βέλτερον, κατὰ ἔργον εἰς ἑβέλων δὴ μὲν, εἰ γὰρ ἔγω δὴ βέλωναι.

Negat poeta velle se dominum salutari, quia non habet quod det assentatori hoc modo eum salutanti. Ludit autem similitudine no- minis δὴ μὲν, & δὴ βέλωναι.

Atque illo pretendente sexaginta dies ad

consultandum datos, &c.) Crimen adulteriij. ex lege Iulia publici iudicij est: expectantur autem sexaginta dies, quibus maritus in ac- cusatione praefertur: quid si interim neglexe- rit, adulterae pater admittit, hinc alij, Iuriscō- sultis autoribus. maritus autē, qui matrimo- nium suum ita contemnit, vt adulteram vxo- rem non accuset, lege Iulia tenetur Vlpiano.

EX LIBRO III.

Post lex Papia Poppaea, quam sensor Au- gusti. incitandis coelibum poenis & augendo arario sanxerat.) Plura sunt capita legis Pa- piae: inter cetera vno cauebatur, vt qui con- iuges, filios non haberent, quod alter alteri legasset, decuma parte fisco applicaretur. Hinc apud Iuuenalem: Iura parentis habes, propter me scriberis haeres, Legatum omne capis. debere enim sibi maritum adulter ait, quod filios suo beneficio de vxore gignat: quam ob rem totum legatū assequitur, quod alioquin ex lege Papia decima parte fisco accepisset: vt mira sit in illud carmen sex in- terpretum negligentia. Rescriptum autem deinde est a diuis Caes. Arcadio & Honorio in hac verba: Inter virum & vxorem ratio- nem cessare ex lege Papia decimarū, & qua- vis non interueniant liberi, ex suis quoq; eos solidum capere testamentis (nisi fortasse lex alia minuerit derelicta) decernimus. tantum igitur post hac maritus vel vxor sibi invicē derelinquant, quātum superstitis amor exe- gerit. est autem hac lex, titulo de infirmadis poenis coelibatus, qui locus Disputacionum libro tertio a nobis plane diffusiore tractatu explicatus est.

Vti Dianae Leucophryenae perfugium in- uiolabile foret.) Fuisse huius deae hoc co- gnomento aram Athenis quoque, autor est Pausanias, cui a Themistoclis filiis dedicata statua fuerit. Sed fani quod in Magnetibus sit pulchritudinem amplitudinēq; Strabo in xiiii. exequitur.

EX LIBRO IIII.

Nam patritios cofarreatis parentibus ge- nitos.) Legitima matrimonia ab antiquis ita celebrabantur, vt farreum libum comunica- rent & degustarent. Festus & Boethius auto- res. Apuleius quoq; Talis, inquit, mulieris publicitus matrimoniū confarreaturus. me- minit & Dionysius Halycarnasseus.

Celium appellatū a Cele Vibenna, &c.) Querquetulanam portam a querquetis di- ctam, etiam Festus scribit. Ceterū hic locus sic fortasse emendabitur: Celium appellita- tum a Caele Vibenna, qui dux gentis Hetrur- scae cum auxiliū aduersus Sabinos praebuis- set, sedem eam acceperat a Tarquinio. cum Sabinis enim tunc belligeratū Festus quoq; scribit & Dionysius.

Caesar solennia incipiētis anni Cal. Ianua. epistola precatus.) Caius de verborum si- gnificatione: Post diem, inquit, tertium Cal. Ian.

Ianuariarum vota pro salute principis susci- piuntur. meminit huius rei & Plinius Cae- cilius ad Traianum.

EX LIBRO V.

Sacrificantibus cum hic more Romano suouetaurilia daret.) Corruptus locus est, ut reponendum suspicer Solitaurilia. Sunt haec sacrificia, quibus tres diuersae hostiae im- molantur, taurus, aries, uerres: sic dicta, quod integri corporis haec animalia sint. Solum, Osa lingua totum significat. Festus. hinc so- lopychium Catullo. Erūt fortasse quibus ni- hil immutandum uidebitur, ut uox sit com- posita a sue, oue, & tauro: sed certē nimis in- solens est compositio.

EX LIBRO XI.

Cognita praearicatione.) Praearicator dicitur, qui cum reo colludit. Marcellus ad S. C. Turpil. Accusatorum, inquit, temeritas tribus modis detegitur: aut enim calumniatur, aut praearicantur, aut tergiversantur. ca- lumniari, est falsa crimina intendere. praear- icari, est uera crimina abscondere. tergiversa- tur qui in uniuersum ab accusatione desistit.

CCCC. numorum millibus.) Hac sum- ma nostro aere decem millibus ducatorū ual- let: quandoquidem illud constat, mille numis sestertium argenti aestimari: esse autem sestertium libras duas & semissem, hoc est, uncias argenti xxx. quae plus minus xxv. nos- tros coronatos aequant precio.

Legem Titiam flagitant.) Hac lege tene- bantur aduocati qui mercenariam clientibus operam praestabant. Inuehitur Ausonius in mollitiem Iuriscōsulti, eumq; deridet, quod legem Titiam non metueret: quod enim in- doctus erat, nihil lucrabatur.

Vsq; ad dena sestertia.) Iuriscōsulti tra- dunt, licere aduocato in singulas causas pro honorario centū aureos accipere. hanc sum- mam eandem cum H. S. X. arbitror, cum cen- teni numi aureo pensentur, & decem sestert- tia decem millibus numorum sestertiorum ualeant. qua aestimatione consequens est, aesti- mari aureum antiquum undecim libris, as- sibus quique nostris, hoc est, duobus ducatis coronatis cum dimidio.

Proximas praefecturas corripit.) Varia huiusce dictionis est significatio. Agennius Vrbicus libro de controuersijs agrorū, praefecturas eos agros dici autor est, qui cum al- terius iurisdictionis essent, principis placito alicui ciuitati ascribuntur. Sunt & praefectu- rae dictae, munia praefectorū. Ausonius: Prae- fecturarum titulo tenuere secundo. Sunt e- nim quatuor dignitatum in Iure ciuili ordi- nes, illustres, spectabiles, clarissimi, perfe- ctissimi. ex his praefecti sunt spectabiles, ut merito dictum sit, secundum his titulum da- ri. Sed & non absimili significatione in Assy- rijs & Medis praefecturae erant: sic enim uer- tit Plinius, quas Graeci νόμους, Herodotus etiā νομαρχίας appellauit, ut Lau. Valla infelicif-

simē portiones transfulerit. De origine Curtij Rufi.) Sunt qui opi- nentur historiam rerum ab Alexandro gesta- rum huius esse, qui uulgò Q. Curtius cite- tur, defenduntq; indeprensio testimonio, ob- seruasse scilicet in antiquis codicibus. Ipse Angleriae apud Verbanum, aram marmo- ream pluribus signis illustrem uidi, cum ti- tulo Quinti Curtij sextum uiri, a quo fuisset dedicata.

EX LIBRO XII.

Rogata lex qua in familiam Claudiam & nomen Neronis transfret.) Eum adoptio- nis morem attingit, quae per arrogationē fie- bat: de qua etiam Gellius. Ceterū & nomen hic pro gentili familia accipitur. Cintius, & Cice. in Topicis, Gentiles, inquit, mihi sunt qui eodem nomine uocantur. Val. Maximus autor ex, a Q. Metello eiusdem nominis ui- ros exhaereditos, hoc est, agnatos gentilesq; suos: ut inde existimem, in tribus Rom. no- minibus, ut C. Iulius Caesar, nomen Iulij fa- milia significare. quo exemplo mihi nomē e- rit Alciatus, Andreas magis cognomini qua- drabit, quam praenomini, licet nemo nō con- trarium opinaretur. Sed aliās latius.

Praedationibus & uectigalibus auxerat.) Non hic accipienda arbitror tributa quae ob- res urbi inuectas euectasue soluuntur, sed po- tius agros uectigales intelligendum. Scribit Iulius Fronto in opusculo de limitibus agro- rum, solitos ueteres quos agros de hostibus capiebant, alios ueteranis in praemia assigna- re, in alios colonias deducere, quosdam man- cipibus in longum tempus locare, ut annuā aliquam mercedem principi darent: hos ue- ctigales dici. Auxerat igitur his regnū Van- nius, non tributis aut portorijs, quibus Ger- manos nunquam atteri potuisse, autorū con- sensu traditur. In hoc sensu uectigalium men- tio est etiam Iuriscōsultis.

Sicambri traieci in Gallias fuere.) In Me- napijs confedisse, ex autorum lectione de- prendi, ut hi sint qui nunc Geldrenses, quasi Galli Rhenenses uocentur: Nimagum, Ven- loemq; pagos habent, & Vahalem Rheni at- tingunt.

Agrippinam Imperatore genitam, foro- rem & matrem & coniugem eius qui rerum potitus sit &c.) Si Imperatorem quales erant ante occupatam rempub. accipiamus, nō ita magnum erit exemplum: si pro principe, fal- sum: quandoquidem Germanicus Agrippi- nae pater dominationem nunq; assumpserit. Igitur sciendum inter Caesares & Imperato- res & Augustos multum interfuisse. Caesa- res dicti qui Augustae maiestatis heredes de- signati essent, administratione rerum illis in- terdicta, nisi aliquam fortasse prouinciā Au- gusti iussu administrandā haberent. hinc nul- la eis donatiui militibus dandi facultas erat. in comitatu eos solum habebant, quos prin- ceptis tribuisset. Paulō maior Imperatoris di- gnitas, qui licet infra Augusti fastigium po-



situs, eiusq; arbitrio bella gereret, summam tamen potestatem in magistratus, inq; milites habebat, iusq; illi indicendi belli erat. Solo itaq; Imperatoris nomine decoratus fuit Germanicus, sicut a Galba Piso Cesar solū nuncupatus est. Cesarum Imperatorumq; creandi potestas militibus concessa, primū Maximinum posthabita senatus autoritate milites Augustum fecere. Hæc ex Ammiano, Lampridio, & constitutionibus.

Refertur de poena foeminarum quæ seruis coniungerent. Senatufconsultū hoc Claudianum in iure appellatur, cuius quoq; mentio in Institutionibus.

EX LIBRO XIII.

Regnum Iusu fortientiu, euenerat ea fors Neroni. Iulius Pollux onomasticō nono, Iusum quendam describit, qui βασιλινδεδικάτ, cū ducta sorte aliquis fit rex, & is quidpiam difficile ministro, qui sorte pariter obtinerit, imperat, de hoc intellexisse Tacitū dubio procul existimo, sicut & Trogū in primo.

Quin & duas manumittendi species institutas. Tradit Tacitus, eos qui uindicta manumissi sint, ex ingratitudine in patronos in seruitutem nō reuocari: quod ex Constantini Magni constitutione falsum ferè conuincitur. Quod si is, inquit, qui nostro concilio uindicta liberatus est, post coercionem poenitentia dignū se præstiterit ut ei ciuitas Romana reddatur, non prius fruatur beneficio libertatis, quam si hoc patronus eius oblati precibus impetrauerit. I. si manumissus. C. de lib. & eorum liber.

Ingenuitatis iudicium. quo pronunciebatur aliquem nunquam seruiuisse, sed liberis parentibus natum: is enim propriè ingenuus dicitur Iuriconsultis, iuxta illud Theognidis:

φύετο  
ἀδύποτ' ἐκ δ' ἄλλης τέκνον ἐλευθέριον.

Sextertium quadringenties. Subintelligenda sunt centena millia. Liius libro III. Punici belli: Cū deessent nautæ, COSS. ex S. C. edixerunt, ut qui L. Aemilio & C. Flaminio censoribus millibus æris quinquaginta ipse aut pater eius census fuisset usq; ad C. millia, aut cui postea tanta essent facta, nautā unum cum sex mensium stipendio daret: qui supra centū M. usq; ad CCC. milia, tres nautas cum stipendio annuo: qui supra CCC. milia usq; ad decies æris, quinque nautas: qui supra decies, VII. Quibus uerbis ostenditur, decies æris, decies centena millia æris significare: ut hic non parum mirer, quemadmodum oculatissimus uir Budæus præuaricatus sit.

Factum S. C. ultioni & securitati. Vocatur id in iure ciuili S. C. Pisonianum, cuius Paulus meminit Digest. libro XXIX. tit. ad Syllanianum. I. S. C. Pison.

EX LIBRO XIII.

Collegia, quæ cōtra leges instituerāt, dissoluta. Legē Solonis intelligit, cuius uerba

Caius refert in tractatu de colleg. illicit. ἐὰν ᾖ δ' ἡμῶν, ἢ φρεσὶ ποδῶν, ἢ ἰσθμῶν ἀργύριον, ἢ ναυτιλίας, ἢ ἀμοιβὰς, ἢ θιασώδεις, ἢ ὕβρι λέϊων ἐνὸς μὲν οὐκ εἶναι, ἢ τὸ αὐτῶν ἀσθῶν, πρὸς ἀλλήλους κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπὸ γοργόνων δ' ἡμῶσι γράμματα. Puteoli ius coloniae & cognomentum à Nerone adipiscunt. In fragmentis quibusdā Iulij Frontini de agrorum limitibus & iurisdic. ita legitur: Puteolis colonia Augusta. Augustus Nero deduxit: ex uno latere iter P. R. debetur pedum triginta: ager eius in iugerib. ueteranis, & tribunis legionarijs est assignatus. cognomentum igitur Augustæ acceperat Puteolorum colonia à Nerone.

Fabianus tabularius obsignat. Hi tabelliones uulgò dicunt. lege antiqua erant pars decurionū, & Reipub. rationes cōficiabant. recentiores Cæsares uidentur noua uoce hos catolicianos appellasse.

EX LIBRO XV.

Cæsar nationes alpium maritimarū in Ius Latij transfudit. Locus hic admonet, ut uaria alpium nomina attingam, quando eorū, qui de his scripsere, etiam ex recentioribus, diligentiam non satis probem. Igitur Alpes Pœninas ipse eas opinor, per quas ex monte maiore diui Bernardi in uallem Augustæ descenditur, quæ uia nostro quoq; tempore est frequens. Graias uerò, quibus per eandem Augustæ uallem ad montē minorē sancti Bernardi accedit. Sunt & maritimæ qd per eas Hercules iuerit, ubi & Monœci portus est, illi facer, ut autor est Ammianus lib. 15. Cottias autē existimauerim quæ à Segusio oppido rectā ad Brigantionē pertinet, ubi mōs est Ienehe, sic dictus à matronæ nomine, quæ inde præceps ruit: tamen recentiores, ut Paulus Diaconus & Georgius Merula, Cottias esse existiment, in quibus Bobitū urbs est: quod antiquis autoribus nō est probabile. Sed & Cottias appellatas quandoq; etiam Iulias, nō falso fortasse aliqui tradunt, quod in eas per Tricaspinos eatur. Bellouesum autem per Tricaspinos in Iulias Alpes uenisse, Liius est autor. Sed & non malè Iulias Tacitus appellat Alpes, quæ uersus Carnos sunt, unde & Iulium Carnicum, & Forum Iulij, quæ ex Venetiā in Noricum itur. cui sententiæ ex recentioribus adscripatur Sabellicus in Aquileiēn. historia. Sunt & Rhæticiæ alpes, quibus in Rhetos uadimus, quos uulgò Chisones uocant: incipiunt ab Adya monte (Straboni corruptè legitur nūc Adula, nunc Aduela) id est, inaccesso: uernacula simplicitas montem Bralium nuncupat in Volturena, seu, ut imperiti, in ualle Telina, & in Venetiam protenduntur, donec Ocræ subeant. Leponticæ adhuc seruant nomen: sunt in Suitensibus, quæ Claronam ex Bilitionis castro rectā tendimus. In Alpibus, quas Cæsar in cōmentarijs Summas appellat, cum cæteris conuenio. Sunt inter Sedunos & Veragros, ubi & Octodorus est

Tabularij.

Catoliciani.

Alpes Pœnæ.

Graie.

Maritimæ.

Cotticæ.

Iulicæ.

Rhæticiæ.

Leponticæ.

Summæ.

pagus, quem sancti Mauritiij uocant. Cæterum quamuis hæc nostra sententia uideatur plurimis autoribus congruere, non arbitrator omittendum, esse etiam qui refragentur, quando Ptolemæus inter Adulam & Ocram Pœnas alpes collocet, quo in loco esse Rhætica iuga ipse prodidi: uerū ex Plinio illius sententia confutatur, qui de Graijs & Pœninis in Salassos descendit tradit. Est & adhuc Suitensibus, qui uulgò eorum sermone alpes Grey dicatur mons, quæ Friburgum tendimus. Ipse inter ueteres non omnino constitisse harum nomenclaturam existimo. Nam & Plinius in Lepuntijs dissidere ferè uisus est, qui cū Cottiana iuga Centronibus uicina tradidisset, Graijs alpiibus aut easdem aut certè contiguas Lepuntias mauult: quod non probo, cū longè grauior sit autor Cæsar, unde nostra sententia fulcitur, & Plinius non affirmet, sed aliorum relatione ex etymo innuere uideatur.

EX LIBRO XVI.

Calpurnius Fabatus eques Rom. Fuit hic patria Nouocomensis, C. Cæcilij Plinij profocer. eius antiqua memoria adhuc Comi uisitur Iouij Benedicti v. C. L. opera, eruto monumento in hæc uerba:

C. CALPURNIVS. L. P. O. V. F. FABATVS. VIR. IIII. VIR. I. D. PRAEF. M. PRAEF. PRAEF. TRIB. LEG. XXI. RAPAC. PRAEF. COHORTIS VII. LVSTAN. ET NATION. GETVLIC. ARSEN. QVAE SVNT IN NVMDIA FLAM. DIVI AVG. PATRIMONIO. T. F. I.

Cladem Lugdunensem quadragies H. S. solatus. Aestimatur hæc summa centum milibus ducatorum nostræ ætatis.

Ludis cesticis ab Antenore institutis. Agonas pugilum institutos posset quis credere, quando cestus manibus inducti appenso plumbo pugilum instrumenta sint Maroni & Flacco. Cæterum quid ad rem faceret habitus tragicus: nisi immutatam longo seculo ludorum formam quis crediderit, aut cesticos dictos quod habitu mulierum uiri in his exercerentur. καὶ σὺν Veneris uestem propriè esse in scholijs grecis traditur, sed per abusum cuiuscunq; mulieris indumentum dici, ut in epigram. ἢ καὶ σὺ φωνοῦσα μαγῶ πορα. Erūt & quibus aridebit ut xyfticos ludos legamus, qd non probo.

EX LIBRO XVII.

Aegyptum regebat Tib. Alexander eiusdem nationis. Hunc lacerari satyrico carmine crediderim,

Atq; triumphales inter quos ausus habere,  
Nescio quis titulos Aegyptius, aut Arabarches.

Eusebius enim libro secundo sacrae historiae Arabarchen fuisse hunc Alexandrum scripsit: idem & Iosippus in antiq. Iud. xx. lib. apud quem Rufinus ineptè Arabarchen interpretatur salis præfectum, quasi ἀροσάχλω legerit. Extat Imp. Val. Grati. Theod. in hæc uerba constitutio: Vsurpationem to-

tius licentiæ submouemus, circa uectigal Arabarchiæ per Aegyptum atq; Augustan eam constitutum, nihilq; super transductione animalium uendicari permittimus. quæ uerba indicant Arabarchen præfectum fuisse, & scripturarium exigundo uectigali de pecuarijs, quæ ex Arabia in Aegyptū deuehebantur: ut sit illud nomen officij publicanorum. Meritò ergo Iuuenalis Alexandrum taxans, & officij uilitatem obijcit: ut nō iniuria damandi sint, qui simpliciter mollem accipiunt, idq; editis annotationibus probant. quapropter & in Epist. M. Tullius ad Atticum appellat Arabarchen M. Antonium, quasi Aegyptium publicanum: extorquebat enim ab illis ingentia uectigalia, unde pecuniam conflaret, quam deinde prodigeret, ut est apud Plutarchum.

Annulis donatum libertum. Paulus iuris autor, Qui ius, inquit, aureorum annulorū impetrauerit, ut ingenuus habetur: idemq; rescripsisse diuum Adrianum Vlpianus scribit. concedebat autem solus Imperator etiam foeminis, ut natalibus restituerentur.

Quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti uiritum centenos numos diuidebat. Traquill. aureū dare solitum tradit: ut inde fortissimum sit argumentum, centum numis aestimari aureum.

Barbium Proculum Tesseranū spiculatorum. Fortasse Tesserarium. Modestinus in re militari sic appellari eos scribit, qui præcepta Imp. per contubernia significant. In antiquis inscriptionibus Comi, Tesserarij dolabrarijs iunguntur pago diuio. Ammianus Marcellinus lib. XIII. aurigariam, inquit, aut artem tesserariam profitentur: ut cōiectura ducar, esse qui quod uulgò uocāt intarlatum faciunt, quos recentiores Cæss. diatretrios, uti suspicor, appellant.

Virginium equestri familia. Cæcil. Plin. uicina Como urbe genitum Virginium tradidit, quapropter secū habuisse coniunctas possessiones, tum suæ uillæ nomen Alsiam: ut dubio procul Virginus Mediolanensis fuerit, quod ostendunt frequentia marmora, quæ passim hic occurrūt Verginij nomine inscripto. Sed & Alsia adhuc seruat nomen in Varisensi præfectura, unde & familia est mea.

Superior Germania. & paulò inferius: Belgica & Lugdunensis Gallia. Ammianus scribit ita diuisas Gallia Germanicæq; prouincias. Prima Germania Moguntiaco Argentoratoq; nobilis. Secunda Germania, in qua Agrippina, & Tungrî. Prima Belgica Mediomatrices & Treuiros habens, tum secunda, Remos, Sequanos, Ambianos complexa. Hinc Lugdunensis prima, Senones, Bituriges, Lugdunum, Augustodunum. Secunda Rotomagum, Mediolanum, Tricastinos alpes cōtinebat. Eodem modo & Aquitaniae fines distincti.

Quotidianis Alpibus Italiam irrumpere. Nemo, opinor, uel semidoctus non cognos-

Arabarches.

Tesserarius.

Diatretrios.

Alsia.

Germania prima. Secunda.

scet Cortianis legendum: ut inde eorum sententia confutetur, qui Genua quoque in Cortijs esse dixerunt: nec enim illac transisse Vitellianos quisquam prodidit.

Heluetiorum sedes qui tenuerunt olim, & teneant hodie.

Heluetij Gallica gens.) Eutropius eorum sedes a Quadis occupatas satis ostendit, ut suspicer omnes deletos, cum Quadi Marcomanicum sub Aureliano in Italiam prorupere. Extat adhuc in eis uallis Marcomana nomine. Periere & illi, atque ab Alamanis (colluuius Germanorum erat) superati, in eorum nomen concessere. A Theodorico deinde Gotho uicti, Francis ex foedere dediti sunt. aucti demum Saxonum accessione, quos ob uiolatam pluries fidem sedibus eiectiones Carolus Magnus in Alpes coniecit, Suitenses coepere dici. Paruere deinde regibus Germanorum. Centum ferè anni sunt, cum se caelis praefectis in libertatem asseruere, cum caede repressis Caesaribus. Hac aetate prima illis pedita

tus gloria. A Philippo Vic. quod deletis cohortibus dedecus subierant, frequentibus nunciatorijs aboleuerunt, nisi quod nuperimè memorabili praelio in suburbanis Mediolani a Francisco Francorum rege caesi, maleque habitii sunt.

Julius Cordus.) Existimo castigationem lectionem esse Manilius Cordus. Extat Bononiae post Petronij fanum tumulus in hac uerba.

Q. MANILIO C. F. CORDO. TR. LEG. XXI. RAPAC. PRAEF. EQVIT. EXACT. TRIBVIT. CIVITAT. GALL. FAC. CVR. CER. LIB. IN AGR. P. XLIX. IN FRO. P. XLIX.

EX LIBRO XVIII.

Neque abhorrebat a Berenice iuuenilis animus.) Fuisse hanc forma conspicuam, quodam disticho Asclepiades in eius imaginem scribit, si modò de eadem sensit: nam & alia hoc nomine celebrantur:

κνπειδθ' αδ' εικων, φερε ιδωμεθα μη βορυνινυς.

Διαζω ποτασαν φη τις ομοιοτασαν.

Ambigo an hac Veneris sit imago, uel Berenices.

Sit mage utri similis, hospes amice refer.

Conditorem templi regem Venerianum uetus memoria, quidam ipsius deae nomen id perhibent.) Id regis deaeque nomen, non facile quenquam offendas qui in promptu habeat. Ipse Vranium lego: unde Paphia Venerus Vraniae nomen sumpsit. Pausanias in Attica Vraniae Veneris templum extitisse autor est, quam mortalium primi Assyrii coluerint, mox Paphij, deinde Phoenices, qui Afcalonè Palaestinae incolunt: a quibus edocti Cytherei, isdem sacris inicianur. Sanè huius Paphij templi filius meminit Lucianus dialogo qui inscribitur φωταρ.

Pagani.

Pagani.) Vox hac in iure magis frequens quam in ceteris autoribus, accipitur eo significatur, ut omnes comprehendat qui milites non sint, a pagis, id est, oppidis deducta. quatione Persium credibile est semipaganum se dixisse, quasi semimilitem se fuisse denotaret, & idcirco non plene poetiam, quae ars

Semipaganus.

umbratica est, edoctum. alioquin me non latet, pagum prima origine a fonte dictum. Ad XII. a Cremona locus Castrorum uocatur.) Paulus Orosius Castoris uocari eum locum est autor.

Legio una & uigesima, cui nomen Rapax, ex parte Othonis prima adiutrix.) Indebantur hac cognomina legionibus fortuito, & plerunque arbitrio Imperatoris: unde & primam legionem Mineruae nomen habuisse Spartianus scribit. Sed & in ueterum marmorum inscriptionibus hac earum cognomina reperi, ut secunda legio Italica, Germanica, Parthicaque sit dicta. III. legio Augusta, Cyrenaica, praetoria, Gallica. IIII. Macedonia. V. etiam Martia. VI. Ferratenlis & Gallicana. VII. Claudia Gemina Gamilensis. IX. bis Augustalis. X. Fretensis Gemina. XI. Apollinaris, sicut & XVI. Sed & legio XX. uictrix. XXII. primigenia. XIII. et XIII. Gemina quandoque, & Germanica. XXX. & XXXII. Virginia. Ceterarum nomina adhuc non comperi.

Causa fingendi fuit, ut diplomata Othonis, quae negligebantur, laetiore nuncio reuiuiscerent.) Institutum erat ab Imperatoribus, ut certis locis dispositi haberentur equi, quorum mutatione celerimè possent rerum gestarum nuncijs ad Caesarem ex prouincijs uenire. Non dabatur autem hic cursus publicus, nisi ei qui sacrum diploma haberet, ut uidelicet ante ceteros omnes, quicquid gereretur Imperator sciret. Quapropter praesides prouinciarum nisi ex magna causa priuatis diplomata non concedebant: quod ostendit Plinius Caecil. in epistolis ad Traianum. Venuleius Iurisconsultus: Non debet, inquit, felici diplomate usus, omni tempestate contempta continuare iter diebus & noctibus. Ex his clarissimus redditur Cor. Taciti hic locus.

EX LIBRO XIX.

Hostilia.) Vicus olim Veronensium, nunc Ferrariensis agrum nomen seruat. Eam Padus alluit. non longè est a Vitelliana, quam uulgares Viadanam uocant.

Magnitudine eximia balista.) Formam balistae explicat libro ultimo Vetruius, Vegetius quoque quaedam addit. hi omnes saxa tantum balistis iaci autores sunt cum Tacito, sed dein mutata quoque forma est. quapropter in commentarijs Theodosij schema balistae quadrirotis uidi, cum interpretatione, qua ostenditur, sagittas ex ea coeptum fuisse iaculari. Clauarium donatiui nomen esse, Tacitus autor est. Ipse clauem in constitutionibus Caesarum legi, nomen cuiusdam indictionis extraordinarijsque tributis esse: quapropter libro XII. Cod. Iustin. titulus est in hac uerba, De praetoribus & collatione, & gleba, & clauis, & pholle, & VII. solidorum functione.

EX LIBRO XX.

Tunc fatum & ira Dei uocabatur.) Caius lib.

Sacra diploma.

Hostilia.

Clauarium.

lib. X. ad edictum prouinciale, Vis, inquit, maior, quam Graeci θεσ μωσις uocant. videntur enim autores quicquid graue, quicquid horrifera mortalibus accidit, diuinae irae adscribere: cuius rei ex Homero Apollonioque aliquando plura.

Iussu magistratuum.) Decuriones intelligit: hi enim proprie magistratus municipales sunt Iurisconsultis.

Sestertium sexcentis.) Quindecies centena millia ducatorum quantitas huius pecuniae aequat.

Pontem Navae fluminis abruperat.) Non celebratus hic fluuius ab autoribus est, solum Ausonij mentionem eius facere deprædidi: Transieram celere nebulofo flumine Naua.

Plerique Ditem patrem insignibus quae in ipso manifesta.) Non explicat Tacitus huius dei formam, quam in sacra historia Rufinus ex Eusebio sic exequitur: coluisse Chaldaeos ignem, & per Asiam circumtulisse, ut cum ceterarum gentium dijs congrederetur: cumque caetera idola uel lignea, uel ex metallo essent, facile uictor ignis ea uel comburebat, uel liquabat. quapropter suo deo metuentes Aegyptij sacerdotes, tale quippiam commentum modo Aegyptius fuit. hinc eius effigies perexiguus erat pedibus, attracto collo, ventre tumido, dorso tereti, hydriam planè referens. Addit Canopi fuisse simulachrum, ut merito quis credere possit diuersam ab ea statuam quam Tacitus refert.

EX LIBRO XXI.

Vitis aurea templo reperta Liberum patrem coli argumento est.) Bacchum a Iudaeis cultum, Plutarchus in Symposijs tradidit, appellatumque eorum lingua σαββαρ, unde sabbati nomen: quam sententiam Iudaei ipsi etiamnum deridiculo habent. Mirum autem est qua impietate Tacitus Hebraeorum historias peruertat, & quod Dei opt. max. ope factum est, a miraculi admiratione diducat, tum quae Dei sunt, humanis uiribus adiudicet.

IN DIALOGO.

Quicquid aridissimis Hermagora & Apollodoro libris.) Hermagoras Aeolides Carion cognomine, scripsit rhetoricos libros sex de accurata oratione, de elocutione, de decore, de figuris: docuit Romae post Caecilium sub Augusto. Fuerunt & alij illi cognomines, quos referre nihil attinet. Apollodorus Pergameus Caesaris Augusti praceptor & familiaris, scripsit rhetorica, & nouae haereseos fuit autor. ex Suida & Strabone.

IN AGRICOLAE VITA.

Et breuibus cetris missilia nostrorum uitate.) Cetra, est species scuti Verg. & Grammaticis.

IN LIBRO GERMANORVM.

Danubius praecipiti & excelsio montis Arbonae iugo oritur.) Ausonius ignotum Danubij fontem esse scribit.

Danubius penitus caput obcultatus in oris.

Apollonius ab Hyperboreis nasci eum cecinit manifesto comento. Sed omnino Taciti uera est sententia, si non Arbonae, sed Arnobi legatur: in eius enim radicibus oriri iam notissimum est prope Herciniam syluam: uulgo syluae Nigrae nomen seruat, ex aduerso Rauracum, quorum oppidum est Basilea. Arnobi Plin. Ptolemaeusque meminit. De ostijs quoque non eadem sentiunt autores.

Boiem.) Populos hos esse Germaniae, non Tacitus tantum, sed & Ptolemaeus autor est. Hi ex Germanorum instituto sedes mutauerunt, montanosque locos occupare iuxta Albis fluuij fontes. Seruatur adhuc nomen. ut Pium pontificem non parum admirer, de eorum origine fabulosa quaedam memoriae prodentem, & id in historia.

Langobardi.) Ex Scandauia insula uenisse Paulus Diaconus scribit. a barba longitudine, quod eam promitterent, dictos existimauit Georgius Merula. Addit quisquis fuit Theodatus, cum Vuinili dicerentur, cumque Erulis congrederi parent, dea cuiusdam Godae impulsu mutasse nomen. quae omnia fabulosa sunt, quandoquidem puri puti Germani fuere, barbara appellatione nuncupati, quae de Latino idiomate minime sit trahenda. Christianos aetate sua fuisse, Procopius non uno in loco est autor, cum recentiores omnes in Italia suscepisse fidei rudimenta perquam incuriose scripserint.

ANNOTATIONVM D. AND. ALCIATI IN P. CORNELIVM TACITVM FINIS.





BASILEAE,  
PER THOMAM GVARINVM, AN-  
NO SALVTIS HVMANAE,  
MDC. DC. LXXI.

